Latin

G. Wissowa

Geschenk von Baier.

Arnobii adv. nat. libb. VII. ed. Hildebrand. Halle. 1844. – Rev. J.A.Dr. 1845. p° 104 p. 825 von Lersch

This book contained no pencil notes when I bought it. I have in pencil written in emendations of Reifferscheid's text suggested by Einar Löfstedt Arnobiana – Lunds Universitets Årsskrift N F Avd. I Bd 12 Nr. 5

May, 1933

Reinholdus Klotz.



BIBLIOTHECA
PATRUM ECCLESIASTICORUM
LATINORUM SELECTA.

AD OPTIMORUM LIBRORUM FIDEM EDITA

CURANTE

E. G. GERSDORF

PH. D. AA. M. SER. DUCI SAX. ALT. A CONS. AUL. BIBL. UNIV. LITT. LIPS. PRAEF. PRIM.

VOL. XII.

ARNOBII ORATORIS ADVERSUS NATIONES LIBRI SEPTEM.

LIPSIAE

SUMTIBUS ET TYPIS BERNH. TAUCHNITZ JUN.

1846.

ARNOBII

ORATORIS

ADVERSUS NATIONES

LIBRI SEPTEM.

RECENSUIT

EMENDAVIT ET ADNOTATIONIBUS ILLUSTRAVIT

FRANCISCUS OEHLER.

LIPSIAE

SUMTIBUS ET TYPIS BERNH. TAUCHNITZ JUN.

1846.

LECTORI. S.

Habent sua fata libelli. Quadriennium enim abhinc quum primum edendi Arnobii consilium cepissem et jam multum in ea re elaborassem et quae usui esse possent non pauca collecta haberem, ecce fama ad me pervenit, G. F. Hildebrandum, tunc temporis Gymnasii Scholae Latinae, quae Halis floret, praeceptorem ordinarium, iisdem studiis teneri et novam Arnobii editionem ad novam Codicis Regii collationem a se accuratam proximis nundinis vulgaturum. Destiti igitur de meo consilio et scriptorem hunc meis curis adornatum umquam proditurum esse spem omnem deposui. Sed res aliter evenit. Nam postea quam Hildebrandi cura publici juris erat facta et a me studiose tractari et retractari coepta, mox intellexi permulta superesse adhuc quae medicinam desiderarent, et quum interea mihi facultas data esset, ut apparatum a M. Crusio olim in emendandum Arnobium collectum inspicerem in eoque multa nequaquam spernenda deprehenderem, repetitis pristinis studiis ad curandam novam scriptoris editionem denuo me conferre, simul, ne vana molirer, operis futuri redemptorem circumspicere coepi. Mox inventus erat qui se paratum esse diceret fideque data sumptus sese impensurum polliceretur, atque ego inde indefesso labore et assiduo studio neque ullo paene die intermisso, quin meo libro incumberem, ita rem meam egi, ut post duos fere annos jam illi nuntiare possem, eousque opus provectum esse, ut prelum subire posset. Quid autem tum fecit Sosius? Tergiversatur, crepat im-

pensas magnas, fructus exiguos, quos ex eo incepto redundaturos sibi persuasum et pro comperto habeat, denique verbis disertis operis instituti sumptus facere recusat pactumque nulla syngrapha confirmatum non dubitanter deserit. Jam quum me ita frustratum cognoscerem, taedebat paene denuo adire bibliopolas, et jam desperaveram me meum librum typis excusum proximo tempore conspecturum esse, quum eo ipso tempore ad me fama perfertur, Bernhardum Tauchnitzium, virum honestissimum, qui Bibliothecae Selectae Patrum Latinorum sumptus facit, quaerere qui Arnobii curam in se suscipiat. Dedi igitur nomen apud Gersdorfium, optimum virum, cujus auspiciis illa prodit Bibliotheca, et mox mihi rescribitur, acceptas fore meas curas Arnobio impensas, modo contraherem opus et amplioris editionis consilio misso ea tantum textui subjicerem quae necessitas efflagitaret. Quod quum bene posse fieri vidi, simul intellexi, nondum haberi scriptoris editionem commodiori usui accommodatam et paucis parabilem, condicione accepta contraxi mea et chartas transmisi.

Novis autem adminiculis in exornanda hac editione licuit uti his:

1) Collatione Cod. Reg. Parisini accuratissima, olim instituta a M. Crusio (a. 1725.) ad mg. exempli ed. Bas. 1546. 8.

2) Collationibus duabus Cod. Burgund. Bruxellensis, una ab Livineio, altera ab Anchersenio, M. Crusii amico, institutis, quibus accedebant excerpta ex eodem Cod. MS. manu Theodori Canteri et M. Crusii.

3) Excerptis ex Cod. aliquo MS. (?) ad marg. exempli cujusdam adnotatis, quae ab Duchat, medico Genevensi, olim accepta Ernstius, Profess. Soranus, peculiari libello publici juris fecit. Cf. Prolegg.

4) Emendationibus mss., partim autographis, P. Pithoei, D. Huetii, Rigaltii, Guyeti, Livinei, Cl. Memmii, Theod. Canteri, Cotelerii, P. Junii, Fr. Jureti, Is. Vossii, Puteani, Passeratii, Dalecampii, Aug. Buchneri, quarum tamen sex tantum priorum aliquis poterat esse usus.

Haec omnia benigne mihi concessa fuere et transmissa ex Bibliotheca St. Michaelis Luneburgensi.

Editiones ad manus habui et de integro contuli has: 1) Editionem principem a. 1543. (ed. pr.). 2) Editionem Basileensem a. 1546. (ed. Bas.). 3) Editionem Canterianam a. 1582. (ed. Cant.). 4) Editionem Ursinianam a. 1583. (ed. Urs. Cujus editionis numquam ante me satis accurate comparatae marginalia significavi per compendium: mg. Urs.). 5) Editionem Elmenhorstianam a. 1610. (ed. Elm.). 6) Editionem Lugduno-Batavam a. 1651. (ed. LB. Cujus editionis paginas numeris indicatas habes in mea editione.) 7) Editionem Oberthuerianam a. 1783. (ed. Oberth.). 8) Editionem Orellianam a. 1816. (ed. Orell.). 9) Editionem Hildebrandianam a. 1844. (ed. Hild.). — Editionis Stewechianae a. 1604. comparandae mihi facultas non contigit, et Ed. Heraldiana a. 1605. tam sero in meas manus pervenit, ut conferendae ejus tempus deesset. Edd. denique Paris. a. 1666., Venetam Gallandii a. 1768. et Paris. a. 1715., quas Hildebrandus contulisse se simulat, ipse quidem neglexi, quia vidi duas priores ad verbum, atque adeo ad vitia typographica consentire cum Editione Lugduno-Batava a. 1651., tertiam, quia omnino non extat. Illarum autem editionum variantes lectiones sub textu scriptoris accurate indicavi, per duos tantum priores libros recisis nonnullis, quae parum ex re esse simul notarum ambitum nimis augere viderentur. Id autem omni industria egi, ut nusquam tacite a Codicis Regii (Cod.) lectione recederem, atque quantum per Crusii collationem fieri licuit, diligenter et syllabas adliteratas et non adliteratas exprimerem. Veterem orthographiam tam diligenter servavi, ut in omnibus sim Codicis auctoritatem secutus, ubi non librarii aut saeculi vergentis vitium conspicuum erat. Scripsi igitur: supe*r*lectilem, obtu*n*sus, hiem*p*s, tem*p*tare, ad*u*lescens, totie*n*s, quotie*n*s, conju*n*x, f*e*mina, f*e*tus etc. co*n*ubium, co*n*ixus, co*n*ivere, *c*otidie, *c*otidianus, *c*um, e*c*uleus, intell*e*go, compr*ae*hendo, repr*ae*hendo etc. sesqu*e*octavus, quindec*e*mviri, c*unc*tari, perc*unc*tari, etc. condi*c*io, con*t*io, pu*te*sco, nun*ti*o, etc. au*c*tor, au*t*umnus, delit*i*sco, trem*i*bundus, *t*us, obsc*e*nus, etc. Ju*pp*iter, tu*cc*etum, co*mm*inus, i*mm*o, su*c*us, cau*s*a, pau*l*isper, etc. be*l*ua,

so*lem*nis, so*ll*ers etc. li*tt*erae, etc. so*ll*icitus etc. la*mm*ina, simula*c*rum, sepul*ch*rum, *g*ur*g*ulio, *h*ejulare, *h*ejulatus, *u*midus, *u*mectus, t*ae*ter, c*aeri*monia, m*ae*ror, p*ae*nitet, c*ae*lum, c*ae*num, c*ae*pe, c*e*terum, l*e*vis, l*e*vigare, qui*pp*iam, qui*c*quam etc. nu*m*quid, nu*m*quam etc. etc. In aliis vocabulis, in quibus scribendis minus constantem esse praebet, nec ego constantem esse debere me putavi, simpliciterque dedi quod ille habet. Vocabula autem hiccine, hae*c*cine, ho*c*cine, si*c*cine an hi*c*ine, hae*c*ine etc., et composita verbi jacere duplicine littera *i* in Codice scribantur incertus sum. Illud quidem Hildebrandus solus affirmat, de hoc quicumque contulerunt MS. Regium silent, sed ita esse ex Crusianae collationis locis quibusdam colligi posse videtur. —

In Cod. Bruxellensis variantibus lectionibus rectius dicam vitiis adnotandis me brevius egisse qui illius rationem cognoverint facile veniam habebunt. Prorsus autem negligere illum ideo nolui, quia eo interdum firmari auctoritatem Codicis Parisini, cujus manum priorem subinde sequitur, facili negotio intellexi.

De textus Arnobiani glossematis tum iis, quae librarius Cod. Parisini punctis suppositis aperte indicavit, (quae omnia prudenter omissa sunt ab librario Cod. Bruxellensis) tum iis quae Hildebrandus deprehendisse sibi est visus, non est quod copiosius exponam. Suis locis invenies ea adnotata et judicio uteris. De lacunis denique et textus luxationibus quas vv. dd. passim statuerunt nempe initio libri secundi et fine libri quarti (cf. etiam libri VI, cap. 17. et 18. et libri VII, cap. 44. et Segmentum ad calcem libri additum et quae ibi adnotavi), quin vana omnino et inanis vulgaris opinio fuerit dubitaturum non puto qui quid ego sentiam ibi perlegerit. — Vale.

PROLEGOMENA.

De vita Arnobii tantum paucissima constant. Tradit Hieronymus in libello de Scriptt. Eccles. c. 79. [1]) eum Siccae Veneriae, Numidiae urbe, imperatore Diocletiano rhetoricam docuisse. Afrum natione fuisse licet neque Hieronymus neque alius scriptor disertim tradiderit, styli tamen genus omnino evincit. Tempus quo natus defunctusque sit nescitur, et quod Hieronymus in Chron. ad annum CCCXXVII. ad vicenalia Constantini eum floruisse memorat, quam parum id testimonium faciendum sit tum aliis rationibus tum ex eo potissimum efficitur, quod ipse in libello de Scriptt. Eccles., quem constat duodecim annis post Chronicon scriptum esse, l. l. eum sub Diocletiano floruisse affirmat [2]).

---

1) ,,Arnobius sub Diocletiano principe Siccae apud Africam florentissime rhetoricam docuit, scripsitque adversus gentes quae vulgo extant volumina.''

2) Verba Hieronymi ad eum annum sunt haec: ,,Arnobius rhetor clarus in Africa habetur, qui quum in civitate Siccae ad declamandum juvenes erudiret et adhuc ethnicus ad credulitatem somniis compelleretur neque ab episcopo impetraret fidem quam semper impugnaverat, elucubravit adversus pristinam religionem luculentissimos libros et tandem velut quibusdam obsidibus pietatis impetravit.'' Quae verba quum Codd. MSS. Chronici Hieronymiani quotquot innotuerunt omnes adscripta praebeant ad a. 327., non est verisimile de suo loco mota in alium hunc migrasse per librariorum incuriam; nec tamen abest suspicio, quin ipse fortasse Hieronymus per oculorum aut calculi errorem ea ad vicenalia Constantini Nicomediae celebrata retulerit, quum tamen vellet referre et inserere ad a. 303., quo scilicet anno Diocletiani vicenalia celebrata essent. Hanc meam suspicionem non prorsus inanem esse ex ipsius Hieronymi quibusdam aliis locis firmari posse videtur. Tradit enim in Ep. 84. ad Magnum et in libello de Scriptt. Eccles. c. 80. Lactantium discipulum fuisse Arnobii, et in eodem ejus libelli capite eundem Lactantium affirmat

Somniis admonitum eum Christiana sacra amplexum esse idem Hieronymus, dubium qua fide, memoriae prodidit. Res enim ea etsi per se non prorsus sit incredibilis, pro illius tamen aevi ingenio veterum scriptorum Christianorum animi mirifice eo inclinant, ut virorum qui aliqua laude excelluerint, ad sacra Christiana transitus hujuscemodi fabulis exornent [3]). Neque multo certiora quibusdam videntur quae addit Hieronymus in Chron. l. l., Arnobium ab episcopo fidem, quam semper impugnavisset, non statim impetrasse nec prius ut admitteretur obtinuisse, quam oblatis his quos aetas nobis residuos fecit libris veluti quibusdam pietatis obsidibus [4]). Certe si vera narrat Hieronymus, ejus verba non ita urgenda sunt, ut putemus Arnobium libros suos ne praevia quidem qualicumque ad Christi doctrinam institutione imbutum elucubrasse. Diligentius enim hosce adversus nationes libros perlustranti quantamcumque librorum sacrorum dogmatumque ignorantiam auctor prodere videtur, ipsa tamen, ut recte judicat Nourryus, apologetici ratio luculenter manifestat, non esse id tumultuarium opus, quale urgens necessitas excutiat, sed haud vulgari studio atque cura elaboratum, neque ab homine rerum Christianarum omnino rudi immo earum satis gnaro adornatum, qui philosophicam inprimis novae disciplinae rationem quodque in ea esset rerum caput bene perspectum exploratumque haberet. Quae quum ita sint quumque constare videatur, Arnobium novae quam amplecteretur doctrinae certe capita percepta habuisse, jure nobis agere videmur, si statuimus

---

in extrema senectute in Gallia magistrum fuisse Crispi, (cf. Chron. Hieron. ad a. Chr. 318.) Constantini filii, quem jam a. 326. (Chron. Hier. ad a. 326.) a patre interfectum esse constat. Quodsi verum est, Arnobium circa a. 327. floruisse, apparet res perquam mira, videlicet illum eodem tempore aetate et fama adhuc floruisse, quo is, quem olim discipulum habuisset, ad extremam jam senectutem provectus esset.

3) Tzschirner Gesch. der Apologet. I, p. 287. —

4) „Si enim episcopi Christiani oculis atque judicio librum suum noster subjecisset, nonne gravissimi errores, in quibus auctor de animalium creatione, de animarum origine et natura disserens versabatur, ab illo notati et ab ipso antequam scripta publici juris faceret, expuncti fuissent, quamvis magna fuerit ecclesiae antiquae in docendo libertas?" Krog Meyer de Argumento et Ratione Apolog. Arnob. p. 38. —

illum saltem catechumenum fuisse tum, quum fidei, ut vult Hieronymus, et voluntatis probandae gratia opus suum conscriberet. Ipse quidem quam causam scribendi habuerit initio libri primi simpliciter sic exponit: se, quoniam comperisset nonnullos, qui se plurimum sapere crederent, criminatos, ex quo Christiana gens esse coepisset, in deterius esse versa multiformibusque genus humanum malis adflictum, statuisse obviam ire invidiae et malignas calumnias dissolvere, ne, si Christiani se ab earum refutatione continuissent, illi causam ab adsertoribus destitutam sese obtinuisse arbitrarentur. Cui quidem consilio omnis disputatio accommodata reperitur.

De tempore quo libros suos composuerit Arnobius nihil traditum est, nec quae in ipsis reperiuntur ejusmodi sunt indicia, ut componi inter se atque conciliari facile queant aut certi numeri ope eorum erui. Etenim si verba lib. I, cap. 13. „trecenti ferme anni sunt plus minusve aliquid, ex quo esse Christiani coepimus" probabiliorem interpretationem secuti ita capimus, ut non a Christo nato sed a condito coetu Christiano annos computatos putemus — id quod ita esse tum ipsa rei ratio tum alius locus lib. II, cap. 71. verisimile reddit, ubi ethnicos scriptor facit objicientes Christianis, eorum religionem ante quadringentos annos non fuisse — tertius locus ejusdem capitis, ubi ab Urbe condita anni quinquaginta et mille aut non multum ab his minus in annalibus numerari dicuntur, quamquam certius aliquid et exploratius polliceri videatur, vix tamen magis quam illi rem expedit, quia in ambiguo nobis relinquitur, quinam annales intelligendi sint. Interim tamen quum probabile non sit, Arnobium inusitatiorum esse unam alteramve in computandis annis secutum aeram, si Varronianam statuamus aut Fabianam, quas inter usitatiores quidem longissime dissidere constat, hoc commodi redundat, quod certa jam spatia constituere licet, intra quae libros suos composuisse Arnobius censendus sit. Quod si ad Varronianam calculum duxeris, habebis annum nostrae aerae CCLXXXXVI., si ad Fabianam, deducemur ad annum usque CCCIII. At his temporum spatiis minus finitis ne nobis omnino acquiescendum putemus, apposite suppetunt quaedam rationes, quibus admodum probabile efficitur, Arnobium non Varronianam esse sed Fabianam secutum. Si enim

Varronis calculo usus annos ab Urbe condita mille quinquaginta numeraveris, subsistes, uti diximus, in anno CCLXXXXVI., ultra quem terminum, quamvis sit ambiguus ab Arnobio redditus numerus per verba subjecta „aut non multum ab his minus," recedere non licet. Ita enim efficietur, Arnobium libros suos ante hunc annum exaravisse, quod ne quis facile opinetur hoc impedit, quod ipse lib. IV, cap. 36. queritur Christianorum scripta ignibus dari, conventicula immaniter dirui, quod Diocletiano IX., Maximiano VII. Coss. id est anno demum CCCIII. post Chr. natum factum esse constat [5]). Hinc necessario sequitur, ut Arnobii libros post annum CCCIII. editos esse ponamus, cui quidem suspicioni et altera ratio suffragatur.

Lactantium Arnobii discipulum fuisse Hieronymus memoriae prodidit [6]). Eum ex Africa Nicomediam, ut rhetoricam doceret, sub imperatore Diocletiano accitum idem auctor est [7]). Id quando evenerit quamquam non addit Hieronymus, tamen facili conjectura adsequimur, Lactantium aliquamdiu jam laude rhetorica florentem non prius Nicomediam esse accitum quam extremis Diocletianei regiminis annis, nimirum ad finem saeculi tertii, quo videlicet tempore, parta qualicumque bellorum continuorum quiete et pace, Diocletiano satis jam otii suppeteret ad splendorem Nicomediae, novae imperii sedis, eo augendum, ut bonarum artium litterarumque magistros, eo undique arcesseret. Jam vero Lactantius in Institutionum suarum Divinarum lib. II, cap. 1., ubi recensum exhibet vindicum Christianae religionis Latinorum, inter eos Arnobium ne verbo quidem memorat, neque alius apud hunc scriptorem, qui tamen non pauca ab aliis desumpta habet, extat locus, ubi lecti ab eo Arnobiani apologetici vestigium ullum appareat. Hae duae

5) Euseb. H. E. VIII, 2, Augustin. Breviar. Collat. c. Donat. c. 17. Cf. Nourryi Apparat. I, p. 284 sq. et p. 1716 sqq. Mosheim. Comment. de Reb. Christ. ante Constant. p. 915 sqq. — Alii ad aliam persecutionem haec verba Arnobii retulerunt (Orig. in Matth. c. 39. vol. XVIII, p. 80.). — Cf. Baronii Annal. ad a. 302. Ceillier Hist. Génér. des Ant. Sacr. et Eccl. III, p. 273. (ed. Par. 1732) et Tillemont Mém. de l'Hist. Eccl. IV. p. 767 sqq. Dodwell. Dissert. ad Irenaeum p. 197. —

6) Hieronym. Ep. 83. ad Magnum et de Scriptt. Eccles. c. 80.

7) Hieronym. de Scriptt. Eccles. l. l.

vero res quid aliud probant, nisi aut eo tempore, quo accitus sit Nicomediam Lactantius, nondum editum fuisse Arnobii opus, aut tum, quum ad suum apologeticum scribendum Lactantius sese accingeret, si illud jam scriptum et editum extiterit, magistri opus nondum tamen innotuisse discipulo? Lactantius autem ipse narrat Instit. Div. lib V, cap. 2. se destructo Christianorum quod Nicomediae erat templo impulsum esse, ut Institutionum Divinarum libros conscriberet. Quod consilium utrum sit statim exsecutus, an aliquot demum annis post, non multum refert, si quidem hoc saltem certum esse apparet, eum, qui post annum CCCIII. sese ad apologeticum suum componendum conferret, nihil adhuc compertum habuisse de opere praeceptoris, quod alias et legere et memorare nequaquam profecto intermisisset. His autem indiciis collatis cum iis, quae paulo supra ex ipsis Arnobii scriptis conjecturae et calculi ope constituimus, apparet ejus libros paulo ante id ipsum tempus, quo Lactantius suos elaborare inciperet, scriptos esse et editos paulo post annum CCCIII. Nam Arnobii liber secundus, cujus in cap. 71. auctor dicit mille et quinquaginta annos numerari ab Urbe condita usque ad ea quibus ipse scribat tempora, aut non multum ab his minus, si commodo hoc testimonio non temere ita utamur, collocandus erit ante annum CCCIII., quartus contra, in cujus cap. 36. Diocletianeam persecutionem memorat, aut ad finem ipsius anni CCCIII., quo illam institutam esse constat, aut, ut multum concedamus, ad annum maxime CCCIV. vel CCCV. optime referendus videtur.

Jam vero postquam de aetate scriptoris et de tempore quo suum opus conscripserit quaestionem ad finem perduximus, etiam de fontibus, quibus in eo elaborando usus sit, et de cognitione sacrarum litterarum, quam habuisse videatur, dicendum est. In qua quidem parte quia post Nourryum jam Meyerum diligentius versatum esse video, quumque pro modulo hujus libelli me vix breviorem illo futurum esse intelligam, juvat potius adponere, quae ab illo de hoc loco sunt disputata.

Sacras Arnobium Christianorum litteras cognitas habuisse multi quidem ob interiorem, quam in libris ejus deprehendere sibi visi erant, decretorum Christianorum et rerum a Christo gestarum peritiam locorumque nonnullorum

cum Jesu Christi Apostolorumque effatis similitudinem opinati sunt [8]). A quibus magnopere dissentio.

Primum enim quam celebrant dogmatum Christianorum peritia profecto ea non est, quae cuipiam persuadeat Arnobium sacra volumina versavisse. Quippe non modo nulla spiritus divini, bonorum angelorum, originis vitiositatis, quam tradunt tabulae sacrae, aut praecipui mortis Jesu Christi consilii ab eo mentio injicitur, quarum tamen doctrinarum maximam partem etiam catechumeno addiscere licuit [9]), sed alia dogmata ita ab eo exponuntur, ut cum iis, quae sacrae litterae his de rebus habent, ipsius sententiae nullo modo possint conciliari. Quum, ut hoc sumam, animalium quorumdam et animarum adeo humanarum originem a demiurgo nescio quo, qui sit a deo summo diversus et majestate multo inferior, repetat, ecquis eum credat sacrum Novi Testamenti codicem, nedum Moysis scripta lectitasse? Ubi vero improborum animas ad nihilum redigendas esse praefracte contendit, licetne opinari aliquid de Novi Testamenti *πυρὶ αἰωνίῳ* ad aures ejus percrebruisse? Atque omnino illa quam jactant dogmatum Christianorum scientia in iis major est, quae cum quavis subtiliore de rebus divinis philosophia communia nostra doctrina habet, quam in iis, quae huic propria et singularia sunt. Quare ambiguum redditur, sitne ea sapientia e rivis philosophorum potius, quam e limpidis Christianae disciplinae fontibus hausta. Deum esse natura perfectissimum et pietate adhibita amotis opibus adeundum, unicam salutis et incolumitatis viam esse vitam bene recteque ad ejus voluntatem constitutam, sapientissimi quique Graecorum Romanorumque jam praeceperant. Quae vero noster de consilio quo in terras missus sit sospitator prudenter satis monet, ea quidem sine dubio in institutione uniuscujusque, qui Christianis adscribi cupiebat, fundamenti loco ponebantur, neque tamen ea ipsa in omnibus cum sacro codice faciunt. Ergo licet multa ex mente et consilio scriptorum divinorum commode disputaverit, inde tamen non efficitur, eum etiam hos ipsos legisse, nec ita

---

8) Lardner Glaubwürdigk. d. evang. Gesch. I, 41 sqq. Schröckh Kirchengesch. I, 465. Circumspectius hac de re agit Tszchirner l. l. 294. —

9) Constitut. Apost. VIII, 40. Cf. Suiceri Thesaur. (ed. Traj. ad Rhen. 1746.) II, 71. —

disserere potuisse, nisi sacras tabulas perlustrasset. Jam vero quae de miraculis a Jesu Christo editis et orationibus habitis idem memoriae prodidit, ea, vereor, ne ejusmodi sint, ut potius aut ex apocrypho aliquo libro hausta aut fando tantum accepta videantur. Quum enim mira mirum in modum adaucta [10]) et res a sacris scriptoribus narratas ab Arnobio aliter commemoratas reperies [11]), tum etiam Christum de multis rebus docentem praecipientemque idem facit [12]), quarum non solum nulla in commentariis evangelistarum mentio fit, sed quas ne quispiam quidem, qui morem et ambitum institutionis Jesu Christi in his commentariis adumbratum cognitum tenet, ab eo umquam tractatas sibi facile persuaserit. Quam denique in singulis locis et sententiis cum effatis sacrorum scriptorum similitudinem deprehendere sibi nonnulli visi sunt, ea certe non tanta esse videtur, ut inde certum judicium ferri possit. Etenim quum nonnisi pauca istiusmodi loca inveniri possint, quae speciem aliquam similitudinis cum sententiis quibusdam sacrarum Novi Foederis tabularum prae se ferunt, eorum nonnulla [13]), quae in ipsis verbis ad effata maxime Paulina prope accedunt, sententias de medio sumptas, haud dubie a Christianis multo usu vulgatas, exprimunt. Ecquis autem inde quod scriptor hujuscemodi sententiam de medio sumptam adhibuit, quam auribus fortasse arripuerit, colligere ausit, lectum ab eo librum quemdam, cujus auctor eadem forte usus reperiatur. In aliis locis [14]) non tam in verbis, quam in ipsis sententiis

10) Cf. I, 46. 53. —
11) I, 46.
12) I, 38. II, 61.
13) Ad hanc classem refero 1) locum II, 6: ,,Numquamne illud vulgatum perstrinxit aures vestras, sapientiam hominis stultitiam esse apud deum.'' Quae verba proxime accedunt ad Paulina I Corinth 3, 19: *,,ἡ γὰρ σοφία τοῦ κόσμου τούτου μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστι.“* 2) locum II, 74: ,,Neque enim promptum est cuiquam Dei mentem videre,'' quo exprimi videtur Paulinum illud Rom. 11, 34: *,,τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου.“* 3) locum I, 6: ,,Malum malo rependi non oportere,'' qui similitudinem cum Matth. 5, 39., maximam autem habet cum Rom. 12, 17. *,,Μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδίδοντες“* (cf. I Thess. 5, 15. et I Petr. 3, 9.).
14) His accenseo 1) locum II, 65: ,,Et hoc necesse ab nobis est ut debeatis accipere, ab nullo animas posse vim vitae atque incolumitatis accipere, nisi ab eo, quem rex summus huic muneri officioque praefecit; hanc omnipotens imperator esse voluit salutis viam, hanc

similitudo aliqua cum effatis scriptorum Novi Testamenti inest. At vero illa ipsa ita sunt expressa, ut fragmenta contionum, quibus interfuerit auctor, potius nonnulla eorum existimem, quam ex sacris litteris proprio studio hausta putem [15]), in aliis autem similitudo sententiarum ex simili de iisdem rebus sentiendi ratione facile potuerit enasci. Atque quum auctori, seu interioris admissionis jam factus seu sacro lavacro nondum tinctus opus suum confecerit, conventus tamen Christianos adeundi et lectiones atque expositiones evangeliorum audiendi copia fuerit, non adeo mirum videri potest, si ejusmodi quaedam orationum lumina animo infixa tenuerit. Enimvero omnino non major mihi videtur quam prae se fert Arnobius dogmatum Christianorum et litterarum divinarum cognitio, quam ut vel auditis doctoribus Christianis vel lectis eorumdem libris eadem instrui potuerit. Quippe quum non pauca in ipsis ejus libris indicia extent, eum priorum apologetarum unum alterumve opus, Clementis certe Alexandrini Protrepticum et fortasse aliquos Justini et Tertulliani libros oculis perlustrasse, haud adeo improbabilis opinio videtur, eum si quae in libris accuratiorem rerum Christianarum scientiam prae se ferant, haec illi lectioni accepta referre. Ceterum Veteris Testamenti umquam ab Arnobio lecti aut pro sacro Christianorum codice habiti ne unum quidem in libris ejus vestigium animadvertimus, sed haud pauca quae contrarium potius

---

vitae, ut ita dixerim, januam, per hunc solum est ingressus ad lucem.'' (cf. Joh. 10, 7—9. et 14, 6.). 2) locum II, 64: ,,Non aequaliter liberat qui aequaliter omnes vocat? Patet, inquit, omnibus fons vitae, neque ab jure potandi quisquam prohibetur.'' (cf. Joh. 4, 14.). 3) locum II, 61., ubi Jesu haec verba tribuuntur: ,,Vestris non est rationibus liberum implicare vos talibus et tam remota inutilitate curare. Res vestra in ancipiti sita est, salus dico animarum vestrarum et nisi vos adplicatis dei principis notioni, a corporalibus vinculis exsolutos expectat mors saeva'' sqq. (cf. Matth. 6, 33.). 4) locum III, 24: ,,Non fervorem genitalem solis deus noctis et tempora, ventos, pluvios, frugis cunctis subministrat aequaliter, bonis, malis, injustis, justis, ingenuis, servis, pauperibus, divitibus?'' (cf. Matth. 5, 45.). 5) locum prae ceteris memorabilem I, 65: ,,ipsius mortis extinctor.'' (cf. I Corinth. 15, 26.). —

15) Ita primum locum fragmentum aliquod homiliae in Joh. 10, 7—16., secundum ex expositione aliqua narrationis de muliere Samaritana vel verborum Jesu ap. Matth. 11, 28. haustum, tertium ex contione de verbis Jesu ap. Matth. VI, 33. habita mutuatum arbitror.

probent. [illegible] enim illa disputatio, quam contra sacrificia instituit[16]), ita est comparata, ut quaecumque in sacra ethnicorum tela jaculatur, eadem in ritus in Vetere Testamento praescriptos et librorum, qui ea praecipiant, auctoritatem adversarii facili negotio retorquere potuerint. Neque de allegorico Veteris Testamenti interpretandi modo ei quicquam constitisse videtur, quandoquidem summo cum studio et copia vagam ac perversam hanc explicandi rationem impugnavit[17]). Accedit quod uno loco[18]) ita Arnobius verba facit, ut in suspicionem veniat, ne pro fontibus quidem religionis Christianae cognoscendae satis limpidis hos libros habuisse, sed parum honorifice de iis statuisse, utpote qui nebulis et verborum involucris essent obducti.

Quamquam itaque mirum sane et vix credibile videri debet, hominem tanto ingenio, tot litteris praestantem, ad libros, qui a secta, cui aut jam erat adscriptus aut adscribi cupiebat, pro sacris habebantur, legendos pervestigandosque animum non applicuisse: tota tamen ejus de rebus divinis disputandi ratio facit, ut eum in eorum lectione potius omnino rudem quam vel leviter ea tinctum censeam. Atque ea plus apud me valet, quam quod ab aliis de infrequente litterarum sacrarum in libris ejus usu rerumque ignorantia, de quibus diserta satis sit scriptorum divinorum institutio, monetur. Etenim in disputatione adversus ethnicos argumentationis e sacris litteris quaerendae non ita magnum esse usum recte potuit arbitrari, si vel ipse in iis optime esset versatus[19]). Identidem etiam a diserta rei in quaestionem vocatae expositione ideo fortasse abstinuit, quod pro aevi sui more aut disciplinae Christianae mysterii nescio cujus augusti velamen obtendere aut ambitiosum aliquod silentium obtinere voluerit[20]). Verumtamen sunt et alia loca non adeo pauca, ubi sententiam suam ab institutione sacrorum scriptorum omnino abhorrentem proponit, in quibus cur, si ipse rectiora novisset, non candidus impertivisset, nulla idonea causa apparet. Aliquanto minus forsitan illi tribui oportet argumento, quod ex iis, quae de rebus

---

16) Lib. VII, c. 1 sqq.
17) Lib. V, c. 31 sqq.
18) Lib. III. c. 12.
19) Cf. Lactantii judicium de Cypriano Instit. Div. V, 1 et 4. —
20) Rössler Biblioth. der Kirchenv. III, 352. Schröckh l. l. I, 462. —

ab Jesu Christo gestis a Novi Testamenti fide aliena refert, quum constet veteres in adhibendis scriptis apocryphis multum sibi indulsisse. At vero ita fortasse excusari possunt quae ab eo praeter narrationes evangelistarum memorantur, sed non video, cur si de re aliqua gesta ex eorum monumentis veriora et certiora cognita habuisset, his relictis limpidis veritatis fontibus rivulos aliorum lutulentos potius sectatus sit. Quae quum ita sint, nostrum non modo Veteris Testamenti omnino rudem, sed vix ac ne vix quidem Novi lectione imbutum pronuntiare equidem non dubito.

De aliis scriptoribus, quos in opere elaborando Arnobius consuluisse videatur, brevius commemorare licet. E Christianis Clementem Alexandrinum pressius subinde secutus est, e cujus Protreptico integrae sententiae, constanter tamen celato auctoris nomine, desumptae reperiuntur. Cum Tertulliani Apologetico et Justini Epistola ad Diognetum quum nonnulla communia habeat, non abest suspicio, hos saltem horum scriptorum libros eum lectitavisse. Ceterorum scriptorum qui passim adlegati apud Arnobium leguntur quorumque nomina in indice editioni nostrae subjecto habes, admodum magnus est numerus, vel detractis iis, quos non ex ipsorum scriptis, sed ex Clemente aliisque cognitos eum habuisse appareat. Lucretium, Varronem, Ciceronem et Platonem ei in deliciis fuisse quum ex affectata dictionis Lucretianae imitatione, tum ex trium horum philosophorum, quos passim laudibus nobilitat, penu depromptis colligi potest.

Quo magis vel ex his paucis, quae in hunc locum sunt disputata, Arnobium vulgaris neque eruditionis neque ingenii scriptorem esse intelligitur, eo magis debet mirum videri, quod tanti viri libros sequens aetas inter tot minoris pretii scriptores non solum non magni fecisse, sed neglexisse videatur. Si enim Hieronymum excipias, in tanto scriptorum ecclesiasticorum grege vix unum inveneris, qui illius vel nominis mentionem aliquam fecerit, nedum ejus opus pertractasse existimandus sit. Styli inaequalitatem illam jam ab Hieronymo in eo vituperatam [21]) et difficiliorem struendi rationem, quae Afris scriptoribus

---

21) Hieronym. Ep. ad Paullin. I, p. 324. ed. Valars.: „Arnobius inaequalis et nimius est absque operis sui partitione confusus."

fere propria sunt, rariorum vocabulorum aut obsoletorum aut nove positorum usum impedimento fuisse suspicor, quominus multos per saecula lectores inveniret, ne illud commemorem, ejus scripta Gelasii decreto propter errores et dogmatis sacrorum librorum repugnantia quaedam in iis obvia olim inter apocrypha esse rejecta. Atque ita factum esse arbitror, ut hi adversus nationes libri per medium aevum rarius tantum stylo multiplicarentur, ut facile eamdem sortem trahere potuissent, quod aliud scriptoris opus, quod erat de Rhetorica Institutione [22]), traxisse conquerimur. Cetera enim quae sub Arnobii nostri nomine vulgo feruntur scripta, Commentarii in Psalmos, Adnotationes in quosdam Evangelistarum locos, Conflictus Arnobii Catholici cum Serapione Aegyptio de Deo Trino et Uno [23]), non magis sunt illius, quam Aeneidos libri sunt Moysis vel Jeremiae. Vetustum vero Arnobium, cujus ipsius nunc libris praefamur, praeter illum de Rhetorica et hos adversus nationes libros etiam alia opera edidisse Trithemius affirmat quidem, quibus vero auctoribus id sciat non addit [24]). Sed quum Trithemius etiam Commentarios in Psalmos nostro Arnobio attribuat quumque Hieronymus praeter illa duo plura ab eo scripta non recenseat, ea quae Trithemius indicat scripta potius ad illum quem vulgo dicunt Juniorem Arnobium, qui in Psalmos commentatus est, aut si qui praeter hunc tertius hujus nominis scripsit, — id quod inde verisimile est, quod

---

22) Trithem. de Scriptt. Eccl. (loco infra laud.) solus mentionem hujus libri facit, nec fontem scio, unde hauserit.

23) Habes haec tria diversorum auctorum opuscula in Biblioth. Patr. Max. Lugd. Tom. VIII, inde a pag. 203. Cf. Fabric. Bibl. Lat. Med. et Inf. Aetatis s. v. Arnobius Junior. Bähr Gesch. d. Röm. Litt. Sect. II. p. 378 sq. et quos ibi citat.

24) Trithem. de Scriptt. Eccl. (Bas. 1494. fol.) fol. 10, a. „Arnobius presbyter, philosophus et rhetor insignis, cum adhuc gentilis rhetoricam doceret, divina miseratione vocatus Christianum se coepit profiteri. Cumque ad episcopos accedens se baptizari expeteret, non credebant, veriti ne vir saeculari tumens eloquentia sacramentis fidei conaretur illudere, et ideo sententiam differebant. Arnobius vero cernens sibi fidem minime adhiberi, in argumentum sinceritatis suae scripsit et obtulit episcopis insigne volumen Adversus Gentes li. VII. (sic). In Psalterium quoque li. I., de Rhetorica Institutione li. I., alia quoque multa edidit, quae ad notitiam meam non pervenerunt. Docuit in Africa Rhetoricam sub Diocletiano principe, habuitque multos egregios et nobiles discipulos, qui viri doctissimi evaserunt." —

et illa, quae supra commemoravi falso nostro Arnobio adscripta, non ejusdem auctoris esse indicia non desunt — ad alium quempiam referenda fuisse videntur.

Apologetici Arnobiani nunc quidem Codd. MSS. habentur hi:

1) Parisinus, Regius, nro. 1661. membranaceus, quadruplicatus, vocabulis distinctis et minusculis characteribus exaratus, paucis scripturae compendiis, atramento flavescente, paene aureo, foliorum 190., quorum 28. continent Minucii Felicis Octavium tamquam octavum librum septem prioribus Arnobii additum. Saeculi videtur esse IX. vel X. [25])

2) Bruxellensis, Burgundiacus, nro. D, 685. membranaceus, quadruplicatus, vocabulis distinctis, minusculis characteribus, pallidiore atramento exaratus, pluribus scripturae compendiis, foliorum 82., quorum 12. ultima continent Minucii Felicis Octavium tamquam octavum Arnobii librum. Is Codex valde est depravatus, multis vocabulis et lineis mutilus, et transscriptus ex Cod. Parisino saeculo, uti videtur, XI vel XII. [26])

Codex Regius Parisinus num sit idem cum illo, ex quo effluxit editio princeps, multi addubitarunt.

Rem ita esse, ut jam olim affirmarunt Rigaltius, Lud. Carrio, Scaliger et alii [27]), ita et hinc non parum firmatur, quod ex saeculo MDC. fere medio Codicis illius Sabaei, quem nescio qua fide tradunt Bibliothecae Vaticanae fuisse, hucusque vestigium non apparuit ullum [28]). Neque profecto Fulvius Ursinus, cui olim si cui alii ad illam Bibliothecam patebat aditus, si revera Vaticano aliquo Codice uti licebat, in adornanda sua editione hoc facere intermisisse existi-

---

25) Cf. de hoc Cod. MS. quae profert Ed. de Muralto in Prolegg. ad ed. Min. Fel. Octav. p. I sqq.

26) V. Ed. de Muralto l. l. p. V sqq. Nuperrime eum Cod. MSS. contulit Lerschius V. D.

27) Rigalt. in Praef. ad ed. Min. Felic. Octav. ed. Lutet. 1743. 4. Scaligerana p. 33. ed. Colon. 1695. 8. Lud. Carrion. Emendd. I, 9. Luc. Holsten. ap. Ed. de Muralto l. l. p. X, adn. 28. Cf. me in Censura Arnobii ab Hildebrando editi insert. Ephem. Litt. Hal. 1845. Nov.

28) Codicem Arnobii in Bibl. Vaticana extare nullam nuperrime mihi affirmatum est ab amico quodam Romae degente. Cf. me in Ephem. Litt. Hal. l. l.

mandus erat[29]). Ita admodum probabilis redditur eorum conjectura, qui Codicem Arnobii illum ipsum, qui nunc Parisiis adservatur, ex dono Fausti Sabaci Brixiani ad Franciscum Valesium, cui dedicata est editio princeps, una cum exemplo ejus dedicatorio transmissum fuisse opinati sunt. Codicis vero Parisini collati cum ed. pr., quae, ut editores affirmant, summa adhibita fide ex Codice Sabaei recusa erat, non tanta est diversitas, ut diversos esse

---

29) Dicit quidem Ursinus in dedicatione suae editionis ad Gregor. XIII. Pontif. Max. ex Cod. Vaticanae Bibliothecae a Sabaeo editum fuisse Arnobium, ipsum vero Cod. aliquo usum esse vestigium extat nullum. Male enim intellexisse Ed. de Muralto verba pag. 242. margini addita: „Hostanes. sed non placet. primum quia vetus liber habet Sosthenes: deinde quia sqq.“ in aperto est. Vetus librum ibi dicit ed. principem. Codicem vero illum non Bibl. Vaticanae, sed ipsius Sabaei possessionem fuisse, paene pro comperto habere nos jubent verba Sabaei in dedicatione ed. pr. ad Franciscum Valesium, Gallorum Regem: qualem enim docti viri e manibus meis vix extorsere, sponte et lubens majestati tuae, quam multis epigrammatum lusibus decantavi et excolui (V. Fausti Sabaei Epigrammat. Libr. V. Rom. ed. 1556., cujus operis exemplum possidet Bibl. Acad. Götting.) dedico et dono. Jure enim belli meus est Arnobius, quem e media barbarie non sine dispendio et discrimine eripuerim.“ Quibus verbis etiam verisimile redditur Sabaeum Codicem suum forte in septemtrionalibus Europae oris deprehendisse. Saepius etiam in versiculis populos truces et feros mediamque barbariem crepat, unde summo cum discrimine et labore et suis adeo sumptibus codices antiquos protulerit, quorum exquirendorum causa a Leone Papa et ejus deinceps successoribus missus fuerit. Et in illis quidem regionibus olim extitisse Codd. MSS. Arnobii tum inde colligi potest, quod Cod. ille, qui hodie Bruxellis adservatur, ipse olim in possessione Monasterii Sti. Michaelis Luneburgensis fuit, tum ex eo, quod tradunt Schurzfleischius, (ad oram exempli alicujus Arnobii, quod adservatur in Bibl. Duc. Saxo-Vimariensi) et Casp. Barthius, (ad Guil. Briton. Philipp. p. 191.), scilicet Saxoni Grammatico olim lectum fuisse Arnobium. In Saxonis autem Sealandici libris quamquam vix ullum ejus rei indicium indagare potueris, vix tamen dubitandum videtur, quin vv. dd. non praeter fidem et certam aliquam auctoritatem illud concinente ore affirmaverint. Ipse autem Codex, qui hodie Parisiis adservatur in se non habet quod patriam prodat, nisi quod Leges Langobardicae tres in folii 190. tergo characteribus, qui haud multum ab iis, quibus Arnobius et Minucius scriptus est, additae verisimile reddunt, illum in Italia exaratum fuisse. (cf. Ed. de Muralto l. l.). De qua re procul dubio multo certius nobis constaret, modo legi possent verba pag. XLVI. Minucii superscripta multo recentioribus characteribus, quorum primi tantum in vocabulum aliquod conformandi erant scil.: Cenobii. —

Codices statuendos suspicio ullo modo enasci nedum firmari possit.

Codex Bruxellensis olim erat Monasterii Sti. Michaelis Luneburgensis, unde sibi eum paravit Flacius Illyricus [30]), cujus post mortem cum tota bibliotheca transiit in possessionem Petraei [31]), qui viduam a Flacio relictam in matrimonium duxerat. A Petraeo illum in aliquod tempus concessum accepit Franc. Modius, qui eum in Godesc. Stewechii usum, qui tunc temporis novam Arnobii editionem adornabat [32]), contulit, et postea, ut item eo uteretur, Lud. Carrioni concessit, quo mortuo ex testatoris voluntate pervenit ad Jo. Livineium, Cathedralis Antverpiensis tunc Canonicum et Cantorem, reddendus tamen, ubi Livineius eo usus fuisset, Franc. Modio, qui eum Lud. Carrioni procuraverat [33]). Sed casu factum est, ut post Livineii mortem ab Jesuitarum Collegio Antverpiensi Codex non redderetur, sed in ipsorum bibliotheca repositus remaneret, donec inde in breve tempus Parisios indeque in Burgundiacam denique Bibliothecam, ubi hodie servatur, migravit [34]).

Praeter hos duos libros Arnobii manu exaratos alii innotuerunt nulli. Habuit quidem Henricus Ernstius in ora

---

30) V. me in Ephem. Lit. Hal. l. l.

31) V. Schönemanni Biblioth. Historico-Lit. Patr. Lat. tom I, pag. 175 sq.

32) V. Stewechii Praefat. ad ed. Arnobii.

33) Extabat olim Antverpiae in Biblioth. Societatis Jesu exemplum ed. Bas. (1546.) Arnobii cum notis mss. Livineii, cujus in fronte primi libri haec verba Livineius adscripserat: „Decedens Lud. Carrio testamento mihi legavit Arnobium suum ed. Roman. cum Par. collatum. Itaque a p. 44. vacabit hoc signum. A qua item deinceps L. (h. l. Luneburgense) citabimus fide nostra; nam id ipsi diligenter tractavimus, submissum ab executoribus jussu testatoris, reddendum tamen, ubi eo usi essemus Franc. Modio, qui id Carrioni procuraverat. *R.* editionem Romanam, p. conjecturas signat. *P.* Bibliothecae Regiae exemplar prope Parisios. *L.* Luneburgense Sti. Michaelis, tractatum a Carrione cum cura utrumque.“ Descripsit haec verba M. Crusius.

34) M. Crusius Codici Brux., dum is adhuc in Bibl. Jesuitarum Antverp. extabat sub nro. 67., haec verba ei manu Livineii praefixa invenit: „Johannes Livineius, Cathedralis Antverp. Canonicus et Cantor, aliquot pagellis perturbatum Codicem in ordinem componebat a. MDXCVIII.“ — Cf. etiam Ed. de Muralto l. l. p. V, adn. 11. et me in Ephem. Lit. Hal. l. l. —

exempli alicujus editionis Arnobii adnotatas alicujus Codicis, ut liber prae se ferebat, variantes lectiones, quas olim Joanni Maire, bibliopolae Lugdunensi, qui editionem Arnobii Lugdunensem curans viros eruditos ad Arnobii scripta exornanda invitaverat, typis transmisit expressas. Sed num revera sint eae variantes lectiones veteris alicujus Codicis diversi a Parisino, adhuc dubitandum est, quamquam in quibusdam dissidendi ab isto speciem quamdam prae se ferre videantur. Certior haud dubie res est de duobus aliis Codicibus, quos jam pridem ex Anglia deportatos anno 1612. inter alios libros mss. Parisiis „nobili cuidam Germano" venditos esse refert Labbeus in Biblioth. Nova MSS. Librorum p. 371. Quos quidem Codices hodie quoque superstites esse non adeo incredibile videtur esse, ut non optandum sit, ut viri eruditi eorum vestigia indagandi certe periculum facere velint.

De Petropolitano aliquo Codice MS. famam omnino falsam fuisse docui in Ephem. Litt. Hal. 1846. Nov.

Editio Arnobii princeps prodiit Romae anno 1543. fol. hoc titulo:

Arnobii Disputationum (sic) *Adversus Gentes* (sic) *Libri Octo* (sic). *Nunc primum in lucem editi. Romae Apud Franc. Priscianen. Florentinum.* s. a.[35]). — Praefationi vel dedicationi Fausti Sabaei Brixiani ad „Illustrissimum et Invictissimum Regem Gallorum Franciscum Valesium", in qua dicuntur Hieronymus Ferrarius et Franciscus Priscianensis accurandae editionis provinciam suscepisse librumque „a variis et enormibus vitiis atque erroribus vindicasse", subscriptus est praeter nomen Sabaei annus MDXLIII. et verba: „Romae e Bibliotheca Palatina calen. Septembris." Decreto Pauli III. Pontificis, quo cavetur ne quis librum intra decennium proxime futurum inprimat vel inprimi faciat aut impressa alibi quam Romae vendat aut venalem habere sine Fausti Sabaei, Bibliothecae Vaticanae Custodis, licentia audeat, subscriptum est. „Datum Romae apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die XIII. Augusti MDLXII. (sic) Pontificatus nostri anno octavo." Ad calcem libri, qui continet folia CII., legitur: „Romae In aedibus Francisci Priscianensis M.D.XLII." —

35) M. Crusius putabat hanc editionem bis eodem anno impressam fuisse, quum in exemplari isto Parisiis adservato, cui Dalecampii notae adscriptae sunt, fol. 45, p. 1. Mellonam impressum invenisset, sine ullo indicio liturae typographicae. Cetera enim quot vidit ed. pr. exempla constanter Melloniam eo loco exhibebant, uti praebet etiam id ipsum quod possidet ex Apparatus M. Crusii reliquiis Biblioth. Sti. Michaelis Luneburgensis exemplum, quod ipse contuli.

Sequuntur jam reliquae Arnobii editiones:

Arnobii Disputationum Adversus Gentes libri VIII. nunc demum sic accurati ut ab eruditis sine ulla offensatione et cum majore lectionis operaepretio cognosci possint. Accessit Index eorum quae notatu digna sunt. Basileae, MDXLVI. (Froben.) 8. — Editio a Sigismundo Gelenio accurata est et dedicata D. Gilberto cognato Canonico Nazoretensi. Gelenium in emendando textu ed. principis licet interdum plus justo ingenio indulserit, tamen summam sagacitatis et judicii laudem sua editione promeruisse quivis Arnobio amicus facile confitebitur. — Repetita est haec prior Basileensis anno 1560. 8. una cum Arnobii Junioris Commentariis in Psalmos sub hoc titulo:

D. Arnobii Afri vetusti pariter ac laudatissimi scriptoris Commentarii pii juxta ac eruditi in omnes Psalmos per Des. Erasmum Roterodamum proditi et emendati. — Ejusdem Disputationum (inde a pag. 456.) *adversus Gentes libri VIII. Sigismundi Gelenii cura castigati cum Indice copiosissimo. Basileae M. D. LX. (Froben.).*

Opera Tertulliani et Arnobii quotquot ab interitu vindicari summorum virorum industria potuerunt, cum veterum exemplarium, tum recentiorum collatione instituta, locis scripturae aucta et illustrata commentariis sqq. Omnia studio et labore Renati Laurentii de la Barre. Parisiis ap. Guil. Julianum MDLXXX. fol. — Textus plane est Gelenianus, conservata religiosissime ipsa interpunctione et omnibus Frobenianorum operarum erroribus. Praefixa sunt unicuique libro argumenta, addita marginalia et index rerum memorabilium. Scholia textui subjecta non magni sunt pretii. —

Arnobii Disputationum Adversus Gentes Libri Septem recogniti et aucti. Ex Bibliotheca Theodori Canteri Ultrajectini, cujus etiam Notae adjectae sunt. Antverpiae. Ex Officina Christophori Plantini. M.D.LXXXII. 8. — In Praefatione Canterus haec dicit: „Nullas autem conjecturas quamvis veras et certas textui inseruimus, sed quicquid a nobis mutatum et additum fuit, auctoritate et fide Romani Codicis [h. e. editionis princ.] factum est. Verum ubi melius, quod substitueremus, non habebamus, secuti sumus lectionem Gelenii, (qui nimium quantum sibi in hoc auctore emendando indulsit, homo alioquin doctissimus et de re litteraria optime meritus) quamvis interdum falsam et a veri vestigiis procul remotam. Et quam plurimis in locis (quod praefiscine dixerim) subdola illius et adulterina lectione rejecta veram ac genuinam scripturam reposuimus.‟ Canterum novae editionis Arnobii vel commentariorum spem fecit in Praef. ad Lectorem et in Nota 5. ad Libr. VI. p. 278., sed iis elaborandis immortuus est. Quas autem in praesenti addidit notas, eae nonnisi emendationum rationem reddunt aut Clementis Alexandrini locis comparandis inserviunt.

Haud raro autem ad Jos. Scaligeri, Turnebi, Lipsii et Mureti conjecturas Canterus provocat. Inscripsit ille Arnobium Valenti Guellio Pimpontio in Curia suprema Parisiensi Senatori, epistola data Ultrajecti Idib. Nov. 1581. Numeri in margine textui adscripti non capita vel sectiones, ut Schönemannus autumat, designant, sed referendi sunt ad notas ad calcem libri additas. —

Arnobii Disputationum Adversus Gentes Libri Septem. M. Minucii Felicis Octavius. Romana editio posterior et emendatior. De Licentia Superiorum. Romae. Ex Typographia Dominici Basae. M.D.LXXXIII. 8. — Ex Praefatione discimus Petrum Chiaconum Hispanum auctore Antonio Carafa Cardinale in emendando Arnobio olim studium posuisse, sed fere jam absoluta, nondum autem perpolita libri emendatione, importuna morte ereptum correctiones Antonio Carafae, si ei videretur, publicandas testamento reliquisse. Is Cardinalis perpoliendi et pervulgandi provinciam Fulvio Ursino credidit, qui Chiaconi, Gelenii, Sighicelli aliorumque hominum doctorum emendationibus, quae in Arnobium variis locis dispersae circumferebantur, in unum collectis diligenterque examinatis eas tantum ex his in textum recepit, quae et multorum judicio probatae et sine ulla controversia verae visae essent. Quae autem non ita certae videbantur, ut tuto admitti possent, eas suis distinctis numeris in oris paginarum notandas curavit, notis simul, si quae erant ad conjecturas confirmandas adscriptae, additis. His omnibus de suo etiam nonnulla, obiter inter legendum animadversa, adjecit. Denique ex Ursino discimus eodem paene tempore, quo in Germania (Cf. Paul. Leopard. Emend. VI, 24. Hadr. Jun. Animadv. VI, 1. Erasm. schol. in Hieronymi Ep. ad Magnum) octavus Arnobii liber suo auctore restitutus erat, eamdem fraudem Minucio Felici factam sensisse Guil. Sirletum Cardinalem, ejusque adeo persuasione factum esse, ut primum in Italia hac editione Octavius ederetur.

Arnobii Disputationum Adversus Gentes Libri VII. Quibus accessit ejusdem argumenti Dialogus M. Minucii Felicis Octavius. Geverhardus Elmenhorstius recensuit et notis illustravit. Hanoviae Typis Wechelianis MDCIII. 8. — Textus ad maximam partem est Gelenianus passim receptis et ed. Fulvii Ursini emendationibus. Dedicata est haec editio Jos. Scaligero. —

Arnobii Disputationum Adversus Gentes Libri VII. cum Godescalci Stewechii Electis. Antverpiae apud Joach. Trognaesium MDCIV. 8. — Textus plerumque consentit cum Ursiniano. Emendationes tum ipsius Stewechii, tum aliorum reperiuntur partim ad mg. textus adscriptae, partim in Electis proponuntur una cum lectionibus variantibus excerptis ex Cod. Bruxellensi, quas Stewechio suppeditaverat Franc. Modius. Editionem Arnobii aliquam ab Stewechio curatam et in lucem editam jam fuisse a. 1586. in 8. sponsore Fabricio (Delect. Argg. et Syllab. Scriptt. pro Verit. Rel. Chr. p. 226.) quidam tradiderunt; sed fabula est. Errori ansam dedisse videtur quod in ed. 1604. verbis, quae Electis

praemissa sunt, subscriptus est annus 1586., epistola autem dedicatoria textui praefixa annum prae se fert 1587. —

Arnobii Disputationum Adversus Gentes Libri VII. M. Minucii Felicis Octavius. Editio Nova ad Editionem Romanam expressa, quibusdam tamen in locis e MS. Regio aucta et emendata. Desiderii Heraldi ad Arnobii libr. VII. Animadversiones et Castigationes Parisiis apud M. Orry. MDCV. 8. — Textus ad maximam partem Ursinianus, locis tamen nonnullis ex ipso Cod. Reg. emendatis [36]).

Arnobii Disputationum Adversus Gentes Libri VII. Geverhardus Elmenhorst Collatis diversis Codicibus recensuit et Observationibus illustravit. Hamburgi. CIↃIↃCX. fol. — Elmenhorstianae secundae textus nititur inprimis Ursinianae marginalibus, temere saepe ac sine judicio receptis, atque iis, quae ab Stewechio in Electis ex Cod. Bruxellensi proposita erant.

Arnobii Disputationum Adversus Gentes Libri VII. cum Stewechii Electis et Paratitlis seu Summariis Leandri de St. Martino Duaci MDCXXXIV. 8. — Verum Leandri de St. Martino nomen fuisse Joannem Jones discimus ex Thom. Smithi Vita Roberti Cottoni in Collect. Vitt. Selectar. quorumdam erudit. virorum (Vratislaviae in 8. impressa) p. 533. Per errorem, uti videtur, typogr. hujus editionis altera editio anni 1636. memoratur in Catal. Bibl. Te Water. p. 405. —

Arnobii Afri Adversus Gentes Libri VII. Cum Recensione Viri Celeberrimi (Claudii Salmasii) *et integris omnium commentariis. Editio novissima atque omnium accuratissima. Lugduni Batavorum, ex Officina Jo. Maire. CIↃIↃCLI.* 4. — Textus innumeris locis ex Codice Regio et conjectura restitutus, sed vitiis typographicis non paucis conspurcatus. Addita sunt Canteri, Stewechii, Elmenhorstii et Heraldi commentarii integri. Procuravit editionem Ant. Thysius ICtus. Commentario quem addere parabat Salmasius, a. 1652. immortuus est [37]). Prima ejus folia sive disquisitionem de nominibus antiquorum Romanorum, quam uberibus in Arnobium notis praemissurum fuisse notavit Sarravius p. 42. Epist., nactus ex Biblioth. Gudiana edidit J. Alb. Fabricius ad calcem tom. II. Operum St. Hippolyti. Hamb. 1618. fol. Exemplum aliquod Arnobii Cl. Salmasii et Rob. Keuchenii

---

36) Desid. Heraldi Curae Secundae leguntur in ejus Animadvers. in Salmasii Jus Atticum l. VII. c. 24. (Paris. 1650. fol.) p. 600 sqq.

37) Jo. Gottl. Molleri Saecula IV. Rostoch. 1695. 4. p. 269. haec leguntur: „Promisit (sc. Salmasius) editionem novam et amplissimos commentarios in hunc scriptorem, et typographus jam multas paginas excuderat, sed postea nihil annotationum a Salmasio potuit impetrare.“

adnotationibus mss. repletum extabat olim in bibliotheca Bergeri Prof. Vitemberg., teste Polyc. Lysero in Diss. de Cautionibus circa Bibliothecas. (Vitemberg. 1714.) p. 10. et complura alia, quorum ad margines viri ejusdem doctissimi adnotationes adscriptae erant, habuit Te Waterus Prof. Ultraject.[38]). V. Catal. Biblioth. Te Water. p. 403 sqq.

Editiones Arnobii duae quae memorantur in Georgii Lex. Bibliogr., scilicet e recensione Benedictor. Congreg. Sti. Mauri Paris. 1626. II. Voll. fol. et cum notis Carthesii Lond. 1651., numquam prodierunt.

Sancti C. Cypriani Opera ad Vetustissimorum Exemplarium fidem sedulo emendata, diligentia N. Rigaltii J. C. cum ejusdem Adnotationibus integris, Pamelii et aliorum commentariis, seorsum autem editis. Accedunt M. Minucii Felicis Octavius de Idolorum Vanitate. Arnobii Afri Adversus Gentes Libri VII. Jul. Firmici Materni V. C. de Errore Profanarum Religionum. Commodiani Instructiones Adversus Gentium Deos cum ejusdem N. Rigaltii notis integris et variorum commentariis uno conspectu dispositis. Ph. Priorius argumenta et notas in libros omnes de novo adjecit. Parisiis, sumptibus Jo. Du Puis MDCLXVI. fol. — Textus ex Lugduno-Batava una cum omnibus, auctis itidem, vitiis est repetitus. Adnotationes textus subjectae sunt partim ex variorum commentariis jam editis excerptae, partim Priorii. — Recusa est haec editio in Bibl. PP. Max. Lugd. tom. III. a pag. 430—514. cum ipsis Priorianae adnotationibus. —

Arnobii Adversus Gentes Libri Septem, in *Sanctor. Bibliotheca Patrum Primitivae Ecclesiae, Sive Opera Authorum Vett. in Scripturam Sacram etc. Lugduni apud Joa. Ant. Heguetan et Soc. MDCLXXX. fol.* — Textus est Canterianus. —

Arnobii Afri Adv. Gentes Libri VII. in *Gallandi Bibl. Vet. PP. etc. (Venetiis ex typogr. Jo. Bapt. Albritii MDCCLXVIII. fol.) tom. IV. a pag.* 133—224. — Textus est ex ed. Lugduno-Batava, vitiis quoque ejus plerumque repetitis. Adjectae sunt adnotationes ed. Priorianae. Gallandus textum Arnobii primus in capita descripsit, cujus descriptionis ordinem qui cognoscere cupit, etiam ad marginem ed. Hildebrandianae numeris adnotatum inveniet. —

Arnobii Afri Adversus Gentes Libri VII. et Julii Firmici Materni V. C. de Errore Prof. Religionum etc.

---

38) In Biblioth. Petri Francii olim tria fuere exempla ed. LB. 1651., quorum binis Francius ipse, alteri alius quoque V. L. adscripserat, tertius abundabat mss. adnotationibus Salmasianis, teste Fabric. Bibl. Lat. Med. et Inf. Aet. —

in Opp. SS. Patrum Latinorum Vol. V. ed. Oberthuer. Wirceburgi in Off. Libr. Staheliana. MDCCLXXXIII. 8. — Textus est Canterianus, sed ad ed. Lugduno-Batavam emendatus, cui ipsi subjecta est passim lectionum varietas. Capitum distinctionem diversam ab Gallandii instituit Oberthuerius, quam cett. edd. recentiores retinuerunt.

Arnobii Afri Disputationum Adversus Gentes Libri VII. Recognovit, Notis Priorum Interpretum Selectis Aliorumque Et Suis Illustravit Jo. Conradus Orellius, Pastor Ad Aedem Spiritus Sancti Et Canonicus Collegii Carolini Turicensis. Lipsiae 1816. 8. *Sumptibus Frid. Christ. Guil. Vogelii. Partes II. cum Appendice cont. Adnotationum Supplementa seorsum edito a.* 1817. — Censuras hujus editionis, quae studiorum magis assiduitatem et interpretis curam laudabilem testatur, quam criticum quod dicunt ingenium, censuras dedere V. D. aliquis anonymus in Ephemerid. Litt. Jen. a. 1817. No. 11. et Hildebrandus in Ephemerid. Litt. Hal. 1842. Oct.

Arnobii Afri Adversus Gentes Libri VII. in *tomo V. Patrologiae Completo Cursu, sive Bibliotheca Universalis Integra Oecomenica SS. PP. Ab Aevo Apostolico Ad Usque Innocentii III. Tempora. Montrouge.* 1844. 8. — Haec editio nondum in meas manus pervenit.

Arnobii Adversus Nationes[39] *Libri VII. Ex nova Codicis Parisini Collatione Recensuit Notas Omnium Editorum Selectas Adjecit, Perpetuis Commentariis Illustravit, Indicibus Instruxit Dr. G. F. Hildebrand, Scholae Tremoniensis Super. Ord. Praeceptor. — Adjectae sunt Rigaltii et Delechampii Notae et Emendationes Primum Editae. Accedunt Variae Minucii Felicis Apologetici Lectiones Et Bernhardyi In Arnobii Librum Primum Emendationes. Halis Saxonum Sumptibus Bibliop. Orphanotrophei. MDCCCXLIV.* 8. — Censuram hujus editionis nuperrime dedi in Ephemerid. Litt. Hal. 1846. Nov. —

Versiones Arnobii innotuerunt nullae praeter Belgicam:

Arnobius d'Afrikaner, vertaalt dor J. Oudaan. Harling. 1677. 8. et Germanicam:

Des Afrikaners Arnobius Sieben Bücher wider die Heiden. Aus dem Lateinischen übersetzt und erläutert

---

39) Hic verus est operis titulus restitutus ab Hildebrando ex subscriptione libri secundi in Cod. Paris. Editores reliqui omnes dederunt „adversus Gentes" Sabaeum secuti, qui ex Hieronymi locis duobus, quos supra attulimus, ita videtur correxisse.

von Franz Anton v. Besnard. Landshut 1842. *v. Vogel'sche Verlags-Buchhandlung.* 8. — Ea conversio tot vitiis verborumque stribiliginibus laborat, ut nisi textum latinum adhibueris vix verbum intelligas. Majoris pretii sunt Adnotationes vel potius Commentarii ad calcem libri (a p. 214—638) additi, in quibus multa sunt ex aliorum scriptis adlata, quae non vulgarem eruditionem produnt. —

Libri qui peculiariter spectant ad emendationem aut interpretationem Arnobii sunt hi:

Jo. Meursii Criticus Arnobianus tributus in libros septem. Item Hypocriticus Minutianus et Excerpta MS. Regii Parisiensis. In quîs Arnobius Adversus Gentes et Minucius IC. amplius locis, alii Scriptores varie castigantur. L. B. Ex Officina Jo. Balduini MDXCVIII. 8. — Mirifice callidum detegendis et persanandis sui scriptoris vulneribus se praebuit Meursius, multa acute vidit, ad quae superiores editores omnino caecutiebant, multa menda levissima medela sustulit, et multo majora procul dubio praestitisset, si ei praeter Basileensem et Canterianam etiam aliis editionibus uti licuisset. Ad calcem libri accesserunt appendicis loco excerpta Codicis Regii ex libro Jos. Scaligeri, quem olim Lutetiae cum Cod. MS. Regio contulerat. Ex Critico Meursii Arnobiano retractata quaedam curis secundis sunt in ejus Exercitationibus Criticis, quae prodiere LB. 1599. 8. duobus particulis.

Julii Caesaris Bulengeri Juliodunensis Eclogarum ad Arnobium liber primus. Tolosae MDCXII. 8. — Ineptum opus, scatens locis ex Patrum scriptis inaniter et praeter necessitatem coacervatis.

Nicol. le Nourry Adparatus ad Biblioth. Max. Patrum Lugduni editam. Parisiis MDCCXV. apud Jo. Bapt. Delespine. fol. Tom. II, p. 257—570. — Dissertatio in Arnobium, in qua post analyses singulorum locorum de auctore, operis aetate, consilio, argumento et tractatione, stylo et eruditione, de opere distribuendo, librorum integritate ac textus corruptione, de erroribus quibusdam Arnobii, de variis horum librorum Codd. MSS., editionibus et in eos notis et observationibus fuse pro more suo, sed praeclare disserit a pag. 257—296., denique inde a pag. 296—570. novas in Arnobium observationes profert, in quibus vel argumenta singula, quibus ille cum in asserenda veritate, tum in refutandis adversariorum erroribus utitur, examinantur, vel potiora antiquitatis monumenta illustrantur.

H. Ernstii J. C., Consiliarii Regii et Profess. Sorani Notae Brevissimae ad Arnobii Libros Disputationum adv. Gentes. Accedunt ejusdem notae Ad Orationem de Consummatione mundi ac de Antichristo et secundo adventu Domini Nostri Jesu Christi, quae beato Hippolyto Epi-

scopo ac Martyri vulgo tribuitur. Hauniae Typis Wielandianis MDCCXXVI. 16. — In Epist. dedicatoria ad Jo. Maire haec leguntur: „Qua in parte, Vir humanissime, nunc potissimum labores, docet me Epistola tua, novae et pulcerrimae Arnobii Editioni, quae prae ceterorum scriptorum novis Editionibus certe emicat caputque altius tollit, praefixa. Ea cum viros eruditos ad Arnobii scripta exornanda videam invitari, ecce tibi, ne ego sim *ἀσύμβολος*, quae olim ad eximiae eruditionis hunc scriptorem inter legendum more meo in chartas conjeci et ipse annotavi, quaeque ad oram Libri aliena manu, cujus certe nescio, cum V. Cod., uti prae se ferebat scriptura, collata reperi. Liber tamen ille castigatus videtur ad Codicem MS. Regium, quo usi sunt Jos. Scaliger, Desider. Heraldus et Cl. Salmasius, ego vero eum accepi a Viro doctissimo Jo. Duchat Genevensium medico." etc. etc. Subscriptum est: „Dabam in Regia et Equestri Acad. Sorana XIV. Cal. Jun. CIↃIↃCLI." — Ipsius quidem Ernstii paucissimae quae in eo libro proponuntur emendationes nihili faciendae sunt, sed lectionis varietatem illam ex ora libri Jo. Duchat ab eo transscriptam excerpendam putavi integram meaeque editionis textui inter ceteras variantes scripturas subjiciendam. Cf. etiam Ephem. Litt. Hal. 1846. Nov.

De Ratione et Argumento Apologetici Arnobiani auct. Petr. Krog Meyer. Haun. 1815. 8. — Diss. inauguralis amplissima, cujus in prima parte auctor disserit de consilio Apologetici Arnobiani, in alia de aetate scriptoris et de fontibus ejus, in tertia veluti paraphrasin totius operis Arnobiani exhibet, in quarta de theologia Arnobii disputat, omnia perquam fuse et sermonis filo haud raro ad taedium usque protracto. Nova nisi forte quaedam ad theologiam spectantia in hoc libro non inveneris.

At praeter hos virorum doctorum libros a me enumeratos non pauca aliorum circa Arnobium studia, quae exspectationem habebant, fructum communem non tulerunt, sed intra conatus substiterunt. Sic Theodorus Canterus et Claudius Salmasius amplioribus suis commentariis elaborandis immortui sunt. Evanuit spes editionis Francisci Pithoei [40]) Petri illius fratris, nec magis lucem viderunt quae Jos. Scaliger, P. Scriverius, Cardillus, Herib. Rosweydus et Jo. Js. Pontanus [41]) in Arnobium commentati erant, quam Gessii, Wakeri,

---

40) V. Savaron. ad Sidon. Apollin. IV, 6. p. 246. Scriver. in Schediasm. X. praemisso Meursii Critico Arnob. et Eustath. Swartius Analect. III, 2, 4. p. 73. (ed. LB. 1616. 4.)

41) De S c r i v e r i o cf. Praef. D. Heinsii ad Not. in Clem Alexandr., Petro Scriverio a. 1616. dicatas; de C a r d i l l o v. Eustath. Swartium l. l.; de R o s w e y d o v. Nonn. de Esu Piscium p. 36. (Antwerp. 1616. 8.) de P o n t a n o v. Boxhorn. in Epist. ad Pontanum L. B. d. 28. Oct. 1633. scripta p. 37., ed. Lips. 1679.

Wassii, M. Crusii et Sam. Luth. Gereti [42]) conamina, praematura virorum morte intercepta. Atque utinam certe egregii illi thesauri publici essent juris facti, qui olim ab Te Watero, Professore Ultrajectino, in usum novae quam moliebatur editionis undique collecti erant, nunc autem in Britannica aliqua, uti videtur, bibliotheca latent, numquam fortasse diem visuri. Habuit enim ille praeter varias Codd. MSS. et editionum quotquot exstant collationes, exercitationes in Arnobium et adnotationes mss. (partim autographas) ineditas L. Torrentii, P. Scriverii, Almeloveenii, Abr. et Jac. Fr. Gronoviorum, Nic. Fabri, Ben. et Cl. Salmasiorum, Nic. Heinsii, Oudendorpii, Burmannorum, D. Huetii, Puteani, I. Ulitii, Withofii, C. Rosii, I. Haeringii aliorumque, quibus accedebat commercium epistolicum de rebus ad Arnobium spectantibus cum inter Abr. Gronovium et I. D. ab Hoven, ex anno **1761**., tum inter ipsum Te Waterum et Santenium, Arnoldium, Leydenum ab Westbarendregt, Abbatem Sti. Legerii, Henr. Royenum, P. Hofstedium, Nic. Parquoyum, P. H. Marronium, Ev. Wassenberghium, Fr. God. de Lynden, L. Suringarum, Car. Hulthemium ab anno **1787**. usque ad annum **1819**. V. Biblioth. Te Wateranam tom. I, p. **402** sqq. —

---

42) De J. Wassio v. Fabric. Bibl. Lat. Med. et Inf. Aet. I, p. 138. ed. Mansi.; de Wakero et Gessio Mém. de Trevoux a. 1722. Nov. p. 2023. et a. 1724. p. 945.; de Crusio v. ipsius Dissert. Epistol. de Scriptis quibusdam integris sqq. Cf. Acta Erudit. a. 1729. p. 60. et Nov. della Lettere a. 1731. p. 408.; de Gereto v. ejus Comment. de Vita Aldi Manutii Vitemberg. 1792. ed. in 4. —

ARNOBII
ORATORIS
ADVERSUS NATIONES LIBRI.

LIBER PRIMUS.

1. Quoniam comperi nonnullos, qui se plurimum sapere suis persuasionibus credunt, insanire[1]), bacchari et velut quiddam promptum ex oraculo dicere: postquam esse in mundo Christiana gens coepit, terrarum orbem perisse, multiformibus malis affectum esse genus humanum, ipsos etiam caelites derelictis curis sollemnibus, quibus quondam solebant invisere res nostras, terrarum ab regionibus exterminatos: statui pro captu ac mediocritate sermonis contraire invidiae et calumniosas dissolvere criminationes, ne aut illi sibi videantur, popularia[2]) dum verba depromunt, magnum aliquid dicere, aut si nos talibus continuerimus ab litibus, obtinuisse se causam putent, victam sui vitio, non adsertorum silentio destitutam. Neque enim negaverim validissimam esse accusationem istam, hostilibusque condignos odiis nos esse, si apud nos esse constiterit causas, per quas suis mundus aberravit ab legi- 1

---

1) **insanire** de iis, qui dei numine afflati sunt, usurpat et Tertull. ad Uxor. I, 6. 2) **popularia** verba Bernhardyus interpretatur esse quae favorem et assensionem populi nanciscantur i. e. persuasibilia. Sed cf. infra I, 45. et VII, 36. fin. —

bus, exterminati sunt dii longe, examina tanta maerorum mortalium inportata sunt saeculis.

2. Inspiciamus igitur opinionis istius mentem et hoc quod dicitur quale sit, summotisque omnibus contentionum
2 studiis, quibus obscurari et contegi contemplatio rerum solet, an sit istud quod dicitur verum, momentorum parium examinatione pendamus. Efficietur enim profecto rationum consequentium copulatu, ut non impii nos, magis sed illi ipsi reperiantur criminis istius rei, qui se numinum profitentur esse cultores atque inveteratis religionibus deditos. Ac primum ab his illud familiari et placida oratione perquirimus: postquam esse nomen in terris Christianae religionis occoepit, quidnam inusitatum[1]), quid incognitum, quid contra leges principaliter institutas aut sensit aut passa est rerum ipsa quae dicitur appellaturque natura? Numquid in contrarias qualitates prima illa elementa mutata sunt, ex quibus res omnes consensum est esse concretas? Numquid machinae huius et molis, qua universi tegimur et continemur inclusi, parte est in aliqua relaxata aut dissoluta constructio? Numquid vertigo haec mundi primigenii motus moderamen excedens aut tardius repere aut praecipiti coepit volubilitate raptari? Numquid ab occiduis partibus attollere se astra, atque in ortus fieri signorum coepta est inclinatio? Numquid ipse siderum sol princeps, cuius omnia luce vestiuntur atque animantur calore, exarsit, intepuit atque in contrarios habitus moderaminis soliti temperamenta corrupit? Numquid luna desivit redintegrare se ipsam atque in veteres formas novellarum semper restitutione traducere? Numquid frigora, numquid calores, numquid tepores medii inaequalium temporum confusionibus occiderunt? Numquid longos habere dies bruma et revocare tardissimas luces nox coepit aestatis? Numquid suas animas expiraverunt venti, emortuisque flaminibus neque caelum coartatur[2]) in nubila, nec *maditate* ex imbribus arva succedunt?[3]) Commendata semina tellus recusat accipere aut frondescere arbores nolunt? Sapor

---

1) Sic Cod. Paris., non invisitatum, quod ex Meursii conj. aliquot edd. receperunt. 2) Sic Cod., non coactatur, quod ex Gelenii correctione aliquot edd. receperunt, prob. Behot. et Bernhardyo. 3) madidari ex imbr. a. s. Codd. madidata imbr.

frugibus esculentis et vitis liquoribus mutatus est? Olearum ex baculis cruor teter exprimitur nec lumini subministratur extincto? Animalia terris sueta atque in aquis degentia 3
non esuriunt, non [1]) concipiunt, fetus non in uteris sumptos suis moribus et sua lege custodiunt? Ipsi homines denique, quos per inhabitabiles [2]) oras terrae sparsit prima incipiensque nativitas, non matrimonia copulant nuptiarum sollemnibus iustis? non dulcissimas procreant liberorum stirpes? non negotia publica, non privata et familiares res agunt? non, ut cuique libitum est, per diversas artium disciplinarumque rationes et ingenia [3]) derigunt et studiose referunt nativitatis [4]) usuras? Non regnant, non imperant quibus sors rerum attributa est talium? non auctiores cotidie dignitatibus et potestatibus fiunt? iudiciorum disceptationibus praesunt, leges interpretantur et iura? Nonne omnia cetera, quibus vita succingitur et continetur humana, suis omnes in gentibus patriorum celebrant institutionibus morum?

3. Cum igitur haec ita sint neque ulla inruperit novitas, quae tenorem perpetuum rerum dissociata continuatione diduxerit, quid est istud, quod dicitur invectam esse labem terris, postquam religio Christiana intulit se mundo et veritatis absconditae sacramenta patefecit? Sed pestilentias, inquiunt, et siccitates, bella, frugum inopiam, locustas, mures et grandines resque alias noxias, quibus negotia incursantur humana, dii nobis inportant iniuriis

---

a. succescunt ex corr. Gelen. receperunt Canter. et Oberthur. madidarier imbr. cj. Grotius prob. Meurs. madori ex imbr. habet ed. LB. madidarier imbr. a. succedit cj. Carrio. madidata imbr. a. succrescunt cj. Behot. maditate ex imbr. ex conj. correxit Hildebrand. maditate et imbr. cj. Bernhard. maditata ex ex conj. Canteri recepit Orell. 1) esuriunt non Cod. Par. suriunt non Cod. Brux. Edd. pars: esuriunt nec, pars praebet: suriunt nec. Esurire verbum firmat praeter Nonii testimonium p. 90. ed. Merc. etiam vet. marmor Romae repertum: „O Libidinem Esurientem“, teste Memmio. 2) i. e. habitabiles, ab inhabitare verbo. — 3) Edd. invitis Codd. praebent rationes, ingenia, omissa et particula. — 4) In Cod. Brux. erasa syllaba ti correctum est: navitatis, ut habet mg. ed. Fulvii Ursini, quod recepit etiam Orell. Hinc pro studiose aliquot edd. praebent studiosae. Nec veri absimile est Arnobium revera scripsisse studiosae — navitatis. Hild. ex loco Tertull. de Anima c. 20. nativitatem vult explicari per „nativam indolem“.

vestris atque offensionibus exasperati. Si in rebus perspicuis et nullam desiderantibus defensionem non stoliditatis esset diutius inmorari, ostenderem profecto replicatis prioribus saeculis, mala ista, quae dicitis, non esse incognita non repentina; *nec* [1]) postquam gens nostra felicitate donari huius vocaminis meruit, inrupisse has labes et infestare coepisse discriminum varietate mortalia. Si enim nos sumus in causa et in nostri criminis meritum excogitatae sunt hae pestes, unde novit antiquitas miseriarum haec nomina, unde bellis significatum dedit?
4 Pestilentiam, grandines qua potuit *ratione* [2]) signare aut inter suas voces quibus oratio explicabatur adsumere? Nam si novella sunt haec mala et ab recentibus ducunt offensionibus causas, qui potuit fieri, ut eis rebus verba formaret, quas nec ipsa sciebat expertam se esse neque ullis comperisset maiorum in temporibus factitatas? Penuria, inquit, frugum et angustiae frumentariae artius nos habent. Antiqua enim et vetustissima saecula necessitatis istius aliquando fuerunt expertia? Nonne ipsa nomina, quibus censentur haec mala, testificantur et clamant, nullum ab his umquam inmunem abisse mortalium? Quodsi ad credendum difficilis res esset, testimoniis agere possemus auctorum, quantae quoties et quae gentes famem senserint horridam et aggerata interierint vastitate. Casus frequentissimi grandinis accidunt atque *adterunt* [3]) cuncta. In litteris enim priscis compraehensum et compositum non videmus, etiam imbres saxeos totas saepe comminuisse [4]) regiones? Difficiles pluviae sata faciunt emori et sterilitatem indicunt terris. Inmunis enim antiquitas malis ab his fuit, cum etiam flumina cognoverimus ingentia *limis* [5]) inhorruisse [6]) siccatis? Pestilentiae contagia urunt genus humanum. Annalium scripta percurrite linguarum diversitatibus scripta, universas discetis gentes saepenumero desolatas et viduatas suis esse cultoribus. Ab locustis, a muribus genus omne acciditur [7]) atque adroditur frugum. Historias ite per

---

1) sed Cod. 2) natione Cod. Edd. pars praebet ratione, pars notione. 3) adierunt Cod. 4) communisse Cod. a manu priore, quod ed. LB. et Hild. receperunt; nos cum aliis secuti sumus m. secundae in Cod. correctionem. 5) liminis Cod. 6) Edd. aliquot inaruisse. 7) Sic Cod., non occiditur, ut est in plerisque edd. De re cf. Plin. VIII, 29. X, 65. 85. Klausen

vestras et ab istis pestibus instruemini, quotiens prior aetas adfecta sit et pauperitatis ad miserias venerit. Terrarum validissimis motibus tremefactae nutant usque ad periculum civitates. Quid, hiatibus maximis interceptas urbes cum gentibus superiora tempora non viderunt aut ab huiusmodi casibus fortunas habuere securas?

4. Quando est humanum genus aquarum diluvîs [1]) interemptum? Non ante nos? Quando mundus incensus in favillas et cineres dissolutus est? [2]) Non ante nos? Quando urbes amplissimae marinis coopertae sunt fluctibus? Non ante nos? Quando cum feris bella et proelia cum leonibus [3]) gesta sunt? Non ante nos? Quando pernicies populis venenatis ab anguibus [4]) data est? Non ante nos? Nam quod nobis obiectare consuestis bellorum frequentium causas, vastationes urbium, Germanorum et Scythicas inruptiones, (cum pace hoc vestra et cum bona venia dixerim,) quale sit istud quod dicitur calumniarum libidine non videtis.

5. Ut ante milia annorum decem ab insula quae perhibetur Atlantica Neptuni, sicut Plato [5]) demonstrat, magna erumperet vis hominum et innumeras funditus deleret atque extingueret nationes, nos fuimus causa? ut inter Assyrios et Bactrianos Nino quondam Zoroastreque ductoribus [6]) non tantum ferro dimicaretur et viribus, verum etiam Magicis et Chaldaeorum ex reconditis disciplinis, invidia nostra haec fuit? ut Helena diis ducibus atque inpulsoribus rapta et suis esset dirum et venturis temporibus fatum, *religioni* nostrae attributum est *crimini?* [7]) ut ille immanis Xerxes mare terris immitteret et gressibus maria transiret, nostri nominis effectum est iniuria? [8]) ut ex Macedoniae finibus unus exortus adulescens Orientis regna et populos captivitate ac servitio subiugaret, nos fecimus atque exci-

---

Aeneas I, 73 sqq. et Tacit. Annal. init. Oros. Hist. V, 11. Augustin. C. D. III, 31.

1) Edd. omnes praebent diluviis invito Cod. 2) Plat. Tim. c. 5. p. 22. 3) Aelian. de Nat. Animal. XVII, 27. 4) Plin. VIII, 29.

5) Plat. Tim. c. 6. p. 25. 6) Euseb. Chron. II, p. 16. Hieronym. in Hoseam c. 5. Diodor. Sic. II, 6. Oros. I, 4. Augustin. C. D. XXI, 41. 7) religionis — criminis Cod. vitiose. 8) Sic Codd. a m. sec., sed a m. pr. habet iura, unde aliquot edd. re-

tavimus causas? ut modo Romani velut aliquod flumen torrens cunctas summergerent atque obruerent nationes, nos videlicet numina praecipitavimus in furorem? Quodsi hominum nullus est, qui *quae iamdudum* [1]) gesta sunt nostris audeat temporibus imputare, quemadmodum possimus miseriarum esse praesentium causae, cum novi fiat nihil, sed sint omnia vetera et nullis antiquitatibus inaudita?

6. Quamquam ista quae dicitis bella religionis nostrae ob invidiam commoveri non sit difficile comprobare post auditum Christum in mundo non tantum non aucta, verum etiam maiore de parte furiarum [2]) compressionibus immi-
6 nuta. Nam cum hominum vis tanta magisteriis eius acceperimus ac legibus, malum malo rependi non oportere [3]), iniuriam perpeti quam inrogare esse praestantius, suum potius fundere quam alieno polluere manus et conscientiam cruore: habet a Christo beneficium iamdudum orbis ingratus, per quem feritatis mollita est rabies atque hostiles manus cohibere a sanguine cognati animantis occoepit. Quodsi omnes omnino qui homines esse non specie corporum sed rationis intellegunt potestate, salutaribus eius pacificisque decretis aurem vellent commodare paulisper, et non fastu et supercilio luminis suis [4]) potius sensibus quam illius *commonitionibus* [5]) crederent, universus iamdudum orbis mitiora in opera conversis usibus ferri tranquillitate in mollissima [6]) degeret et in concordiam salutarem incorruptis foederum sanctionibus conveniret.

7. Sed si per vos, inquiunt, nihil rebus incommodatur humanis, unde sunt haec mala, quibus urgetur et premitur iamdudum miseranda mortalitas? Sententiam me poscis huic necessariam [7]) nihil causae. Neque enim prae-

---

finxerunt cura. Verum fortasse est ira. 1) qui quamdudum Cod. qui quae dudum Edd.

2) futuriarum Cod. Par., quod idem in Brux. antea erat, qui nunc rasura conspicua furiarum praebet. 3) Evangel. Matth. V, 39. Ep. ad Rom. XII, 17 sq. 4) lumini (eraso littera s) suis Cod. Par., et item in Cod. Brux. a m. pr., unde quidam male: tumidi refinxerunt. luminis sui cj. Pontan. et Bernhard., qui bene vidit lumen hic irridentis esse. 5) commotionibus Cod. P. et ed. princ. In Cod. Brux. correctum est commonitionibus. 6) Sic Cod. Br., contra in Cod. P. est tranquillitatem in mollissimam.

7) Post necessariam Cod. P. inserit signum interrog. — Dal-

sens atque in manibus posita disceptatio, neque in id sumpta est a me, ut ostenderem vel probarem, quibus unaquaeque res causis et rationibus fieret, sed ut maledicta criminis tanti procul esse ab nobis ostenderem. Quodsi praesto, si facio, ut [1]) argumentis insignibus rei veritas explicetur, unde sint haec mala vel ex quibus profluant fontibus principiisque non curo.

8. Ac ne tamen omnino quid de rebus huiusmodi sentiam nihil videar interrogatus expromere, possum dicere: Quid enim, si prima materies, quae in rerum quattuor elementa digesta est, miseriarum omnium causas suis continet inritationibus [2]) involutas? Quid si siderum motus certis signis, partibus, temporibus, lineis pariunt haec mala et subiectis adferunt variorum discriminum necessitates? Quid si statis temporibus rerum vicissitudines fiunt, atque ut in maritimis aestibus modo secundae res adfluunt, modo rursus refluunt malis reciprocantibus prospera? Quid si 7
materiae faex ista, quam sub nostris calcamus ingressibus, hanc habet sibi legem datam, ut expiret nocentissimos halitus, quibus corruptus aer iste et corporibus labem ferat et negotia infirmet humana? Quid si, quod proximum vero est, quicquid nobis videtur adversum, mundo ipsi non est malum, omniaque quae fiunt nostris commoditatibus statuentes opinionibus inprobis criminamur eventa [3]) naturae? Plato ille sublimis apex philosophorum et columen [4]) saeva illa diluvia et conflagrationes mundi purgationem terrarum suis esse in commentariis prodidit [5]), nec vir prudens extimuit humani generis subversionem, cladem, ruinas, interitus, funera rerum innovationem vocare, *etenim* [6]) iuventutem his quamdam redintegratis viribus comparari.

9. Non pluit, inquit, caelum, et frumentorum inopia nescio qua laboramus. Quid enim inservire elementa tuis

---

camp. pro huic legi vult hic. 1) Cod. Brux. et Cod. Par. a m. pr. habent: facto et — explicatur, quod in P. a m. sec. correctum est. Edd. omnes praeter Hild. priorem lectionem receperunt.

2) in rationibus, mg. Urs. et in eandem conjecturam inciderunt Canter. et Stewech., unde in complures edd. abiit. 3) Sic Cod. B. In Cod. P. est evento vitiose. 4) Sic. Cod. P. In Cod. B. est lumen. 5) Plat. Tim. c. 5. p. 22. Orig. c. Cels. IV, 16. 6) et in Codd. — etenim correctum exstat jam in textu ed. Ursin.

necessitatibus postulas, atque ut vivere mollius et delicatius tu possis, obsequia temporum tuis debent commoditatibus se dare? Quid enim si hoc pacto navigationis cupidissimus conqueratur ventos iamdiu non esse et caeli conquievisse flaturas? Numquid ideo dicendum est, perniciosam esse tranquillitatem illam mundi, quia vectoribus impediat vota? Quid si sole aliquis torrere se suetus et adquirere corpori siccitatem *ratione in* consimili [1]) conqueratur frequentissimis nubilis iucunditatem serenitatis ablatam: numquid ideo dicenda sunt nubila inimica obductione pendere, quia libidini non permittitur otiose rutilare [2]) se flammis et causas potionibus praeparare? Eventa haec omnia quae fiunt et accidunt mole sub hac mundi commodulis non sunt nostris sed ipsius pendenda sunt rationibus ordinibusque naturae.

10. Nec si aliquid accidit quod nosmetipsos aut res nostras parum laetis successibus fovit, continuo malum est et in exitiabilis rei opinione ponendum. Pluit mundus aut
8 non pluit: sibimet pluit aut non pluit, et quod forsitan nescias, aut uliginem nimiam siccitatis ardore decoquit [3]), aut longissimi temporis ariditatem pluviarum effusionibus temperat. Pestilentias, morbos, fames atque alias suggerit malorum exitiabiles formas: unde tibi est scire, ne [4]) quod exuberat sic tollat, ut per sua dispendia modum rebus luxuriantibus figat?

11. Tu audeas dicere: hoc et illud est in mundo malum, cuius explicare [5]) neque originem valeas neque causam, et quia tuas impediat deliciarum forsitan et libidinum voluptates, perniciosum esse atque asperum dicas? Quid ergo, quia frigus membris tuis adversum est et congelare [6]) sanguinis tui fervorem solet, idcirco in mundo

---

1) rationem consimili Cod. quod emendavi. Edd. praebent: ratione consim. 2) otiosae ustulare se fl. Vet. Lib. Ernstii et mg. Urs. Nos sumus Codd. et priores edd. secuti; cett. habent otiosae. In Cod. P. post otiose verbum aliquod deesse adnotat Crus. — De re v. Schol. ad Pers. Sat. IV, 15. et Casaub. ibid. ad v. 32.

3) decoquet Cod. 4) i. e. an non. Sic saepius ap. Arnob. praeposita haec reperitur particula, ut II, 7. III, 4. Cf. Tertull. de Anima c. 30.

5) explicare dissolvere neque Cod. P. punctis sub dissolvere (quod omnes praeter Hild. edd. receperunt) ab antiqua manu positis. Cod. Br. glossema non habet. 6) congelare constrin-

hiemps esse non debet? Et quia perferre [1]) flagrantissimos soles nequeas [2]), ex anno aestas tollenda est, atque aliis legibus alia rursus ordinanda natura? Veratrum venenum est hominibus: numquid ob hanc causam non debuit nasci? Ovilibus insidiatur lupus: numquid in culpa natura est, quod lanitiis extulit inportunissimam beluam? Morsu animam serpens tollit: maledicam *scilicet* [3]) primordiis rerum, quod tam saeva prodigia genituris [4]) spirantibus addiderunt.

12. Superciliosa nimium res est, cum ipse sis non tuus, aliena etiam in possessione verseris, potentioribus dare condicionem velle, ut id fiat, quod cupias, non quod in rebus inveneris antiquis constitutionibus fixum. Quare habere si locum vestras vultis querimonias, homines, prius est, ut doceatis, unde vel qui sitis, vobisne sit genitus et fabricatus mundus, an in eum veneritis alienis ex regionibus inquilini. Quod cum dicere non sit vestrum, neque explicare possitis cuius rei causa sub hac caeli convexione versemini, desistite arbitrari pertinere ad vos quicquam, cum ea quae fiunt non *partiliter* [5]) fiant, sed ad *census* [6]) summam redeant referanturque totius.

13. Christianorum, inquiunt, causa mala omnia dii *inferunt* [7]) et interitus comparatur ab superis frugibus. Rogo, cum haec dicitis, non calumniare [8]) vos improbe in 9
apertis conspicitis manifestisque mendaciis? Trecenti sunt

---

gere sang. Cod. P., sed compunct. est constringere ab eadem antiqua manu. Etiam hoc gloss. deest in Cod. Br. Utrumque verbum recepit ed. LB. et ex ea aliquot aliae edd. 1) quia sustinere perferre Cod. P. sed prius verbum compunct. est a m. emendatr., et omissum in Cod. Br. Praeter ed. LB. et eas, quae ejus auctoritate fere nituntur, glossema illud nullae receperunt. 2) Sic Cod. — non potes omnes edd. praeter Hild. 3) maledicam (maledicas a m. sec.) si Cod. P. maledicam. s. Cod. Br. maledicam sic correx. Memm., Carpentar. et ed. LB. maledicam scilicet Bas. mg. Urs. Cant. Orell. aliaeque probb. Handio et Bernhard. 4) i. e. creaturis animalibus. Tertull. adv. Marc. IV, 23. adv. Valentin. c. 14. de Patient. c. 2.

5) Sic emend. Meurs. — Cod. habet pariliter. 6) Sic ex mg. Urs. receperunt pleraeque edd. In Cod. est sensus.

7) Sic dedi ex correctione. — Cod. a m. pr. habet: dii erunt, at a m. sec. dii ferunt, quod edd. LB. Orell. aliaeque receperunt. adierunt dant al. edd. 8) Edd. omnes praeter princ. habent: calumniari. Activam formam tuetur testim. Priscian. VIII, 4, 15.

anni ferme minus vel plus aliquid ex quo coepimus esse Christiani et terrarum in orbe censeri: numquid omnibus his annis continua fuerunt bella, continuae sterilitates, pax nulla in terris, nulla protinus vilitas aut abundantia rerum fuit? Hoc enim primum efficiendum est *ei*, qui [1]) nos arguit, perpetuas et iuges calamitates fuisse has, numquam *omnino* [2]) respirasse mortalia, et sine ullis, ut dicitur, feriis multiplicium formas sustinuisse discriminum.

14. Atquin videmus mediis his annis mediisque temporibus *ex* victis [3]) hostibus innumerabiles esse victorias reportatas, prolatos imperii fines et in potestatem redactas inauditi nominis nationes: saepenumero maximos annonae [4]) fuisse proventus, vilitates atque abundantias rerum tantas, ut commercia stuperent universa pretiorum auctoritate prostrata. Quemadmodum enim res *ageret* usque ad hoc tempus *genusque hic* duraret [5]) mortalium, si non omnia, quae usus *sibi* [6]) posceret, subministraret fertilitas rerum?

15. Sed fuerunt aliquando nonnulla in necessitatibus tempora: et relaxata sunt abundantiis. Rursus contra voluntatem quaedam bella administrata: et victoriis postmodum successibusque correcta. Quid ergo, dicemus iniuriarum nostrarum deos modo memores esse, modo esse rursus immemores? Si quo tempore fames est irati esse dicuntur, sequitur ut abundantiae tempore irati et difficiles non sint, atque ita perducitur res eo, ut vicibus ludicris et ponant et repetant iras, et in integrum se semper offensionum recordatione restituant.

16. Quamquam istud quod dicitur quale sit explicabili non potest conpraehensione cognosci. Si Alaman-

---

p. 367. ed. Kr. 1) et qui Cod. 2) numquam omnia non Cod. numquam, momento cj. Bernhard.

3) et victis Cod. 4) Pro annonae Crus. in P. videtur cum aliis annorum legisse, quod est in ed. pr., Bas. Cant., Oberth. Sed jam in Urs. est vera lectio: annonae. 5) agi et — — — genus quis duraret Cod. agi et — gen. quiret durare mg. Urs. Guyet. Rigalt. Carrio et Grot. prob. Orell. agi et — — — gen. quibat durare recepit Hildebr. ex conj. Alii aliter. Dedimus locum ex nostra correct. 6) usus ut posc. Cod. In edd. ut abest, pro quo ex Hild. cj. dedimus sibi. Nos olim exposceret verum esse putavimus.

nos [1]), Persas, Scythas idcirco voluerunt devinci, quod habitarent et degerent in eorum gentibus Christiani: quemadmodum Romanis tribuêre victoriam, cum habitarent et degerent in eorum quoque gentibus Christiani? Si in Asia, Syria idcirco mures et locustas effervescere prodigialiter voluerunt, quod ratione consimili habitarent in eorum gentibus Christiani: in Hispania, Gallia cur eodem tempore horum nihil natum est, cum innumeri viverent in his quoque provinciis Christiani? Si apud Getulos, *Tingitanos* [2]) huius rei causa siccitatem satis ariditatemque miserunt, eo anno cur messes amplissimas Mauris Nomadibusque tribuerunt, cum religio similis his quoque in regionibus verteretur? Si in civitate unaqualibet fame plurimos emori nostri nominis aversione fecerunt, cur ibidem annonaria caritate non tantum corporis non nostri, verum etiam Christianos ditiores et locupletissimos reddiderunt? Aut igitur cuncti nihil laetum [3]) habere debuerunt, si malorum causa nos sumus, — nationibus enim sumus in cunctis, — aut cum mixta videatis cum incommodis laeta, desinite nobis adscribere id quod offendit res vestras, cum nihil laetis officiamus et prosperis. Si enim ego ut male sit facio, cur ut bene sit non obsto? Si ut inopia magna sit meum nomen in causa est, cur nihil impedio, ut sit feracitas maxima? Si ut in bellis accipiatur vulnus ego dicor adferre fortunam, cur, duelles cum pereant [4]), laevum augurium non sum nec in adversum spes bonas mali ominis obscenitate *traduco*? [5])

17. Et tamen o magni cultores atque antistites numinum, cur ut irasci populis Christianis augustissimos illos adseveratis deos, ita non advertitis, non videtis, adfectus quam turpes, quam indecoras numinibus attribuatis insanias? Quid est enim aliud irasci, quam insanire, quam furere, quam in ultionis libidinem ferri et in alterius doloris *cruces* [6]) efferati pectoris alienatione bacchari? Hoc

---

1) V. Salmas. ad Scriptt. Hist. Aug. II, p. 751. 2) getulos cum aquitanos Codd. 3) laeti habent edd. omnes praeter Hild. 4) pereunt Edd. 5) traducor Cod.

6) doloris crucis effer. Cod. P. dolore trucis et (hoc a m. emendatr. insertum) effer. Cod. Br., in quod incidit olim et

ergo dii magni norunt perpetiuntur et sentiunt, quod ferae, quod beluae, quod mortiferae continent venenato in dente natrices. Quod levitatis in homine, quod terreno in ani-
11 mante culpabile est, praestans illa natura et in perpetuae virtutis firmitate consistens scire adseveratur a vobis. Et quid ergo sequitur necessario, nisi ut ex eorum luminibus scintillae emicent *flammeae*, aestuet anhelum pectus, *spumae iactentur* [1]) ex ore, et ex verbis ardentibus labrorum siccitas inalbescat?

18. Quod si verum est istud et est exploratum et cognitum, et fervescere deos ira et huiusmodi *motus* perturbatione *iactari* [2]), immortales et perpetui non sunt nec in divinitatis alicuius existimatione ponendi. Ubi enim est ullus, sicut sapientibus videtur, adfectus, ibi esse necesse est passionem: ubi passio sita est, *perturbationem* [3]) consentaneum est consequi: ubi perturbatio est, ibi dolor et aegritudo est: ubi dolor et aegritudo est, imminutioni et corruptioni iam locus est: quae duo si vexant, adest vicinus interitus, mors omnia finiens et cunctis adimens sentientibus vitam.

19. Quid? quod isto modo non tantum illos leves ac [4]) fervidos, verum, quod ab diis convenit procul esse dimotum, et iniquos inducitis et iniustos et aequitatis vel modicae nullam prorsus obtinere rationem. Quid est enim tam iniustum, quam in aliis irasci [5]) et alios laedere: de hominibus conqueri et innoxia dilacerare frumenta: Christianum nomen odisse et dispendiis omnibus suos labefactare cultores?

20. At [6]) numquid idcirco in vos etiam saeviunt, ut intestinis vulneribus concitati in ultionem consurgatis il-

---

Meurs. cruces Orell. prob. Hild. crucem cett. edd. 1) flammae aestuent anh. p. spu'm (spume a. m. emend.) iactetur (iactentur a m. emend.) Cod. Par. spumis iactetur Cod. Br. Edd. varie corrigunt locum. Nos sumus partim ed. LB. (quae tamen spuma iaciatur praebet) partim Hild. secuti.

2) motu p. iactare Cod. 3) perturbatio Cod. P., in quo teste Hild. rasura conspicua est. Cod. Br. praebet eandem lectionem, sed correct. a m. emend. et hominis modo animorum perturbationes iactare cj. Bernh.

4) et ferv. Edd. 5) Edd. pars: in alios, pars: aliis praebet.

6) An pleraeque edd.

lorum? Ergo humana patrocinia dii quaerunt, et nisi vestra fuerint adsertione protecti, idonei non sunt ipsi, qui propulsare [1]) suas valeant contumelias. Quinimmo si verum est ardere illos ira, permittite illis potestatem sui, defendant se ipsi, atque in ultionem maiestatis offensae intestinas exserant experianturque virtutes. Possunt nos, si voluerint, aestu, possunt nocentissimo frigore, possunt auris pestilibus, possunt morborum obscurissimis causis enecare [2]) atque ab omni penitus coetu exterminare mortali, aut [3]) si malum consilium est adgredi nos vi, emittant ali- 12
quod iudicationis [4]) signum, per quod esse liquidum cunctis possit, invitissimis nos eis habitare sub caelo.

21. Vobis secundas tribuant valetudines, adversas nobis ac pessimas. Opportunis imbribus vestra inrigent rura, pluviarum quicumque sunt rores nostris ab agellulis abigant. Lanitia curent vestra numerosis fetibus multiplicari, sterilitatem infaustam nostris pecuariis inferant. Ex olivetis vestris atque vinetis plenam faciant autumnitatem fundi, at ex nostris exprimi unum prohibeant palmitis [5]) rorem. Ad extremum et ultimum in vestro ore praecipiant suam fruges retinere naturam, at vero in nostro mel amarum fieri, olearum fluenta rancescere, et sub ipsius potu [6]) labris in acoris *perfidiam* vinum repente mutari.

22. Quod cum minime fieri testificentur res ipsae, neque minus ad nos quicquam neque ad vos plurimum redundare vitalibus ex beneficiis constet, libido quae tanta est inimicos atque hostes deos esse contendere Christianis, quos in rebus tristissimis atque laetis nihil abs te videas ratione in aliqua discrepare? Si verum vobis permittitis ac sine ullis adsentationibus dici: verba sunt haec, verba

---

1) propulsare defendere Cod. P. sed compunct. defendere verbum, quod omnes praeter Ursin. et Hild. edd. retinent. 2) enecare consumere Cod. P. sed compunct. consumere ab librario. Edd. praeter Hild. retinent glossema, quod deest in Cod. Br. 3) mortalia. ut Cod. Edd. corrigunt mortalium aut vel m. ut. Nos recepimus emendat. mg. Urs. 4) Edd. praeter princ. et Hild. praebent aut: indicationis, aut: indignationis. Meurs. cj. vindicationis.

5) Sic Cod. a m. sec., a m. pr. erat palmites. Stewech. et ed. LB. correx. palmitibus. 6) Sic Cod. — Edd. pars: ipsis potum, pars: ipsis positum. In seqq. Cod. vitiose praebet perfidia.

x Löfstedt P. 42 olivis - so Ms.
(x) P. 42 - palmitis.

sunt, res immo per calumnias creditae, non cognitionis alicuius testimonio comprobatae.

23. Ceterum dii *veri* [1]) et qui habere, qui ferre nominis huius auctoritatem condigni sunt, neque irascuntur neque quod alteri noceat insidiosis machinationibus construunt. Etenim revera est impium et sacrilegia cuncta transcendens, sapientem illam credere beatissimamque naturam magnum aliquid putare, si se sibi aliquis adulatoria humilitate summittat: et si fuerit non factum, despectam se credere et ab summis culminibus decidisse *vestigio* [2]). Puerile, pusillum est et exile, vix et illis conveniens, quos iamdudum experientia doctorum daemonas appellat et *certa res est* [3]) non nosse caelestia et in hac rerum materia
13 crassiore condicionis suae sorte [4]) versari.

24. Vestra sunt haec, vestra sunt inreligiose opinata et inreligiosius credita. Quinimmo, ut verius proloquar, haruspices has fabulas, coniectores, harioli, vates et numquam non vani concinnavere fanatici, qui ne suae artes intereant ac ne stipes exiguas consultoribus excutiant iam raris, si quando vos velle rem venire in invidiam compererunt, negleguntur dii, clamitant, atque in templis iam raritas summa est. Iacent antiquae derisui cerimoniae et sacrorum quondam veterrimi ritus religionum novarum superstitionibus occiderunt, et merito [5]) humanum genus tot miseriarum angustiis premitur, tot laborum excruciatur aerumnis: et homines, brutum genus et quod situm sub lumine est, caecitate ingenita nequeuntes videre, audent adseverare furiosi quod vos credere non erubescitis sani.

25. Ac ne quis nos tamen diffidentia responsionis tranquillitatis existimet deos donare muneribus, innoxias adfingere his mentes atque ab omni perturbatione dimotas,

1) vestri Cod. quod aliquot edd. prave receperunt. 2) fastigio Cod. et fastigio corr. Hild. Edd. cett. summi culminis dec. fast. praebent. vestigio vel: e vestigio nostra est conj. 3) appellat et errores Cod. sed in initio voc. errores littera erasa est, teste Pithoeo. Nos locum levi correctione sanum dedimus. Edd. pars app. et hos non, pars aut heroas (Hild. inepte: terrores) non praebent. Behot. cj. et quos non n. — — — sorte scit v. 4) Aliquot edd. invito Cod. cond. suae exsortes praebent.

5) Sic Cod. — et est omiss. in complur. edd. —

concedamus, sicut libitum vobis est, intendere in nos iras, sanguinem illos sitire nostrum et iamdudum nos cupere mortalium submovere de saeculis. Sed si non est molestum, non grave, si communis officii res est, non ex gratia, sed ex vero disceptationis huius disceptare momenta, audire a vobis exposcimus, quaenam sit haec ratio, quae causa, propter quam in nos tantum et dii saeviant superi et asperati homines inardescant. Religiones, inquiunt, impias atque inauditos cultus terrarum in orbe tractatis. Quid o participes rationis audetis homines proloqui, quid effutire, quid promere temerariae vocis desperatione temptatis? Deum principem, rerum cunctarum quaecunque sunt dominum, summitatem omnium summorum obtinentem, adorare, obsequio venerabili invocare, in rebus fessis totis ut ita dixerim sensibus amplexari, amare, suspicere execrabilis religio est et infausta, impietatis et sacrilegii plena, 14
caerimonias antiquitus institutas novitatis suae superstitione contaminans?

26. Hoccine est quaeso audax illud facinus et inmane, propter quod maximi caelites aculeos in nos intendunt irarum atque indignationum suarum, propter quod vos ipsi, cum libido incesserit saeva, exsuitis nos bonis, exterminatis patriis sedibus, inrogatis supplicia capitalia, torquetis, dilaceratis, exuritis, et ad extremum nos feris et beluarum laniatibus obiectatis? Quisquis istud in nobis damnat aut in aliqua ducit criminatione ponendum, is aut nomine appellandus est hominis, quamvis ille videatur sibi, aut deus esse credendus est [1]), quamvis ipse se esse similem profiteatur [2]) in vatibus? *Trophonius* [3]) nos impios Dodonaeus aut Iuppiter nominat, et ipse dicetur deus atque in ordine computabitur numinum, qui aut summo servientibus regi crimen impietatis adfingit, aut sibi torquetur maiestatem eius cultumque praeponi? Delius Apollo vel Cla-

---

1) Sic Cod. — Edd. pars deleto signo interrog. praebet haud — haud. 2) se esse mille prof. in vat. edd. LB. et Orell. Nos cum Hild. retinuimus Cod. lectionem, quae defendi potest. Dicit ethnicorum deos in vatibus simulare deum verum. Qui dativum pend. ab adj. similem desiderat, corrigat ipsi. 3) profanus, quod Cod. vitiose praebet, emendavit felicissime Pith. — De Trophonio v. Müller Orchom. p. 132 sqq., cf. Gerhard. Prodrom. p. 53. Anm. 70.

rius, Didymaeus, Philesius, Pythius [1]) et is habendus divinus est, qui aut summum imperatorem nescit aut ignorat a nobis cotidianis ei precibus supplicari? Qui si pectorum secreta nesciret nec quid in intimis sensibus contineamus agnosceret, summum tamen invocare nos deum et ab eo quod postulamus orare vel auribus potuit scire vel ipsius vocis sono, qua utimur in precibus, noscitare.

27. Nondum est locus, ut explicemus, omnes isti qui nos damnant qui sint vel unde sint, quantum possint vel noverint, cur ad Christi paveant mentionem, discipulos cur eius inimicos habent [2]) et invisos: quod tamen humanum pollicentibus sensum una pariter definitione figamus: nihil sumus aliud Christiani nisi magistro [3]) Christo summi regis ac principis veneratores; nihil, si consideres, aliud invenies in ista religione versari. Haec totius summa est actionis, hic praepositus terminus divinorum officiorum, hic finis, huic omnes ex more *prosternimur* [4]), hunc conlatis precibus adoramus, ab hoc iusta et honesta et auditui [5]) eius condigna deposcimus, non quo ipse desideret supplices nos esse aut amet substerni tot milium venerationem videre: utilitas haec nostra est et commodi nostri rationem spectans. Nam quia proni ad culpas et ad libidinis varios appetitus vitio sumus infirmitatis ingenitae, patitur se semper nostris cogitationibus concipi, ut dum illum oramus et mereri eius contendimus munera, accipiamus innocentiae voluntatem et ab omni nos labe delictorum omnium amputatione purgemus.

28. Quid dicitis o sacri, quid divini interpretes viri? [6]) Meliorisne sunt causae, qui Grundulios adorant La-

---

Panofka Terracott. des Berl. Mus. p. 112. 1) De Delio Apolline praeter alios vid. Panofk. l. l. p. 56., de Clario Müller Dor. I, p. 226., de Didymaeo, Müller l. l. et Höck Kreta II, p. 318 sqq. et Gerhard. Prodr. p. 170. Anm. 29., de Philesio Gerhard. Prodr. p. 170 sqq., de Pythio Müller Dor. I, p. 316 sq.

2) habeant Edd. praeter Hild. 3) Verba: figamus — magistro, quae lineam integram complent in Cod. P., in Cod. Brux. desunt. 4) prosternimus Cod., quod recepit Hild. 5) auditu Edd. omnes praeter Hild.

6) Sic Cod. ed. pr. et Hild. interpr. iuris ex Gelenii emend. reliquae edd., probb. Memm. Carpent. Rig., et iure fortasse. — Cod. si sequeris, sacri et divini pro genitiv. substantivorum sunt habenda.

res [1]), *Accas, deos Locutios* [2]), *Limentinos* [3]), quam sumus nos omnes, qui deum colimus rerum patrem, atque ab eo deposcimus rebus fessis languentibusque tutamina? Et illi cati, sapientes, prudentissimi vobis videntur nec reprachensionis ullius, qui Faunos, qui Fatuas [4]) civitatumque genios [5]), qui Pausos [6]) reverentur atque Bellonas. Nos hebetes, stolidi, fatui, obtunsi pronuntiamur et bruti, qui dedimus nos deo, cuius nutu et arbitrio omne quod est constat et in sententiae suae perpetuitate defixum est. Hanccine sententiam promitis, hanc legem constituitis, hanc promulgatis, ut honoribus adficiatur amplissimis quisquis vestros adoraverit servulos: crucem mereatur extremam quisquis vobis ipsis dominis supplicarit? In civitatibus maximis atque in potentioribus populis sacra publice fiunt scortis meritoriis quondam atque in vulgarem libidinem prostitutis [7]): nullus tumor indignationis in diis est. Templa felibus, scarabeis et buculis [8]) sublimibus sunt elata fastigiis: silent inrisae numinum potestates nec livore affi-

1) Edd. (praeter Hild.): Grundules, invito Cod. — V. Diomed. p. 379. ed. Putsch., Non. p. 114. ed. Merc., Hertzberg de diis Rom. Patr. p. 36 sq. Schömann de Diis Manib. etc. (Gryphiswald. 1840. 4) p. 15. 2) aiaceos boetios (non: boeotios, ut Hild. refert) Codd. et ed. pr. Aios Locutios, ex Gelenii emend. receperunt omnes edd. Accas, Aios Locutios cj. Hild. quod nos recepimus. De Acca Larentia res nota est. Cf. Hertzberg l. l. p. 37. Hartung Relig. d. Röm. II, p. 144 sqq. De Aio Locutio sive Loquente v. Interprr. ad Cic. de Divin. I, 45. p. 220. ed. Moser; cf. Hartung l. l. II, p. 184. 3) libentinos Cod., ed. pr., Bas., Cant., Oberth. In cett. est Limentinos ex correct. Fulv. Ursini et Meursii, probb. Rigalt. et Carpentario. Qui Cod. lectionem tuentur, Libentinum deum pro deo libidinis habent, quem Arnob. infra IV, 9. Liburnum appellat. De Limentino v. infr. IV, 9. 4) Lactant. Institt. I, 22. §. 9. Martian. Cap. II, §. 162. p. 222. ed. Kopp., Hartung l. l. II, p. 186 sqq., Klausen Aen. II, p. 845 sqq. 5) Hartung I, p. 40 sqq. Kopp ad Mart. Cap. II, §. 152. p. 206. 6) Alibi hic deus non commemoratur; cf. Turneb. Advv. XV, 21. Panas („terrores enim immittit") cj. Guyet. Janos cj. Rig. Equidem olim emendavi Pandas. Gloss. Philox.: „Panda, *Εἰρήνης θεός*." cf. Hartung l. l. II, p. 76 sq. Sed v. Gorii Diss. de Hellenismo Etrusc. in Symbol. Litt. II, p. 65. — De Bellona v. eund. II, p. 276 sqq. 7) Gell. VI, 7. Macrob. Sat. I, 10. Cypr. de Idol. Vanit. c. 2. Lactant. II, 17. Arnob. IV, 25. Firmic. Mat. de Err. Prof. Rel. c. 10. ibique Münter. 8) Kopp ad Mart. Cap. II, §. 170. p. 225., Plin. XXX, 11. Euseb. Praep. Ev. III, 3. Lact. II, 5. §. 36. ibique Bünem. Ruperti ad Juv. Sat. XV, 2. Creuzer Symb. I,

ciuntur ullo, quod sibi comparatas animantium vilium conspiciunt sanctitates. Nobis solis sunt inimici, nobis asperrimi dii hostes, quia patrem veneramur illorum, per quem,
16 si sunt, esse et habere substantiam sui numinis maiestatisque coeperunt: a quo ipsam deitatem, ut ita dicam, sortiti esse *se* [1]) sentiunt et in rerum numero recognoscunt, cuius voluntate et arbitrio et interire et solvi nec solvi possunt nec interire? Nam si omnes concedimus unum esse principem solum, quem nulla res alia vetustate temporis antecedat, post illum necesse est cuncta et nata esse et prodita et in sui nominis prosiluisse naturam. Quodsi fixum et ratum est, erit nobis [2]) consequens confiteri, et deos esse nativos et a principe rerum fonte ortus sui originem ducere. Qui si sunt nativi et geniti, et interitionibus utique periculisque vicini. At enim esse creduntur immortales, perpetui et nullius umquam participes finis. Ergo istud munus dei patris et donum est, ut infinita meruerint îdem esse per saecula, cum sint labiles solubilesque natura.

29. Atque utinam daretur in unius speciem contionis toto orbe contracto oratione hac uti et humani in generis audientia *collocari* [3]). Ergone impiae religionis sumus apud vos rei, et quod caput rerum et columen venerabilibus adimus obsequiis, ut convicio utamur vestro, infausti et athei nuncupamur? Et quis magis rectius horum feret invidiam nominum, quam qui alium prae hoc deum aut novit aut sciscitatur aut credit? Nonne huic omnes debemus hoc ipsum primum, quod sumus, quod esse homines dicimur, quod ab eo vel *missi* vel *lapsi* [4]) caecitate huius in corporis continemur? Non quod incedimus, quod spiramus et vivimus, ab eo ad nos venit, vique ipsa vivendi efficit nos esse et animali agitatione motari? Nonne ab hoc effluunt causae, per quas nostra fulcitur salus variarum munificentia voluptatum? Mundus iste in quo degitis, cuius est aut quis eius vobis attribuit fructum possessionemque

---

p. 475 sqq. 1) Sic correxi. — sortiti esse sentiunt Cod. sortiti se esse ed. LB. 2) vobis ed. Orell. ex conj. Meursii.
3) collocare Cod. ed. pr. Ursin. et Elmenh. prob. Heraldo. Cett. collocari praebent. 4) missae vel lapsae Codd. Exciderunt fortasse verba animae nostrae et pro continemur erat: continentur.

retinere? Quis, ut subiectas res cernere, ut contrectare, ut considerare possetis, publicum istud lumen dedit? Quis, ne fixa pigritiae stupore torpescerent elementa vitalia, 17
solis ignes constituit ad rerum incrementa futuros? Solem deum cum esse credatis, conditorem eius opificemque non quaeritis; luna cum apud vos dea sit, non similiter scire curatis genitor eius et fabricator quis sit?

30. Nonne cogitatio vos subit considerare, disquirere [1], in cuia possessione versemini, cuia in re sitis, cuius ista sit quam fatigatis terra, cuius aer iste, quem vitali reciprocatis a spiritu [2], cuius abutamini fontibus, cuius liquore, quis ventorum disposuerit flamina, quis undosas excogitaverit nubes, quis seminum frugiferas potestates rationum proprietate distinxerit? Apollo vobis pluit, Mercurius vobis pluit, Aesculapius, Hercules aut Diana rationem imbrium tempestatumque finxerunt? [3] Et hoc fieri qui potest, cum in mundo profiteamini eos natos certoque tempore sensum adripuisse vitalem? Si enim temporis antiquitate mundus eos antevenit et, priusquam nati sunt, iam noverat pluvias tempestatesque natura, nullum serius nati pluendi ius habent, neque eis inserere rationibus [4] se possunt, quas invenerunt hic agi et maiore ab auctore tractari.

31. O maxime, o summe rerum invisibilium procreator! O ipse invisus [5] et nullis umquam comprachense naturis, dignus, dignus es vere, si modo te dignum mortali dicendum est ore, cui spirans omnis intellegensque natura et habere et agere numquam desinat gratias, cui tota conveniat vita genu nixo procumbere et continuatis precibus

---

1) disquirere pro gloss. habet Hild., sine causa. 2) *a* praepositio, quam quidam del. censuere, ut explicari queat, necesse est, ut vitalis spiritus hic esse intelligatur aer pulmonibus inclusus, quo animati sumus. Meurs., Is. Voss. et Rig. cj. aspiritu, quod ferri non potest. 3) Egregie mihi errare videntur, qui Apollinem, Mercurium cett. veluti pluvios deos hic commemorari putant. Nil aliud, ni fallor, h. l. probare vult Arnobius, quam quoscunque gentilium deos, quorum verbi gratia et promiscue nobiliorum aliquos enumerat, naturae leges neque imponere neque (quippe multo inferiores) in certis ejus et ab summo deo fixis rationibus quicquam mutare posse. 4) nationibus Cod. prob. Cant.

5) Cod. Br. et Edd. omnes praeter pr. Ursin. Orell. Hild. invise

supplicare! Prima enim tu causa es, locus rerum ac spatium, fundamentum cunctorum quaecunque sunt, infinitus, ingenitus, immortalis, perpetuus, solus, quem nulla deliniat forma corporalis, nulla determinat circumscriptio, qualitatis expers, quantitatis [1]), sine situ, motu et habitu, de quo nihil dici et exprimi mortalium potis est significatione verborum, qui ut intellegaris, tacendum est, atque ut
18 per umbram te possit errans investigare suspicio, nihil est omnino muttiendum. Da veniam, rex summe, tuos persequentibus famulos, et quod tuae benignitatis est proprium, fugientibus ignosce tui nominis et religionis cultum! Non est mirum, si ignoraris, maioris est admirationis, si sciaris, nisi forte audet quisquam — hoc enim furiosae restat insaniae — ambigere, dubitare [2]), an sit iste deus, an non sit, explorata fidei veritate, an rumoris cassi opinatione sit creditus. Audimus enim quosdam philosophandi studio deditos partim ullam negare vim esse divinam, partim an sit cotidie quaerere; alios casibus fortuitis et concursionibus temerariis summam rerum construere atque diversitatis impetu fabricari, cum quibus hoc tempore nullum nobis omnino super tali erit obstinatione certamen. Aiunt enim sana sentientes contradicere rebus stultis stultitiae esse maioris.

32. Sermo cum his nobis est, qui divinum esse consentientes genus de maioribus dubitant, cum îdem esse plebeia atque humiliora fateantur. Quid ergo, res tantas argumentis nitemur atque elaborabimus obtinere? Discedat haec longe atque a nobis procul, procul inquam, ut dicitur, averruncetur amentia. Tam est enim [3]) periculosum argumentis adgredi deum principem comprobare, quam rationi huiusmodi esse illum velle cognoscere. Nec quicquam refert aut discrepat, utrumne neges illum, an adseras atque existere fatearis, cum in eadem culpa sit et adsertio talis rei et abnegatio refutatoris increduli.

---

habent. 1) circumscr. qualitatis, exp. quant. interpungit ed. pr., Bas., Cant., Elmenh. ac quantitatis est in textu Ursin. circumscr. quantitatis, expers qualitatis emend. Cant. prob. Bernhardyo. 2) dubitare pro gloss. habet Hild., sine causa.

3) Edd. omnes praeter Hild.: Ita est enim praebent.

33. Quisquamne est hominum, qui non cum istius principis notione diem primae nativitatis intraverit? cui non sit ingenitum, non adfixum, immo ipsi [1]) paene in genitalibus matris non impressum, non insitum, esse regem ac dominum cunctorum quaecunque sunt moderatorem? Ipsa denique hiscere si animantia muta potuissent: si in linguarum nostrarum facilitatem solvi, immo si arbores, glaebae, saxa sensu animata vitali [2]) vocis sonitum quirent et verborum articulos integrare, ita non duce natura et 19
magistra, non incorruptae simplicitatis fide et intellegerent esse deum et cunctorum dominum solum esse clamarent?

34. Sed frustra, inquit, nos falso et calumnioso incessitis et adpetitis crimine, tamquam eamus inficias esse deum maiorem, cum a nobis et Iuppiter nominetur et optimus habeatur et maximus, cumque illi augustissimas sedes et Capitolia constituerimus immania [3]). Dissimilia copulare atque in unam speciem cogere inducta confusione [4]) conamini. Nam deus omnipotens mente una omnium et communi mortalitatis adsensu neque genitus scitur, neque novam in lucem aliquando esse prolatus, nec ex aliquo temporis coepisse esse vel saeculo. Ipse est enim fons rerum, sator saeculorum ac temporum. Non enim ipsa per se sunt, sed ex eius perpetuitate perpetua et infinita semper continuatione procedunt. At vero Iuppiter, ut vos fertis, et patrem habet et matrem, avos, avias, fratres, nunc nuper in utero matris suae formatus, absolutus mensibus et consummatus decem ignotam sibi in lucem sensu *irruit se* [5]) vitali. Ergo, si haec ita sunt, Iuppiter esse deus qui potest, cum illum esse perpetuum constet *et* [6]) perhibeatur alter [7]) a vobis, et dies habuisse natales et pavefactus re nova lamentabilem extulisse vagitum?

35. Sed sint, ut vultis, unum nec in aliqua vi numinis et maiestate distantes: *ecquid* [8]) ergo iniustis persequimini nos odiis? Quid ut ominis [9]) pessimi nostri nominis

1) ipsis ed. Bas. probb. Meurs. et Hild. 2) Verba: immo — — vitali desunt in Cod. Br.

3) De Jove Optimo Maximo v. Hartung. Rel. d. Röm. II, p. 14 sqq. 4) confusa inductione cj. Is. Voss. 5) irruisse vitali Codd., quod emendavit Ursin. 6) et deest in Codd., sed edd. habent. 7) i. e. diversus.

8) et quid Cod. 9) homines Cod.

x Löfst. = p. 43 potuissent.
⊗ Et quid = long discussion Löfstedt (p. 44)

inhorrescitis mentionem[1]), si quem deum colitis, eum et nos? aut quid in eadem causa vobis esse contenditis familiares deos, inimicos atque infestissimos nobis? Etenim si una religio est nobis vobisque communis, cessat[2]) ira caelestium: sin nobis infesti sunt solis, manifestum est nescire et vos et illos deum, quem Iovem non esse ipsis clarum est indignationibus numinum.

36. Sed non, inquit, idcirco dii vobis infesti sunt, quod omnipotentem colatis deum, sed quod hominem natum, et, quod personis infame est vilibus, crucis supplicio interemptum et deum fuisse contenditis et superesse adhuc creditis et cotidianis supplicationibus adoratis. Si vobis iucundum est, amici, edissertate, quinam sint hi dii, qui a nobis Christum coli suam credant ad iniuriam pertinere. Ianus Ianiculi conditor, et civitatis Saturniae Saturnus auctor[3]): Fenta Fatua[4]), Fauni uxor, Bona Dea quae dicitur, sed in vini melior et laudabilior potu[5]): Indigetes illi, qui flumen repunt et in alveis Numici cum ranis et pisciculis degunt[6]): Aesculapius et Liber pater, Coronide ille natus et ex genitalibus matris alter fulmine praecipitatus[7]): Mercurius utero fusus Maiae et, quod est divinius, candidae[8]): arquitenentes Diana et Apollo, circumlati per fugas matris atque in insulis errantibus vix tuti[9]): Dioneia Venus[10]) proles, viri mater familias Troici atque intestini decoris publicatrix. In Trinacriae finibus Ceres nata atque in floribus legendis occupata Proserpina[11]): Thebanus aut Tyrius Her-

---

1) mentione Edd. praeter Hild. 2) vobisque, communis cessat interpungit Meurs.

3) Macrob. Sat. I, 7. Hartung Relig. der Röm. I, p. 219 sqq. et II, 122 sqq. 4) Sic Codd. In Par. a m. sec. fanda correctum (Vet. Gloss. teste Rigalt.: Fanda, mater) est. Edd. pleraeque ex Sabaei corr. praebent Fauna fatua. Fentam praebet et optim. Cod. Taurin. apud Lact. Epit. c. 22. Cf. infra V, 18. Mart. Cap. §. 167. p. 222. ed. Kopp. Macrob. Sat. I, 12. De Bona Dea, in cujus nomine hic ludit Arnob. (voce meliore) v. Hartung l. l. II, p. 195 sqq. 5) Sic Codd. 6) Serv. ad Virg. Aen. XII, 794. Klausen Aen. II, p. 901 sqq. Hartung I, 81 sqq. 7) De Aesculapio Hygin. Fab. 202. ubi v. Munk., Apollod. III, 10, 7—10. ibique Heyne. Cic. N. D. III, 22. ibique Intt. — De Libero patre Creuzer Symbol. III, 88 sqq. Hartung II. p. 135 sqq. 8) Virg. Aen. VIII, 138. Intt. ad Cic. N. D. III, 22. Hartung II, 260 sqq. 9) Apollod. I, 2, 5. 10) Ionei avenas Codd. — Cf. Creuz. Symb. IV, 161 sqq. Klausen Aen. I, 32 sqq. 176 sqq. 409 sqq. 11) V. Münter Nach-

cules, hic in finibus sepultus Hispaniae, flammis alter concrematus Oetaeis [1]): Tyndaridae [2]) Castores, equos unus domitare consuetus, alter pugillator bonus et crudo inexsuperabilis cestu: *Titanes* et *Bocchores* Mauri [3]) et ovorum progenies dii Syri [4]): Apis Peloponnesi proditus et in Aegypto Serapis nuncupatus [5]): Aethiopicis solibus Isis furva maerens perditum filium et membratim coniugem lancinatum [6]). Praeterimus et transgredimur Opis suboles regias [7]), quas in libris auctores vestri quae fuerint et quales vobis ediscentibus prodiderint. Hinc ergo Christum coli et a nobis accipi et existimari [8]) pro numine vulneratis accipiunt auribus, et obliti paulo ante sortis fuerint et condicionis cuius id quod sibi concessum est inpertiri alteri nolunt? Haec est iustitia caelitum, hoc deorum iudicium sanctum? Nonne istud livoris est atque avaritiae genus,

---

richten von Neapel u. Sizilien p. 219 sqq. et p. 301., id. ad Firmic. Mat. de Err. Prof. Rel. c. 7. p. 30 sqq. Dorvill. Sicula I, p. 143 sqq. Creuz. Symb. IV, p. 169 sqq. 1) De Thebano Hercule v. Munk. ad Hygin. Fab. 69. Intt. ad Cic. N. D. III, 16. De Tyrio Cic. l. l. Arrhian. Exped. Alex. II, 16. Pomp. Mel. III, 6. Pausan. V, 28. 2) tuncdaride (Crus.: tunc clari de) Cod. Par. tidaride Cod. Br. Vide de his Intt. ad Hom. Il. III, 237. et ad Virg. Georg. III, 89. Ovid. Met. VIII, 301. 3) Tisianes et bucures mauri Codd. Nos cum plerisque edd. recepimus optimam Salmasii emendat. prolat. in Exercitt. Plin. in Sol. p. 199., quem vide. Titanes in Africo cultos tradunt Diod. Sic. III, 16. et Commodian. Instr. 20. p. 26. ed. Schurzfl., cum quibus cf. quae de Atlante monte, Titanis nobilissimi (Serv. ad Virg. Aen. VIII, 134.) veluti simulacro aut sacro, narrat Maxim. Tyr. Diss. VIII, 8. p. 142. ed. Reiske. — Bocchores, solenne et gentilitium quasi Maurusiorum regulorum nomen videtur fuisse. „Ante Jubam (quem divino honore affectum esse referunt Minuc. Fel. Oct. c. 23., ubi v. Dav. Isidor. Origg. VIII, 11. init. et inde Mythogr. Vatic. II. Prooem.) in Mauritania regnabant Bogudes et Bocchores, *Βόγοι καὶ Βόκχοι*. Sic Bocchos et *Βόκχος* idem. *Βόκχορις* etiam nomen Aegyptiorum regis.“ Salm. l. l. Cf. Tertull. Apol. c. 24. Cypr. de Idol. Van. c. 1. Lact. I, 15, 8. Movers Rel. d. Phöniz. I, p. 418. qui aliter de h. l. sentit. 4) Sunt pisces et palumbes. V. inprimis Xenoph. Anab. I, 4, 10. Hygin. Fab. 197. et Astron. c. 30. ibique Munk. Schol. in German. Arat. Phaenom. 240. Phurnut. *π. θεῶν* I, 7. Lucian. de Dea Syr. II. p. 662. Cic. N. D. III, 15. cf. Inscr. ap. Grut. tom. II, p. MCVI, 4., Movers l. l. p. 308. 589. 5) Apollod. II, 2, 1. I, 7, 6. ibique Heyne; August. C. D. XVIII, 5. Eusebii Chron. II, p. 64. ibique Scalig., cf. Kopp ad Mart. Cap. II, 191. p. 236. 6) Diod. Sic. I, 21. Minuc. Fel. c. 21. ibique Intt. Creuzer Symb. I, 258 sqq. 7) Klausen Aen. II, p. 856 sqq. Hartung l. l. II, p. 129 sqq. 8) Verba:

21 non obtrectatio quaedam sordens, suas eminere tantummodo velle fortunas, aliorum res premi et in contempta humilitate calcari?

37. Natum hominem colimus. Quid enim, vos hominem nullum colitis natum? Non unum et alium, non innumeros alios, quinimmo non omnes, quos iam templis habetis vestris, mortalium sustulistis ex numero et caelo sideribusque donastis? Si enim forte vos fugit, sortis eos humanae et condicionis fuisse communis, replicate antiquissimas litteras et eorum scripta percurrite, qui vetustati vicini sine ullis adsentationibus cuncta veritate in liquida prodiderunt. Iam profecto discetis, quibus singuli patribus, quibus matribus fuerint procreati, qua innati [1]) regione, qua gente quae fecerint, egerint, pertulerint, actitarint, quas in rebus obeundis adversorum senserint secundantiumque fortunas. Si autem scientes uteris esse gestatos et frugibus eos victitasse terrenis nihilominus tamen nobis nati [2]) hominis obiectatis cultum, res agitis satis iniustas, ut id in nobis constituatis esse damnabile, quod et ipsi vos factitatis, aut quae vobis licere permittitis, consimiliter aliis licitum esse nolitis.

38. Sed concedamus interdum manum vestris opinationibus dantes, unum Christum fuisse de nobis, mentis animae corporis fragilitatis et condicionis unius: nonne dignus a nobis est tantorum ob munerum gratiam deus dici deusque sentiri? Si enim vos Liberum, quod usum repererit [3]) vini, si, quod panis, Cererem, si Aesculapium, quod herbarum, si Minervam, quod oleae, si Triptolemum, quod aratri, si denique Herculem, quod feras, quod fures, quod multiplicium capitum superavit compescuitque natrices, divorum retulistis in censum [4]): honoribus quantis adficiendus est nobis, qui ab erroribus nos magnis insinuata veritate traduxit, qui velut caecos passim ac sine ullo rectore gradientes ab deruptis, ab deviis locis planioribus reddidit, qui, quod frugiferum primo [5]) atque humano

---

Hinc — — — existimari omissa in Cod. Br., sed ad mg. per aliam man. adscripta sunt.

1) in nati Edd. praeter pr., Bas., Urs., Hild. 2) Sic Codd.

3) Sic Codd. 4) Edd. praeter Hild. coetum praebent, invitt. Codd. 5) i. e. praecipue. Sic primo usurpat Lact. de Opif. Dei

generi salutare, deus monstravit, quid sit, quis, quantus et 22
qualis, qui profundas eius atque inenarrabiles altitudines, quantum nostra quivit mediocritas, capere et intellegere permisit et docuit, qui quo auctore [1]), quo patre mundus iste sit constitutus et conditus, fecit benignissime sciri, qui nativitatis eius exprompsit genus et nullius aliquando *cognitione praesumptam materiam* [2]) illius, unde ignibus solis genitalis fervor adscitur [3]), cur luna semper in motu, *indemnem quîs graditur* [4]) animalibus causis lucem semper atque obscuritatem resumens, animalium origo quae sit, rationes quas habent [5]) semina, quis ipsum finxerit hominem, quis informarit, vel ex materiae quo genere constructionem ipsam confirmaverit [6]) corporum, quid sit sensus, quid anima, advolaritne ad nos sponte, an cum ipsis sata sit et procreata visceribus, mortis particeps degat, an immortalitatis perpetuitate donata sit, qui status nos maneat, cum dissolutis abierimus a membris, visurine [7]) nos simus, an memoriam nullam nostri sensus et recordationis habituri. Qui adrogantiam constrinxit [8]) nostram et elatas supercilio cervices modum fecit suae infirmitatis agnoscere, qui animantia monstravit informia [9]) nos esse,

c. 6. §. 5. ed. Bünem. 1) Linea: et intellegere — — auctore deest in Cod. Br. 2) cognatione praesumptum materia Cod., ed. pr., Urs. cognatione perperam revocavit Hild. cogitatione (vel cognitione) mg. Urs. et cj. Guyet. — Bernhard. explicat recte: „elementa et originem mundanae fabricae nullius ingenio repertam.“ 3) Sic Codd. Malim adscitus cum Rig. 4) idemne quis creditur Codd. ed. pr. Urs. in motu indemnis cred. Bas. Cant. Elm. Orell. idemne orbis redditur mg. Urs. Oberth. c. l. s. in mutuis damnis ac crementis annualibus LB. Nos dedimus nostram emendat. Olim putavimus: itemque quîs regitur. — Luna et cetera astra ex Platonicorum et Stoicorum doctrina animata dicuntur. Cic. N. D. II, 16. Macrob. Somn. Scip. I, 14. August. C. D. IV, 11. Lips. de Physiol. Stoic. II, 14. tom. IV, p. 933. ed. Vesal. Cf. Görres Christl. Mystik III, p. 164 sqq. 5) Sic Codd. 6) Sic Codd. probb. Rig. et Bernh. conformaverit mg. Urs., quod prob. Meurs. Stewech. Carpent. Is. Voss. et recepit Hild. 7) Male hanc Cod. lectionem Sabaeus aliique edd. mutarunt in victurine. Videndi sensus, utpote nobilissimus, hic pro quovis sensu. nos est accus., non nominativ. In seqq. nisi ex Hildebr. conj. recordationes reponere malueris, recordationis genit. ab accus. sensus aptum facere debebis. Et hoc verum esse videtur. 8) constringit Cod. ed. pr. Urs. 9) i. e. rudia et imperfecta.

vanis opinionibus fidere, nihil compraehensum habere, nihil scire et quae nostros sita sunt ante oculos non videre, qui, quod omnia superavit et transgressum est munera, ab religionibus nos falsis religionem transduxit ad veram [1]), qui ab signis inertibus atque ex vilissimo formatis luto ad sidera sublevavit et caelum et cum domino rerum deo supplicationum fecit verba atque orationum conloquia miscere.

39. Venerabar, o caecitas, nuper simulacra modo ex fornacibus prompta, in incudibus deos et ex malleis fabricatos, elephantorum ossa, picturas, veternosis in arboribus taenias [2]); si quando conspexeram lubricatum lapidem et ex olivi unguine *sordidatum* [3]), tamquam inesset vis praesens, adulabar [4]), adfabar et beneficia poscebam
23 nihil sentiente de trunco, et eos ipsos divos, quos esse mihi persuaseram, adficiebam [5]) contumeliis gravibus, cum eos esse credebam ligna, lapides atque ossa, aut in huiusmodi rerum habitare materia. Nunc doctore tanto in vias veritatis inductus omnia ista quae sint scio, digna de dignis sentio, contumeliam nomini nullam facio divino, et quid cuique debeatur vel personae vel capiti, inconfusis gradibus atque auctoritatibus tribuo. Ita ergo Christus non habeatur a nobis deus? neque *omni illo qui* [6]) vel maximus potest excogitari divinitatis adficiatur cultu, a quo iamdudum tanta et accepimus dona viventes, et expectamus, dies cum venerit, ampliora?

40. Sed patibulo adfixus interiit. Quid istud ad causam? Neque enim qualitas et deformitas mortis dicta

---

1) Sic Cod. Br. — religione tr. ad vera Cod. Par.

2) Cf. Burm. ad Ovid. Met. VIII, 723 et 745. 3) unguines ordinatum Cod. De hoc more lapides unguendi multi testantur, de Phoenic. Sanchun. ap. Euseb. Demonstr. Ev. I, 10., de Hebraeis Gen. XXVIII, 18. XXXI, 13. XXXV, 14. Aug. C. D. XVI, 38., de Graecis Theophr. Char. 16. Clem. Alex. Strom. VII, p. 713. et inprim. Damasc. ap. Phot. Bibl. CCXLII, p. 1047. p. 1062 sq., de Romanis Min. Fel. Octav. c. 3. Sicul. Flaccus in Gösii Agrimenss. p. 5. et alii. 4) advolvebar cj. Memm. 5) adfaciebam Codd. quod retinendum fortasse erat. Sic infra II, 74. Cod. infacta et in Minuc. Fel. Octavio c. 30. infactas praebet. 6) neque omnes alioquin Codd. nec qui omnium alioquin Edd. omnes. Nos recepimus faciliorem Rigaltii emendationem. —

eius immutat aut facta, aut eo minor videbitur disciplinarum eius auctoritas, quia vinculis corporis non naturali dissolutione disgressus est, sed vi inlata decessit. Pythagoras Samius suspicione dominationis iniusta vivus concrematus in fano est [1]): numquid ea, quae docuit, vim propriam perdiderunt, quia non spiritum sponte sed crudelitate adpetitus effudit? Similiter Socrates civitatis suae iudicio damnatus capitali adfectus est poena: numquid inrita facta sunt, quae sunt ab eo de moribus, virtutibus et officiis disputata, quia iniuria expulsus e vita est? Innumerabiles alii gloria et virtute et existimatione pollentes acerbissimarum mortium experti sunt formas, ut Aquilius, Trebonius, Regulus [2]): numquid idcirco post vitam iudicati sunt turpes, quia non publica lege fatorum, sed mortis asperrimo genere lacerati excruciatique perierunt? Nemo umquam innocens male interemptus infamis est, nec turpitudinis alicuius commaculatur nota, qui non suo merito poenas graves sed cruciatoris perpetitur saevitatem [3]).

41. Et tamen, o isti, qui hominem nos colere morte functum ignominiosa ridetis, nonne Liberum et vos patrem membratim ab Titanis dissipatum [4]) fanorum consecratione 24
mactatis? Non [5]) Aesculapium medicaminum repertorem, post poenas et supplicia fulminis custodem nuncupavistis et praesidem sanitatis, valetudinis et salutis? Nonne ipsum Herculem magnum sacrificiis hostiis et ture invitatis incenso, quem ipsi vos fertis vivum arsisse post poenas [6])

1) Plut. de Stoic. Repugn. tom. II, p. 1051. Cf. Diog. Laert. VIII, §. 39. Tzetz. Chil. XI, p. 443. Suid. s. v. *Πυθαγόρας*. Jambl. de Vita Pyth. I, 35. 2) De M'. Aquilio (quem una cum Regulo memorat et Minuc. Fel. Octav. c. 37.) v. Appian. Mithr. c. 21. Plin. XXXIII, 3. Cic. Tuscul. V, 5. Vet. Schol. ad Cic. pro L. Manilia c. 5. cf. Orell. in Onomast. Tull. p. 61. De Trebonio v. Cic. Philipp. XI, 1. Appian. B. C. III, 26. cf. Orell. l. l. s. v. De Regulo Cic. de Off. III, 26 sqq. Valer. Max. II, 9. Horat. Od. III, 5. ibique Intt., Lact. V, 13. Tertull. Apol. c. 50. Aug. C. D. I, 15. III, 18. cf. Orell. l. l. s. v. 3) Sic Codd. et edd. pr. Bas. Cant. Urs., quae in mg. saevitate habet, quod ex Carrionis conj (probb. Memm. Rig. Is. Vossio) receperunt cett. edd. praeter Hild.

4) Sic Codd., non discerptum, ut quaedam edd. habent. De re v. Munk. ad Hygin. fab. 155. Arnob. V, 19 sq. ibique Intt. Firm. Mat. de Err. Prof. Rell. c. 6. 5) Edd. praeter Hild. Nonne praebent. — De morte Aesculapii eiusque causis v. Munk. ad Hygin. fab. 49. Intt. ad Lact. I, 10. et Diod. Sic. IV, p. 273. 6) Poenas

et concrematum in *funestis* [1]) busticetis? Nonne illum Attin [2]) Phrygem abscisum [3]) et spoliatum viro magnae matris in adytis deum propitium [4]), deum sanctum Gallorum conclamatione testamini? Nonne ipsum Romulum patrem senatorum manibus dilaceratum centum et Quirinum esse Martium [5]) dicitis, et sacerdotibus et pulvinaribus honoratis, et in aedibus adoratis amplissimis, et post haec omnia caelum ascendisse iuratis? Aut igitur ridendi et vos estis, qui homines gravissimis cruciatibus interemptos deos putatis et colitis, aut si certa est ratio, cur id vobis faciendum putetis, et nobis permittite scire, quibus istud causis rationibusque faciamus.

42. Natum hominem colitis. Etiamsi esset id verum, locis ut in superioribus dictum est, tamen pro multis et tam liberalibus donis, quae ab eo profecta in nobis sunt, deus dici appellarique deberet. Cum vero deus sit re certa et sine ullius rei dubitationis ambiguo, inficiaturos arbitramini nos esse, quam maxime illum a nobis coli et praesidem nostri corporis nuncupari? Ergone, inquiet aliquis furens, iratus et percitus, deus ille est Christus? Deus respondebimus, et interiorum potentiarum [6]) deus et, quod magis infidos acerbissimis doloribus torqueat, rei maximae causa a summo rege ad nos missus. Postulabit forsitan insanior et furiosior factus, an se ita res habeat, quemadmodum dicimus, comprobari. Nulla maior est comprobatio, quam gestarum ab eo fides rerum, quam virtutum novitas, quam omnia victa decreta dissolutaque fatalia, quae populi, gentes, quae suo *gerier sub lumine* [7]) nullo dissentiente videre, quae nec ipsi audent falsitatis arguere,

---

recte intelligit Hild. summos dolores, quos Hercules funesto conjugis, quo laesam matrimonii fidem ulcisceretur, munere perpessus est, antequam rogum conscendit. 1) funestibus Codd. 2) Sic Cod. ubique. 3) Ita Cod. ubique, non abscissum, quod edd. praeter Hild. exhibent. — De Attide v. infra V, 6. 4) Verba deum propitium in Cod. Par. alia manu addita sunt, teste Rig. 5) Ovid. Fast. II, 494. Cic. de Rep. I, 41. Liv. I, 16. Cf. Kopp ad Mart. Cap. I, §. 46. p. 93. Hartung l. l. I, p. 294 sqq.

6) Nourrius deum interiorum potestatum exponit animi nostri omniumque ejus facultatum praesidem. Rectius Hild. potentias intelligendas putat naturae vires sive virtutes, quibus miracula edere potuerit Christus. 7) gentes quae suo generis sub limine (non lumine ut falso pronuntiat Hild. contra Rig., Crusii,

quorum antiquas *et* [1]) patrias leges vanitatis esse plenissimas atque inanissimae superstitionis ostendit.

43. Occursurus forsitan rursus est cum aliis multis calumniosis illis et puerilibus vocibus: magus fuit, clandestinis artibus omnia illa perfecit, Aegyptiorum ex adytis [2]) angelorum potentium nomina et remotas furatus est disciplinas. Quid dicitis, o parvuli, incomperta vobis et nescia temerariae vocis loquacitate garrientes? Ergone illa, quae gesta sunt, daemonum fuere praestigiae et magicarum artium ludi? Potestis aliquem nobis designare, monstrare [3]) ex omnibus illis magis, qui umquam fuere per saecula, consimile aliquid Christo millesima ex parte qui fecerit? qui sine ulla vi carminum, sine herbarum et graminum sucis, sine ulla aliqua observatione sollicita sacrorum, libaminum, temporum? Non enim urgemus et quaerimus, quae sese spondeant facere, vel in quibus generibus actûm [4]) soleat omnis illorum doctrina et experientia contineri. Quis enim hos nesciat aut imminentia studere praenoscere, quae necessario, velint nolint, suis ordinationibus veniunt, aut mortiferam inmittere quibus libuerit tabem, aut familiarum dirumpere caritates, aut sine clavibus reserare quae clausa sunt, aut ora silentio vincire, aut in curriculis equos debilitare, incitare, tardare, aut uxoribus et liberis alienis, sive illi mares sunt sive feminei generis, inconcessi amoris flammas et furiales inmittere cupiditates, aut si utile aliquid videantur audere, non propria vi posse, sed eorum quos invocant potestate?

44. Atquin [5]) constitit Christum sine ullis adminiculis rerum, sine ullius ritus observatione vel lege omnia illa quae fecit nominis [6]) sui possibilitate fecisse et, quod proprium, consentaneum, dignum deo fuerat vero, nihil nocens aut noxium, sed opiferum, sed salutare, sed *auxiliatibus* [7]) plenum nobis potestatis munificae liberalitate donasse. 26

Stewechii aliorumque auctoritatem) Codd. gentesque Edd. omnes. geri sub lumine mg. Urs., cum plerisque edd. gerier est emendatio Hild. 1) antiquas sed Cod. In edd. praeter Bas. et Hild. legitur ant. seu patr.

2) V. Kopp. ad Mart. Cap. II, §. 137. p. 188. 3) monstrare pro gloss. habet Hild. 4) Sic Cod.

5) Edd. praeter Hild. Atqui habent. 6) numinis mg. Urs. et cj. Stewech. et Meurs. 7) auxiliaribus Codd., in cuius emen-

45. Quid dicitis o iterum? Ergo ille mortalis aut unus fuit e nobis, cuius imperium, cuius vocem popularibus [1]) et cotidianis verbis missam valetudines, morbi, febres atque alia corporum cruciamenta fugiebant? Unus fuit e nobis, cuius praesentiam, cuius visum gens illa nequibat ferre mersorum in visceribus daemonum, conterritaque vi nova membrorum possessione cedebat? Unus fuit e nobis, cuius foedae vitiligines iussioni obtemperabant pulsae statim, et concordiam colorum commaculatis visceribus relinquebant? Unus fuit e nobis, cuius ex levi tactu stabant profluvia sanguinis et immoderatos [2]) cohibebant fluores? Unus fuit e nobis, cuius manus intercutes et veternosae fugiebant undae, penetrabilis ille vitabat liquor et turgentia viscera salutari ariditate deflabant? [3]) Unus fuit e nobis, qui claudos currere praecipiebat? Etiam operis res erat, porrigere mancos manus, et articuli *immobilitates* [4]) iam ingenitas explicabant; captos membris adsurgere, et iam suos referebant lectos alienis paulo ante cervicibus lati; viduatos videre luminibus, et iam caelum diemque cernebant nullis cum oculis procreati!

46. Unus, inquam, fuit e nobis, qui debilitatibus variis morbisque vexatos centum aut hoc amplius semel una intercessione sanabat? cuius vocem ad simplicem furibunda et insana explicabant se maria, procellarum turbines tempestatesque sidebant? qui per altissimos gurgites pedem ferebat inlutum, calcabat ponti terga undis ipsis stupentibus in famulatum subeunte natura? qui sequentium se millia quinque quinque saturavit e panibus [5]), ac ne esse praestigiae incredulis illis viderentur et duris, bis senarum sportarum

---

datione secuti sumus Stewech. et Is. Voss. auxiliaribus — — bonis (nobis Codd.) praebent mg. Urs. et omnes edd. praeter princ., Bas. Cant. Urs. Hild. sed auxiliaris pl., nobis potestatis munifica lib. don. non male cj. Menm. Sic Reifferscheid

1) V. supra ad c. 1. 2) Sic Codd. 3) Praegnanter hoc dictum et idem ac si dixisset, manus Christi morbi causam pellentes turgentia viscera et ardentia quasi afflando reficiebant salutarique ariditate donabant. Pro turgentia Cod. turgenti habet. 4) mobilitates Cod. immobilitates emend. mg. ed. Urs., Stewech. Elmenh. LB. Oberth. Orell. Reliquae edd. mobilitates retinent.

5) millia quinque sat. quinque pan. Cod. Br. Edd. Bas.

sinus reliquiarum fragminibus *aggerabat?* [1]) Unus fuit e nobis, qui redire in *corpora* [2]) iamdudum animas praecipiebat efflatas, prodire ab aggeribus conditos et post diem funeris tertium pollinctorum voluminibus [3]) expediri? Unus fuit e nobis, qui quid singuli volverent, quid sub ob- 27
scuris cogitationibus continerent tacitorum in cordibus pervidebat? [4]) Unus fuit e nobis, qui cum unam emitteret vocem, ab diversis populis et dissona oratione loquentibus familiaribus verborum sonis et suo cuique utens existimabatur eloquio? [5]) Unus fuit e nobis, qui cum officia religionis certae suis sectatoribus traderet, mundum totum repente complebat, quantusque et qui esset revelata nominis [6]) immensitate monstrabat? Unus fuit e nobis, qui deposito corpore innumeris se hominum prompta in luce detexit, qui sermonem dedit atque accepit, docuit, castigavit, admonuit, qui, ne illi se falsos vanis imaginationibus existimarent, *se* semel [7]), iterum, saepius familiari conlocutione monstravit, qui iustissimis viris etiamnunc [8]) inpollutis ac diligentibus sese non per vana insomnia, sed per purae speciem simplicitatis apparet, cuius nomen auditum fugat noxios spiritus, inponit silentium vatibus, haruspices inconsultos reddit, adrogantium magorum frustrari efficit actiones, non horrore ut dicitis nominis, sed maioris licentia potestatis?

47. Et haec quidem summatim exposita non ea ratione protulimus, tamquam magnitudo facientis solis in his esset perspicienda virtutibus. Quanta sint enim haec, vel exilitatis *cuiusvis* reperientur [9]) et ludi, si traditum fuerit nosci, ex quibus ad nos regnis, cuius numinis ministrator advenerit. Quae quidem ab eo gesta sunt et factitata,

---

Cant. 1) aggerebat Cod. Elm. LB. 2) corpore Codd., sed Brux. a literam habet superscriptam. 3) velaminibus ed. pr., Bas. Cant. Urs. 4) Evang. Joh. II, 25. 5) De hoc miraculo sacrae litterae silent. Sed facilis est conjectura, Arnobium respicere ad ea, quae narrantur in Act. Ap. c. 2., quae nimirum ut alia ipsum non legisse, sed fando percepisse apparet. 6) numinis mg. Urs. et Meurs. 7) semel Codd. et plurr. edd. semet iterum cj. Rig. se semel, iterum correxit Meurs. 8) etiamnum Edd. praeter LB. et Hild.

9) Pro reperientur in edd. Bas. Cant. Urs. (in cuius mg. tamen Cod. lectio adnotata est) Elmenh. reperirentur habent;

non ut se vana ostentatione iactaret, sed ut homines duri atque increduli scirent non esse quod spondebatur falsum et ex operum benignitate quid esset deus verus iam addiscerent [1]) suspicari. Simul et illud volumus *sciri* [2]), cum summatim, ut dictum est, enumeratio facta gestorum est, non ea Christum [3]) potuisse, quae fecit, sed constituta etiam exsuperasse fatorum. Nam si, ut liquet et constat, debilitates et corporum passiones surdi, manci et muti,
28 nervorum *contractio* [4]) et amissio luminis fatalibus accidunt inroganturque decretis, *si* solus [5]) haec Christus correxit, restituit atque sanavit: sole ipso est clarius, potentiorem illum fuisse quam *fata* [6]) sunt, cum ea solvit et vicit, quae perpetuis nexibus et immobili fuerant necessitate devincta.

48. Sed frustra, inquit nescio quis, tantum adrogas Christo, cum saepe alios sciamus et scierimus deos et laborantibus plurimis dedisse medicinas, et multorum hominum morbos valetudinesque curasse. Non inquiro, non exigo, quis deus aut quo tempore cui fuerit auxiliatus, aut quem fractum restituerit sanitati: illud solum audire desidero, an sine ullius adiunctione materiae, id est medicaminis alicuius [7]), ad tactum morbos iusserit ab hominibus evolare, imperaverit [8]), fecerit et emori valetudinum causam et debilium corpora ad suas remeare naturas. Christus enim scitur aut admota partibus debilitatis manu aut vocis simplicis iussione aures aperuisse surdorum, exturbasse ab oculis caecitates, orationem dedisse mutis, articulorum vincula relaxasse, ambulatum dedisse contractis, vitiligines querqueras atque intercutes morbos omniaque

---

exilitates cuivis est in ed. pr. Bas. et Cant. cuiusvis dedimus ex emendat. Bernhardyi pro cuius, quod plurr. edd. cum Cod. tenent; numinis, pro quo Cod. nominis praebet, ex Meursii corr. receperunt edd. LB. Orell. Hild. 1) Verba: benignitate — — addiscerent desunt in Cod. Br. 2) scire Cod. edd. pr. et Urs. 3) Sic Codd. et ed. Hild. Cett. male correxerunt: non ea solum Christum. 4) contractatio Cod. 5) decretis solus Cod. decr., et solus Edd. si solus dedimus ex Hild. emendatione. 6) facta Cod.

7) Verba: id est medicaminis alicuius pro gloss. habuit Meurs. 8) Cant. in Cod. Br. impetraverit scribit se invenisse, sed Crus. de ea lectione prorsus tacet; imperaverit pro gloss. habet Hild., sed vindicat Bernh. qui emendat: imperaverit et

alia valetudinum genera, quae humana corpora sustinere nescio *quae*[1]) voluit inportuna crudelitas, verbo solitus imperioque sanare. Quid simile dii omnes, a quibus opem dicitis aegris et periclitantibus latam? qui si quando, ut fama est, nonnullis adtribuêre[2]) medicinam, aut cibum aliquem iusserunt capi aut qualitatis alicuius ebibi potionem aut herbarum et graminum sucos superponere[3]) inquietantibus causis, ambulare, cessare aut re aliqua, quae officiat, abstinere, quod esse non magnum nec admirationis alicuius stupore condignum promptum est, si volueritis attendere; et medici enim[4]) sic curant, animal humi natum nec confisum scientiae veritate, sed in arte suspicabili positum et coniecturarum aestimationibus[5]) nutans. Nulla autem virtus est medicaminibus amovere quae noceant, beneficia ista rerum, non sunt curantium potestates, 29
et ut sit laudabile scire, qua[6]) quibus conveniat medicina aut arte curari, locus huius laudis non in deo sed in homine constitutus est. Hunc enim non est turpe rebus extrinsecus sumptis valetudinem hominis fecisse meliorem: indecorum deo est, non ipsum per se posse, sed externarum adminiculis rerum sanitatem incolumitatemque praestare.

49. Et quoniam beneficia salutis datae aliorum numinum comparatis et Christi, quot milia vultis a nobis debilium vobis ostendi, quot tabificis adfectos morbis nullam omnino rettulisse medicinam, cum per omnia supplices irent templa, cum deorum ante ora prostrati limina ipsa converrerent osculis, cum Aesculapium ipsum datorem, ut praedicant, sanitatis, quoad illis superfuit vita, et precibus

---

fecerit emori. Equidem Cod. lectionem retinui et *imperaverit, fecerit* puto dictum pro: imperando fecerit. 1) *nescio qua* Codd. 2) Sic Codd. et mg. Urs. edd. Elmenh. LB. Hild. In cett. est *aut tribuere.* 3) Sic Cod. ed. LB. *superponier* ed. Hild. In cett. *superimponi.* De re v. Reiff ad Artemid. II, p. 452. Wolf Beitr. zur Gesch. des Somnambulismus aus dem Alterth. in Misc. Philol. p. 424 sqq. Cf. C. A. Koenig de Aristidis Incubatione. (Jen. 1818. 8.) Ziermann Geschichtl. Darstell. des thier. Magnetism. etc. (Berl. 1824. 8.) et v. quos citat Wagner ad Virg. Aen. VII, 89. 4) Sic Cod. — *et* particulam omittunt Elm. LB. In aliis est: *et med. etiam.* 5) *aestuationibus* cj. Hild. sed sine causa, ut bene vidit Bernh. 6) *quae quibus* Cod. *qua quos* edd. pleraeque. Nos sumus Meursium secuti.

fatigarent et invitarent miserrimis votis? Nonne alios scimus malis suis commortuos, cruciatibus alios consenuisse morborum, perniciosius alios sese habere coepisse, postquam dies noctesque in continuis precibus et pietatis exspectatione *triverunt?* 1) Quid ergo prodest ostendere unum aut alterum fortasse curatos, cum tot milibus subvenerit nemo, et plena *sint* 2) omnium miserorum infeliciumque delubra? Nisi forte dicetis 3), opem bonis ab diis ferri, malorum miserias despici. Atquin 4) Christus aequaliter bonis malisque subvenit, nec repulsus ab hoc quisquam est, qui rebus auxilium 5) duris contra impetum postulabat iniuriasque fortunae. Hoc est enim proprium dei veri potentiaeque regalis, benignitatem suam negare nulli, nec reputare, quis mereatur aut minime, cum naturalis infirmitas peccatorem hominem faciat, non voluntatis seu 6) iudicationis electio. Dicere porro meritis opem laborantibus ab diis ferri, hoc est in medio ponere et dubitabile quod adseras facere, ut et ille, qui sanus est factus, fortuito possit videri esse servatus, et ille, qui non est, non meriti causa, sed firmitate 7) credatur valetudinem expellere non potuisse divina.

50. Quid, quod istas virtutes, quae sunt a nobis summatim, non ut rei poscebat magnitudo, depromptae, non tantum ipse perfecit vi sua, verum, quod erat sublimius, multos alios experiri et facere sui nominis cum adlectione 8) permisit. Nam cum videret futuros *vos* 9) esse gestarum ab se rerum divinique operis adrogatores, ne

---

1) tribuerunt Cod. et ed. pr. 2) sunt Cod. 3) Sic Cod. teste Crusio, sed Hild. legit dicatis in eo, ut habent omnes edd. 4) Atqui est in omnib. edd. praeter Hild. 5) qui rebus qui auxilium Cod. corrupte. in rebus qui aux. cj. Hild. Fortasse rectius emendandum erit: qui rebus usque auxil. 6) Sic Cod. habet, non sed quod est in edd. Bas. Cant. Elmenh. et est in Urs. et cj. Meurs. — mg. Urs. delet verba naturalis infirmitas et in seqq. restituit sed. 7) Sic Cod. et edd. priores, et ego retinendum putavi, cum sic multo fortior evadat irrisio. Edd. pleraeque ex mg. Urs. et Cant. emendatione (quam probant Meurs. et Rig.) receperunt infirmitate.

8) Sic emendavi cum Bernh., quum Cod. habeat adfectione; diu haesitans, utrum illud reciperem an rescribendum esset: numinis cum adfectione. Herald. et Rig. nominis c. adiectione scribi jubebant. V. Evang. Marc. XVI, 17. et Arnob. II, 12: „nominato Christo". 9) suos Cod. ed. pr. Urs. et Hild. In cett. est vos,

qua subesset suspicio, magicis se artibus munera illa beneficiaque largitum, ex immensa illa populi multitudine, quae suam gratiam sectabatur admirans, piscatores, opifices, rusticanos atque id genus delegit imperitorum, qui per varias gentes missi cuncta illa miracula sine ullis fucis atque adminiculis perpetrarent. Verbo ille compescuit verminantium membrorum cruces, et illi verbo compescuerunt furialium vermina passionum. Imperio ille uno exturbavit a corporibus daemonas et exanimatis suos restituit sensus, sub eorum *tortantes* [1]) et illi se casibus iussione non alia sanitati et constantiae reddiderunt. Ille notas albicantium vitiliginum manu admota detersit, liniamenta et hi [2]) corporum haud dissimili conciliavere contactu. Uliginosa ille [3]) et turgentia viscera siccitatem iussit reciperare [4]) nativam, et famuli eius hoc modo statuerunt errantes aquas, et a pernicie corporum suos labi iussere per tramites. Ille ulcera oris immensi et recusantia perpeti sanitatem intra unius verbi moram continuato frenavit a pastu, et illi haud aliter contumaciam canceris saevi ad subeundam cicatricem circumscriptis evaginationibus [5]) compulerunt. Incessum ille claudis dedit, visum luminibus caecis, interemptos revocavit ad vitam, nec minus et hi quoque contractionem relaxavere nervorum, luce oculos implevere iam perdita, et ab tumulis remeare defunctos exequiarum conversione iusserunt. Neque quicquam est ab illo gestum per admirationem stupentibus cunctis, quod non omne donaverit faciendum parvulis illis et rusticis et 31
eorum subiecerit potestati.

51. Quid dicitis o mentes incredulae, difficiles, durae, alicuine mortalium Iuppiter ille Capitolinus huius-

---

quod ut unice verum probant Memm. quoque et Rig. — In seqq. Cod. recte habet adrogatores, quod loci sententia postulat, quod vero quidam non capientes partim arogatores vel abrogatores partim derogatores, quod est in plurima edd. parte, correxerunt.
1) portantes Cod. et edd. prr. usque ad LB., cuius correctionem, quam probant et Orell. et Hild., recipiendam putavimus. Nec rotantes, quod Herald. conjecit, displicet. — In seqq. pro casibus, quod in Cod. est, Huet. succussibus, Hild. quassibus emendari voluerunt. 2) Cod., ut infra, et hii praebet. In edd. praeter Hild. (quae ii habet) est hi. 3) illa Cod. 4) recuperare Edd. invito Cod. 5) evagationibus corrigunt edd. Bas. Cant. Urs. Elmenh. Oberth.

modi potestatem dedit? Curionem aut pontificem maximum, quinimmo dialem, quod eius [1]) est, flaminem isto iure donavit? Non dicam, ut mortuos excitaret, non ut caecis restitueret lucem, non ut membrorum situs *curvatis* [2]) redderet et dissolutis, sed ut *pustulam*, reduviam [3]), papulam aut vocis imperio aut manus contrectatione comprimeret. Ergo illud humanum fuit aut ex ore terrenis stercoribus innutrito tale potuit ius dari, talis licentia proficisci, et non divinum et sacrum, aut si aliquam superlationem res capit, plusquam divinum et sacrum? Nam si facias ipse quod possis et quod tuis sit viribus potentatuique conveniens, admiratio non habet quod exclamet: id enim quod potueris feceris *nec* [4]) quod praestare debuerit vis tua, ut *operis* [5]) esset una et ipsius qui operaretur aequalitas [6]). Transcribere posse in hominem ius tuum et quod facere solus possis fragilissimae rei donare et participare faciendum, supra omnia sitae est potestatis continentisque sub sese est rerum omnium causas et rationum facultatumque naturas.

52. Age nunc veniat *quaeso* per [7]) igneam zonam magus interiore ab orbe Zoroastres, Hermippo ut adsentiamur auctori [8]), Bactrianus et ille conveniat, cuius Ctesias res gestas historiarum exponit in primo [9]), Armenius,

---

1) sc. Jovis. Et sic est in Cod. teste Crusio, (Hild. leg. quo deius) et in edd. — Carrio et Stewech. quo (sc. iure) deus est proposuerunt, quod minime spernendum est. 2) eruatis Cod. enervatis Edd. Nos dedimus Rigaltii emendationem. 3) ponsulare dubiam Cod. a m. pr. ponsulam a m. sec. 4) et Cod. et edd. praeter Stewech. qui sed emendat. — nec, quod unice salvat loci sententiam, ex nostra conj. restituimus. 5) poteris Cod. operis pleraeque edd. receperunt ex mg. Urs. 6) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. edd. est qualitas, quod qui restituerunt non intellexerunt praecedens illud una adverbii loco fungi.

7) quae super Cod. 8) Verba per igneam zonam — interiore ab orbe non de Libyae aridis esse intelligenda (id quod Salmas. ad Solin. p. 335. statuit, se ostensurum promittens, Zoroastrem etiam Aethiopem fuisse habitum ab antiquis aut Libym, cui quidem promisso postea non stetit) hodie inter omnes constat. Vidit jam Brucker Hist. Phil. I. p. 125. optime locum explicari ex Recognitt. Clem. IV, 27. ubi v. Interprr. Cf. Adalb. Lozynski Hermippi Smyrnaei Peripatet. frr. (Bonnae 1832. 8.) p. 127 sq. Isid. Origg. VIII, 9. Suid. s. v. Ζωροάστρης ibique Bernh. Stanlei Hist. Phil. XIII, 1, 2. 9) Cf. Ctesiae frr. p. 79. et quos ibi laudat Lion.

Zostriani nepos [1]), et familiaris Pamphylus Cyri [2]), Apol-
lonius, Damigero et Dardanus [3]), Velus, Iulianus et Baebu-
lus [4]), et si quis est alius qui principatum et nomen fertur
in talibus habuisse praestigiis: permittant uni ex populo in
officium sermonis dandi ora coarticulare mutorum, sur-
dorum auriculas *returare* [5]), sine luminibus procreatis ocu-
lorum redintegrare naturas, et *in frigentia* [6]) olim membra
sensus animasque reducere. Aut si ardua res ista est, ne-
que aliis permittere talium possunt operum potestates, ipsi
faciant et cum suis ritibus faciant, quicquid malefici gra- 32
minis nutricant terrarum sinus, quicquid *virium* [7]) con-
tinet fremor ille verborum atque adiunctae carminum ne-
cessitates, non invidemus, adiiciant; non interdicimus,
colligant: experiri libet et recognoscere, an cum suis
efficere diis possint, quod ab rusticis Christianis iussionibus
factitatum est nudis.

---

1) Sic Cod. quod quidam edd. prave mutarunt in Hosthanis nepos. De Armenio Zoroastre nihil constat. V. Vales. ad Amm. Marcell. XXIII, 6, §. 32. 2) Clem. Alex. Strom. V, p. 598. (cf. Leopardi Emendatt. IX, 2.) Sed ibi Pamphilius non Pamphylus legitur. — Ceterum monendum est, locum hunc Arnobii perquam varie interpungi a variis editoribus. Orellium qui sequitur habet quatuor Zoroastras, primum Chaldaeum, fulmine percussum, alterum Bactrianum (cf. supra I, 5.), tertium Armenium, quartum Pamphylum. Ex Meursii et Salmasii distinctione tres efficiuntur: Libycus vel Bactrianus, Armenius, Pamphilus. Hildebr. duos statuit, priorem Bactrianum, alterum Armenium, tertium magum esse Pamphylum, nobis ignotum. Equidem rem in medio relinquo. Qui plura de Zoroastre vel Zoroastris desiderant discere, adeant Creuzer Symb. I, 679. 667 sqq. Rhode Heil. Sage p. 134 sqq. Zoega Abhandl. p. 108. ibique Welker. Classical Journ. VII, 220 sqq. 3) Apulej. Apol. c. 90. Lact. V, 3, 7. et 14. Augustin. Ep. ad Marcell. 5. Vopisc. Aurel. c. 24. ibique Casaub. F. Chr. Baur: Apollonius von Tyana (Tüb. 1832.) — De Damigerone v. Tertull. de Anima c. 57. Needham in Prolegg. ad Geopon. p. LIV. ed. Niclas. — De Dardano v. Plin. l. XXX, Prooem. Columell. X, 358. ibique Intt. Hild. ad Apulej. l. l. Savar. ad Sidon. Apoll. V, 9. Tiedemann de Magic. Art. Orig. p. 37 sqq. 4) Pro Velus (quod nomen praeter h. l. alibi non invenitur) Mercer. et Herald. cj. Nilus, Nourryus autem Belus verisimilius correxit, qui Belus a Plinio et Solino atque ab Hieronymo in Oseam c. 2. sideralis scientiae inventor dicitur. — De Juliano Theurgo, M. Antonini aequali v. Suid. s. v. et Tiedemann l. l. p. 74. — Pro Baebulus Nourryus Babilus (ex Suet. Ner. 36.) emendat. 5) recusare Codd. resesare ed. pr. Plurr. edd. ex correct. Gelenii reserare habent; returare LB. Hild. 6) infrigentiae Cod. — olim i. e. jamdudum. Sic infra IV, 37. 7) virum Cod.

53. Desistite, o nescii, in maledicta convertere res tantas, nihil ei nocitura, qui fecit, periculum adlatura sed vobis: periculum, inquam, non parvum [1]), sed in rebus eximiis [2]), sed in praecipuis constitutum. Si quidem res anima pretiosa est, nec ipso se homini quicquam potest carius inveniri. Nihil, ut remini, magicum, nihil humanum, praestigiosum aut subdolum, nihil fraudis *delituit in* [3]) Christo, derideatis licet ex more atque in lasciviam dissolvamini cachinnorum. Deus ille sublimis fuit, deus radice ab intima, deus ab incognitis regnis et ab omnium principe deus sospitator est missus, quem neque sol ipse neque ulla, si sentiunt, sidera, non rectores, non principes mundi, non denique dii magni, aut qui fingentes se deos genus omne mortalium territant, unde aut qui fuerit, potuerunt noscere vel suspicari. Et merito: exutus a [4]) corpore, quod in exigua sui circumferebat parte, postquam videri se passus est, cuius esset aut magnitudinis sciri, novitate rerum exterrita universa mundi sunt elementa turbata, tellus mota contremuit, mare funditus refusum est, aër globis involutus est tenebrarum, igneus orbis solis tepefacto ardore deriguit [5]). Quid enim restabat ut fieret, postquam deus est cognitus is, qui esse iamdudum unus iudicabatur e nobis?

54. Sed non creditis gesta haec. Sed qui ea conspicati sunt fieri et sub oculis suis viderunt agi, testes optimi certissimique auctores, et crediderunt haec ipsi et credenda posteris nobis haud exilibus cum approbationibus tradiderunt. Quinam isti sint fortasse quaeritis? Gentes,
33 populi, nationes, et incredulum illud genus humanum, quod nisi aperta res esset et luce ipsa, quemadmodum dicitur, clarior, numquam rebus huiusmodi credulitatis suae commodarent [6]) adsensum. At numquid dicemus illius temporis homines usque adeo fuisse vanos, mendaces, stolidos, brutos, ut quae nunquam viderant vidisse se fingerent et quae facta omnino non erant falsis proderent testimoniis

---

1) Edd. praeter Hild. parvulum praebent. 2) exiguis Codd. 3) delitu in Cod. delicti in Edd. Bas. Cant. Urs. 4) at corp. corrig. plurr. edd. cum Salm. In Arnobii quidem libris verbi exuere cum *a* praepositione constructi alterum exemplum non reperitur. Cum ex praepos. jungitur I, 75. (cf. II, 14.) Sed v. quae adnot. ad Macrob. Somn. Scip. I, 1. 5) Ev. Lucae XXIV, 44 sqq.
6) Sic Cod. — In seqq. ed. LB. An numquid praebet, quod

aut puerili [1]) adsertione firmarent? cumque possent vobiscum et unanimiter vivere et inoffensas ducere coniunctiones, gratuita susciperent odia et execrabili haberentur in nomine?

55. Quodsi falsa, ut dicitis, historia illa rerum est, unde tam brevi tempore totus mundus ista religione completus est, aut in unam coire qui potuerunt mentem gentes regionibus dissitae, ventis, caelo [2]) convexionibusque dimotae? Adseverationibus inlectae sunt nudis, inductae in spes cassas, et in pericula capitis immittere se sponte temeraria desperatione voluerunt, cum nihil tale vidissent, quod eas in hos cultus novitatis suae posset [3]) excitare miraculo. Immo quia haec omnia et ab ipso cernebant geri et ab eius praeconibus, qui per orbem totum missi beneficia patris et *munera renatis* [4]) animis hominibusque portabant, veritatis ipsius vi victae et dederunt se deo, nec in magnis posuere dispendiis membra vobis proiicere, et viscera sua lanianda praebere.

56. Sed conscriptores nostri mendaciter ista promiserunt, extulere [5]) in immensum exigua gesta et angustas res satis ambitioso dilatavere praeconio. Atque [6]) utinam cuncta referri in scripta potuissent, vel quae ab ipso gesta sunt vel quae ab eius praeconibus pari iure et potentia terminata [7]). Magis vos incredulos faceret vis tanta virtutum, et appraehendere locum fortasse possetis,

---

est etiam in mg. Urs. 1) ut puerili Cod. Edd. pr. Bas. Cant. Urs., in cujus mg. exstat aut emendatum, quod Herald. et seqq. edd. receperunt. Hild. aut: ut quae facta — — — ut puerili aut: et puerili vult emendari.

2) caeli correx. plurr. edd. Sed est hendiadys. 3) Sic Cod. Edd. pr. Bas. Hild. In cett. est possit. 4) et munera dis (a m. sec.: munerandis) animis Cod. et munera dis hominibusque Edd. Bas. Cant. et mg. Urs. et munerandis animis Edd. pr. Urs. Elmenh. et sic etiam Orell. et Hild. sed omisso et. Carrio emend. et munera sanandis animis, quod recep. ed. LB. aliaeque. — Nos dedimus locum ex nostra conjectura.

5) Rig. adnotat: „promiserunt in immensum Cod. Deinde antiqua manu, sed discolore atramento superscriptum: extulere.“ Crus. et Hild. de hac re adnotare quicquam omiserunt. — Edd. plurr. quum verbi promittere (= exaggerare) vim non caperent aut ipsum corruptum haberent cum Salm. prompserunt emendarunt. 6) Sic Cod. (teste Hild.) Edd. pr. et Hild. In cett. Atqui. 7) At magis cj. Hild.—In seqq. et apprehendere secundum Cod. (teste

quo [1]) videretur esse simillimum veri, *esse* [2]) incrementa rebus adposita et inditas scriptis et commentariis falsitates. Sed neque omnia conscribi aut in aures omnium pervenire potuerunt gesta gentibus in ignotis [3]) et usum nescientibus
34 litterarum, aut siqua sunt litteris conscriptionibusque mandata, malevolentia daemonum, quorum cura et studium est hanc intercipi [4]) veritatem, et consimilium his hominum interpolata quaedam et addita, partim mutata atque detracta verbis, syllabis, ut et prudentium tardaret fidem et gestorum corrumperet [5]) auctoritatem. Sed numquam fuerit his bene, ut Christus qui fuerit litterarum testimoniis colligatur, cuius in id solum *demissa* est causa [6]), ut, si esse constiterit ea vera quae dicimus, confessione omnium deus fuisse monstretur.

57. Non creditis scriptis nostris: et nos vestris non credimus scriptis. Falsa de Christo compingimus [7]): et vos de diis vestris inania et falsa iactatis; neque enim caelo deus aliquis lapsus est, aut suis res vestras commentatus est manibus, aut ratione consimili nostris rebus et religionibus derogavit [8]). Ab hominibus haec scripta: et illa sunt ab hominibus scripta, mortalibus edissertata [9]) sermonibus: et quicquid dicere de nostris conscriptoribus intenderitis, et de vestris haec dicta paribus sumite atque habetote momentis. Vultis vera esse quae in vestris conpraehensa sunt scriptis: et quae in nostris consignata sunt litteris confiteamini necesse est esse vera. Falsitatis arguitis res nostras: et nos vestras arguimus falsitatis. Sed an-

---

Rig. et Crusio) restituimus. Edd. habent aut appreh. 1) quod Cod. Nos cum ed. LB. quo dedimus. 2) Sic nostro Marte correximus, sensu aperte flagitante. In Cod. et Edd. est et incrementa. 3) i. e. ignaris. 4) Invito Cod. plurr. edd. intercipere habent. 5) tardarent — — corrumperent Edd. Bas. Cant. mg. Urs. Elmenh. 6) i. e. numquam ista res commodo iis erit, ut etc. dimissa est Cod. dimissa sunt Edd. Cf. Cic. Acad. II, 25, 79. Locus paulo obscurior. Negat Arnobius daemonum istam sive hominum consimilium malevolentiam, qua corruptis litteris sacris Christi nomen evertere studuerint, umquam quicquam profecturam esse, siquidem vel ea, quae per famam accepta de illo ferantur, modo haec vera esse constiterint, tantum momenti habeant, ut confessione omnium deus fuisse monstretur.

7) confingimus. Edd. Bas. Cant. mg. Urs. Elmenh. Oberth. 8) Nove hic dictum est derogare pro „fidem derogare“. 9) edisertata Cod. test. Crus. et Rig., quamquam Hild. in eo edisserta

tiquiora, inquitis, nostra sunt ac per hoc fidei et veritatis plenissima: quasi vero errorum non antiquitas plenissima mater sit, et non ipsa pepererit res eas, quae turpissimas diis [1]) notas ignominiosis concinnaverunt in fabulis. Ante millia enim annorum decem non potuerunt falsa et audiri et credi, aut non simillimum veri est, fidem vicinis et finitimis quam spatiorum inesse longinquitate distantibus? Testibus enim haec, illa opinionibus adseruntur, et proclivius multo est, minus esse in recentibus fictionis quam in antiqua obscuritate summotis.

58. Sed ab indoctis hominibus et rudibus scripta sunt et idcirco non sunt facili auditione credenda. Vide ne magis haec fortior causa sit, cur illa sint nullis coinquinata mendaciis, mente simplici prodita et ignara lenociniis ampliare. Trivialis et sordidus sermo est. Numquam enim veritas sectata est fucum, nec quod exploratum et certum est circumduci se patitur orationis per ambitum longiorem. Collectiones, enthymemata, definitiones omniaque illa ornamenta, quibus fides quaeritur adsertionis, suspicantes adiuvant, non veritatis liniamenta demonstrant. Ceterum qui scit, quid sit illud quod dicitur, nec definit nec colligit neque alia sectatur artificia verborum, quibus capi consueti sunt audientes et ad consensum rei circumscriptionis necessitate traduci.

59. Barbarismis, soloecismis obsitae sunt, inquit, res vestrae et vitiorum deformitate pollutae. Puerilis sane atque angusti pectoris repraehensio, quam si admitteremus ut vera sit, abiiciamus ex usibus nostris quorumdam fructuum genera, quod cum spinis nascuntur et purgamentis aliis, quae nec alere nos possunt, nec tamen impediunt, perfrui nos eo, quod principaliter antecedit et saluberrimum nobis *voluit* [2]) esse natura. Quid enim officit, o quaeso, aut quam praestat intellectui tarditatem, utrumne quid *gnare* [3]) an hirsuta cum asperitate promatur, inflectatur quod acui, an acuatur quod oportebat inflecti? aut qui minus id quod dicitur verum est, si in numero pecce-

---

legisse affirmat, quod est in edd. vett. 1) dii erat in Vet. Lib. Ernstii, et sic habent ed. Bas. 1560 et ed. Cant.

2) valuit Cod. 3) Sic emendavi Cod. corruptam lectionem grave quam retinuit Salm. glabre ex cj. Grotii recep. Orell. et

tur aut casu, praepositione, participio, coniunctione? Pompa ista sermonis et oratio missa per regulas concionibus, litibus, foro iudiciisque servetur, deturque illis immo, qui voluptatum delenimenta quaerentes *omne suum*[1]) studium verborum in lumina contulerunt. Cum de rebus agitur ab ostentatione summotis, quid dicatur spectandum est, non quali cum amoenitate dicatur, nec quid aures commulceat, sed quas adferat audientibus utilitates, maxime cum sciamus etiam quosdam *sapientiae*[2]) deditos, non tantum abiecisse
36 sermonis cultum, verum etiam, cum possent ornatius atque uberius eloqui, trivialem studio humilitatem secutos, ne conrumperent scilicet gravitatis rigorem, et sophistica se potius ostentatione iactarent. Etenim[3]) vero dissoluti est pectoris in rebus seriis quaerere voluptatem et cum tibi sit ratio[4]) cum male se habentibus atque aegris, sonos auribus infundere dulciores, non medicinam vulneribus admovere. Quamquam si verum spectes, nullus sermo natura est integer, vitiosus similiter nullus. Quaenam est enim ratio naturalis aut in mundi constitutionibus lex scripta, ut hic paries dicatur et haec sella, cum neque sexus habeant femininis generibus masculinisque discretos, neque quisquam docere doctissimus me possit ipsum hic et haec quid sint, aut cur ex his unum sexum *virilem*[5]) designet, femininis generibus id quod sequitur adplicetur. Humana ista sunt placita et ad usum sermonis faciendi non sane omnibus necessaria: nam et haec paries forsitan et hic sella dici sine ulla repraehensione potuissent[6]), si ab initio sic dici placuisset et a sequentibus saeculis communi esset in sermocinatione servatum. Et tamen o isti, qui pollutas res nostras *vi* vitiorum criminamini, stribiligines[7]) et vos istas libris illis in maximis atque admirabilibus non habetis?

Hild. Alii dederunt leve. Gloss.: „Gnare, Ἐπιστημόνως." 1) Sic Codd. a. m. sec. omnes unum habent a. m. pr. 2) Sic omnes edd. praeter Hild. qui in Cod. quosdam sapientia deditos se repperisse solus affirmat et inde quosdam in sap. deditos (ex Lucretii usu) emendavit. — Pro etiam ante quosdam Cod. habet et iam, teste Crusio. 3) Edd. praeter Hild. Enim habent. 4) Meurs. in Exercitt. Crit. cj. oratio. Sed cf. Gronov. Obss. II, 10. 5) sexum virile Cod., unde Orell. cum Carrione reposuit secus virile. 6) Sic Cod. teste Crusio. Edd. praebent potuisset. 7) nostras vitiorum criminamini foeditates
....
stribiligines Cod. Puncta sunt ab antiqua manu subscripta. In

Nonne aliud haec utria aliud [1]) dicitis hos utres, caelus et caelum: non item *pileus et pileum* [2]): non item crocus et crocum: non item fretus et fretum? non item apud vos est positum hoc pane et hic panis, hic *sanguis* [3]) et hoc sanguen, candelabrum et iugulum ratione eadem iugulus et candelaber? Nam si singula nomina non possunt genera plura habere quam singula neque eadem possunt huius esse generis et illius (genus enim transire genus in alterum non potest), tam peccat qui genera masculina femininis pronuntiat legibus, quam ab eo peccatur, qui articulos masculinos femininis generibus anteponit. Atqui vos conspicimus et res masculinas et femineas masculine [4]) et quas esse 37
dicitis neutras et illo et hoc modo sine ulla discretione depromere. Aut igitur nulla est culpa indifferenter his uti et frustra nos dicitis soloecismorum obscenitate deformes, aut si certum est singula quibus debeant rationibus explicari, in similibus vitiis vos quoque versamini, quamvis *Epicados* [5]) omnes, Caesellios, Verrios, Scauros [6]) teneatis et Nisos.

Cod. Br. foeditates ut glossema omissum est. Locum ab criticis varie olim vexatum cum Hild. dedimus restitutum ex Bertii emendatione. Plurr. edd. nostras vitiorum crim. foeditate: stribiligines praebent. 1) aliud — aliud Sic Cod., quinque priores edd. Oberth. et Hild. Cett. et mg. Urs. receperunt alius — alius. Illud, pro quo Herald. in Cur. Sec. contra Salmas. scribit in Cod. alius — alius extitisse, sed postea alia manu alioque atramento mutatum esse, per partim — partim explicantes defendunt ex loco Cic. ad Att. XII, 40. §. 4. 2) filius et filium Cod. filus et filum ex Gelenii corr. omnes edd. receperunt. Perperam. Verum vidit Pith., ex cujus emendatione locum restituimus. 3) hic sanguinis et hoc sanguem (m littera finali abrasa) Cod. Par. hic sanguis et hoc sangue Cod. Br. hic sanguinis (edd. pr. Bas. Cant. Urs. sanguis praebent) hoc sanguen Edd. 4) Sic Cod. ed. pr. et Hild. qui tamen masculine uncinis inclusit. Cett. edd. et res masculinas feminine et femineas masculine. — 5) Epicamdeos Cod. — De Cornelio Epicado, illustri grammatico, v. Sueton. de Ill. Gramm. c. 12. Osann Beiträge zur Röm. Lit. Gesch. tom. II, p. 359. not. 8. De Caesellio Vindice v. eund. ibid. not. 9. — De M. Verrio Flacco, cujus opus de Significatione Verborum Festus in compendium redegit, v. Suet. l. l. c. 17. — De Terentio Scauro, cujus de orthographia liber adhuc extat, editus a Putschio, v. Gell. XI, 24. ibique Gronov. et Osann l. l. p. 251. — De Niso grammatico v. eund. p. 210. not. 29. 6) ascauros se in Cod. invenisse dicit Hild., unde ac Scauros correxit.

60. Sed si deus, inquiunt, fuit Christus, cur forma est in hominis visus, et cur more est interemptus humano? An aliter potuit invisibilis illa vis et habens nullam substantiam corporalem inferre et commodare se mundo, conciliis interesse mortalium, quam ut aliquod tegmen materiae solidioris adsumeret, quod oculorum susciperet iniectum, et ubi se figere *in apertissimae possent* [1]) contemplationis obtutus? Quis est enim mortalium, qui *quiret* [2]) eum videre, quis cernere, si talem voluisset inferre se terris, qualis ei primigenia natura est et qualem se ipse in sua esse *voluit* [3]) vel qualitate vel numine? Adsumpsit igitur hominis formam et sub nostri generis similitudine potentiam suam clausit, ut et videri posset et conspici, verba faceret et doceret, atque omnis exsequeretur res eas, propter quas in mundum venerat faciendas, summi regis imperio et dispositione *servatis* [4]).

61. Quid enim, dicit [5]), rex summus ea, quae in mundo facienda esse decreverat, sine homine simulato non quibat efficere? Si oporteret ita fieri, quemadmodum dicitis, ita [6]) fortasse fecisset; quia non oportuit, aliter fecit. Quare isto voluit et illo genere noluit, latent taliter [7]) involutae et vix ullis comprachensibiles causae [8]), quas accipere fortasse potuisses, si non esses iamdudum ad non accipiendum paratus, et prius te formares [9]) ad non credendi frontem [10]), quam tibi esset expositum id, quod *novisse* atque audire conquireres.

---

1) ineptissimae posset Cod. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elmenh. Oberth. Hild. In cett. est inertissimae ex mg. ed. Urs. in apertissimae vel in aptissimae possent cj. Rig. 2) qui quereret Cod. Primus emendavit locum Urs. in mg. 3) noluit Cod. ed. pr. Bas. Urs. 4) servatus Cod. ed. pr. et Urs. Hinc olim emendaveram: dispositioni servatus.

5) dicit Cod. Par. dicī Cod. Br. dicite ed. pr. et Urs. dicitis Cett. edd. 6) Sic Cod., pro quo aliquot edd. ista habent. 7) latentaliter Cod. Nos cum plurr. edd. recepimus Meursii emendationem. In seqq. complur. edd. pro ullis, quod in Cod. est, praebent ulli. 8) Quid si hic signum interrogationis interponas? Verbum accipere h. l. significat: intelligere, ut saepius ap. Arnobium. In Cod. Br. post quas omnia desunt usque ad finem libri ad verba omnium dominus. Excisum enim est unum folium. 9) firmares cj. Herald. 10) ad — frontem i. e. ad obstinationem paene impudentem. — In seqq. pro novisse, quae Hild. est emendatio, Cod. non esse habet. In cett. edd. nosse.

62. Sed more est hominis interemptus. Non ipse:
neque enim cadere divinas in res potest mortis occasus
nec interitionis dissolutione dilabi id quod est unum et 38
simplex nec ullarum partium congregatione compactum. Quis est ergo visus in patibulo pendere, quis mortuus? Homo [1]), quem induerat et secum ipse portabat. Incredibile *dictu* [2]) est et caecis obscuritatibus involutum, si velis, non caecum est et similitudine proximo [3]) constitutum. Si quo tempore Sibylla, *praesaga* oracula [4]) illa depromens, fundebat vi ut dicitis Apollinis plena, ab impiis esset caesa atque interempta latronibus: numquid Apollo diceretur in ea esse occisus? Si *Bacis*, si [5]) Helenus, Marcius [6]) aliique similiter vates hariolantes essent vita et luce privati: numquid aliquis diceret lege eos humanitatis extinctos, qui illorum per ora loquentes vias rerum postulantibus explicabant? Mors illa quam dicitis *adsumpti* [7]) hominis fuit, non ipsius, gestaminis, non gestantis, quam nec ipsam perpeti succubuisset vis [8]), tanta si non agenda res esset et inexplicabilis ratio *fati* clausis patefacienda mysteriis [9]).

---

1) quis mortuus? homo Cod. et inde ed. Hild. In cett. quis mortuus est? homo. 2) dictum Cod. Ed. pr. Bas. Cant. Urs. 3) i. e. exemplis intellectui proximo constitutum. similitudini proxime Edd. pr. Bas. Cant. Urs. Elmenh. Oberth. Orell. In cett. similitudini proxima. Sed sincera est Cod. lectio. 4) praesagia oracula Cod. ed. pr. et Hild., qui tamen voc. oracula uncinis inclusit. Sibylla praesaga, oracula Edd. priores cum Oberth. et Orell. Nos sumus correctionem ed. LB. secuti. — De Sibyllis v. Munk. ad Hygin. fab. 128. Intt. ad Cic. de Divin. I, 18. Kopp ad Mart. Cap. II, §. 159. p. 213 sq. Klausen Aen. I, 203 sq. Hartung I, 129 sq. Münter Miscell. I, 1, 113. 5) si vatissi Cod. quod emendavit primus Mercerus et post eum Pith., qui antea Si Attius legendum putaverat. De Bacide, vate Boeotio, v. Wesseling. ad Herod. VIII, 20. Gronovii Diatr. c. 52. tom. I, p. 525 sq. ed. Hand. Intt. ad Cic. de Div. I, 18. Wachsm. Hellen. Alterth. II, 2, p. 274. Müller Orchom. p. 145 sqq. 6) Sic Cod. — De Heleno v. Heyne Exc. ad Virg. Aen. VIII, 294. Munk. ad Hygin. fab. 128. Eustath. ad Hom. Il. p. 663, 40. et 626, 24. Klausen Aen. I, 190 sqq. et 418 sqq. — De Martio v. Macrob. Sat. I, 17. Plin. VII, 33. Liv. XXV, 12. Intt. ad Cic. de Divin. I, 40. Hartung I, p. 129 sqq. 7) adsumptio Cod. ed. pr. et Urs. 8) sc. divina Christi, morte omnino superior. 9) Pro fati Cod. habet satis. Verto: „wenn nicht eine so grosse Sache durchzuführen und der unerforschliche Rathschluss in den dunklen Mysterien des Todes zu offenbaren war."

63. Quae sunt ista, inquies, clausa atque obscura mysteria, quae nulli nec homines scire nec ipsi qui appellantur dii mundi parte queunt aliqua suspicionis atque opinationis attingere, nisi quos ipse dignatus est cognitionis tantae inpertire muneribus et in abditos recessus thesauri interioris inducere [1]). Vides enim, si nollet inferri sibi a quoquam manus, summa illi fuisse contentione nitendum, ut hostes ab se suos vel potestate inversa [2]) prohiberet? Qui caecis restituerat lumina, is efficere, si deberet, non poterat caecos: qui debilibus integritatem, is debiles reddere difficultati habuit aut labori: qui claudos praecipiebat [3]) incedere, is motus *colligare* [4]) membrorum nervorum *in* duritiam nesciebat: qui extrahebat ab tumulis [5]) mortuos, huic arduum fuerat letum cui vellet indicere? Sed quia fieri ratio ea quae fuerant destinata poscebat et hic in ipso mundo nec modo quam gestum est alio, inaestimabilis illa atque incredibilis lenitas iniurias in se hominum
39 puerilibus pro ineptîs [6]) ducens manus in se porrigi ab immanibus passa est durissimisque latronibus *nec* reputandum [7]) putavit quid illorum dissignasset [8]) audacia, *dummodo* [9]) suis ostenderet, quid ab sese exspectare deberent. Cum enim de animarum periculis multa, *multa* malâ de illarum *natura insinuarat*, magister atque auctor ad offi-

1) Totam hanc sententiam utpote ex adversariorum mente prolatam patet per ironiam esse intelligendam. Dii mundi videntur dici dii per vatum ora futura et incerta explicantes. 2) Haec Cod. lectio si sincera est, non aliter potest explicari potestas inversa, quam potestas exhibita inversis et migratis iis legibus, secundum quas solas debuit exhiberi, ac vel particula tum ironiae inserviret. Edd. plurr. universa correxerunt. 3) praecipibat Cod. teste Hild. qui id recepit. praecipiebat Edd. Ursin. Elmenh. LB. Alii editores ex Gelenii correctione faciebat dederunt. 4) caligare membrorum nervorum duritiam Cod. Ed. pr. caligare — duritia ed. Urs. colligare mg. Urs. et Elmenh. colligare — in duritiam ed. Hild. Cett. alligare — duritia praebent. 5) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. a tumulis. 6) ineptis Cod. ineptiis Edd. 7) haec reputandum Cod. Ed. pr. et Urs. nec imputandum Edd. Bas. Cant. mg. Urs. Elmenh. LB. 8) Sic Cod. et edd. LB. Orell. Hild. designasset est in cett. 9) cummodo Cod. ed. pr. — Pro quid — quid Cod. scribit quit — quit Cf. Lips. Antt. Lectt. II, 19. 10) multa mala de illarum contra insinuator Codd. Edd. pr., Urs. LB. Orell. Hild. multa medelarum contra insinuator Bas. Cant. mg. Urs. Elmenh. Oberth. Stewech. Herald. Hild. et alii hiatum orationis suspicati sunt. Nos nostram

ciorum convenientium fines [1]) suas leges et constituta direxit: non superbiae fastum comminuit, non libidinum extinxit flammas, non hiatum compressit aviditatis, non tela extorsit e manibus atque omnia seminaria totius vitiositatis abscidit? Ipse denique non lenis, non placidus, non accessu facilis, non familiaris adfatu, non humanas miserias indolescens omnes omnino crucibus et corporalibus adfectos malis [2]) unica illa benignitate miseratus reddidit et restituit sanitati?

64. Quid ergo vos subigit, quid [3]) hortatur maledicere, conviciari, inexpiabiles cum eo conserere simultates, quem redarguere, quem tenere nemo omnium [4]) possit ullius facinoris in reatu? Tyrannos ac reges vestros, qui postposito deorum metu donaria spoliant populanturque templorum, qui proscriptionibus, *exiliis* [5]), caedibus nudant nobilitatibus civitates, qui matronarum pudorem ac virginum vi subruunt atque eripiunt licentiosa, appellatis indigetes atque *divos* [6]), et quos odiis acrioribus conveniebat a vobis carpi, pulvinaribus, aris, templis atque alio mactatis cultu, ludorum et celebritate natalium. Nec non et illos omnes, qui conscriptione voluminum multiformi maledictis mordacibus carpunt publicos mores, qui luxurias ac vitas vestras secant, urunt, dilacerant, qui *sui* [7]) temporis po-

---

emendationem recepimus. Locus, quo paulo praecipitantius sit transitus ad finem disputationis, sic cohaerere videtur. Dixerat Arnobius interfuisse Christi suis ostendere quid ab sese exspectare possent. Jam pergit demonstrans illum verbo suo stetisse et doctrinae ejus, cujus auctor et magister fuerit, opera homines emendasse. Impium igitur esse, talis doctrinae auctorem tantis odiis persequi, et eum, qui a deo patre missus fuerit, mortalitati animas eriperet et in aeternam vitam vindicaret vitam, istis adhuc ignotam. Quod si autem quaererent, cur deus filium suum atque legatum ipsum interfici permiserit, hoc non esse alia de causa factum, nisi ut ex ejus resurrectione (c. 65. fin. ex rebus consequentibus) scirent in tuto esse spes de animarum salute a suis conceptas. 1) Videtur dictum pro: ad offic. convenientes fines, quae adjectivorum metathesis non rara ap. Arnob. 2) malis morbis (sed morbis compunct. a m. pr. teste Hild.) Cod.

3) quit — quit Cod. uti supra. 4) Edd. praeter Hild. hominum praebent. — Cod. habet omnium. 5) exuis Cod. et suis Edd. Bas. Cant. Urs. Elmenh. et saevis mg. Urs. Nos sumus cum cett. Heraldi et Salmas. conj. secuti. 6) duros Cod. Ed. pr. in erratis corrigit deos. 7) in temporis Cod. quod varie, sed minus commode emendarunt edd. Nos cum Orellio et Hild. mg.

steris notas scriptorum perpetuitate prolatant, qui matrimonia persuadent habenda esse communia [1]), qui cum pueris cubitant formosis, lascivientibus, nudis [2]), qui pecudes vos esse, qui fugitivos, qui exules, qui vilissimae servos notae furiosos praedicant et insanos admirantes plaudentes ad caeli sustollitis sidera, bibliothecarum reponitis in arcanis, quadrigis et statuis muneramini et, quantum est in vobis, velut quadam aeternitate donatis, immortalium testificatione titulorum: solum Christum conpellare, dilacerare, potestis si deum [3]), vultis, immo solum, si liceat, beluarum agrestium ritu cruentis oribus mandere comminutis cum ossibus transvorare. Quodnam, quaeso, ob meritum dicite, cuius ob peccati culpam? Quid [4]) ab eo commissum est, quod tenorem inflecteret recti et in odia vos aspera furialibus stimulis concitaret? Quia animarum vestrarum custodem se missum solo indicavit ab rege, quia vobis immortalitatem ferre, quam vos habere confiditis humanis paucorum adseverationibus suasi? Quodsi esset apud vos certum falsa illum dicere, spes etiam vanissimas polliceri, nec sic video fuisse causam, cur eum deberetis odisse, cur hostili animadversione damnare, immo si animus vobis clemens fuisset et mitis, vel propter id solum eum deberetis amplecti, quod optabilia vobis sponderet et prospera, quod bonarum esset nuntius rerum, quod ea praedicaret, quae nullius animum laederent, securioris quinimmo expectationis impleret [5]).

65. O ingratum et impium saeculum! o in privatam perniciem incredibile [6]) pectoris obstinatione *pronatum*! [7]) Si aliquis ad vos medicus ex summotis venisset et num-

---

Ursini correctionem dedimus. 1) Refer ad Platonem. 2) Refero ad Socratem. 3) Sic Cod. Pro conpellare Memm. et Rig. cj. convellere. — In seqq. pro cum ossibus Memm. cj. eum ossibus. 4) quit Cod. ut supra. 5) In ed. Bas. jam sequuntur capita I. II, quae in ed. Orell. sunt 2. 3. 4 et 5. inde a verbis: At enim odio dignus est usque ad: veluti quadam dulcedine atque nectare ebrii cuncta contemnant. Ed. Urs. asterisco, transpositionis signo, adposito pergit: in cunctos et lumen praetenderit vitae usque ad verba: velut quadam dulcedine, atque, quae in ed. Orell. sunt I. II, cap. 1. 2. 3. 4. 5.

6) incredibili Edd. omnes praeter Hild., qui rariorem ablativi formam ex Cod. recepit. 7) privatum Cod. ed. pr. et Urs. pronum Edd. Bas. Cant. mg. Urs. Oberth. Hild. dedit pronatum

quam vobis regionibus cognitis, medicamen pollicens
tale, quod a vestris corporibus omnia omnino prohibe-
ret morborum et valetudinum genera: non certatim omnes
accurreretis, non [1]) blanditiis omnibus atque honoribus
fotum familiaria susciperetis in moenia, non illud medi-
caminis genus optaretis esse certissimum, non verum,
quod immunes vos fore ab tam innumeris vexationibus
corporum usque ad ultimos fines sponderet aetatis? Et
licet ambigua res esset, committeretis vos tamen, nec
potionem incognitam dubitaretis haurire, spe salutis pro-
posita atque amore incolumitatis incensi. Eluxit atque ap-
paruit Christus rei maximae nuntiator, auspicium faustum 41
portans et praeconium salutare credentibus. Quaenam est
ista crudelitas, inhumanitas quae [2]) tanta, quinimmo, ut
verius eloquar [3]), fastidiosum, supercilium, nuntiatorem mu-
neris et portitorem tanti non tantum verborum maledictio-
nibus scindere, verum etiam bello gravi atque omnibus
persequi telorum effusionibus et ruinis? Non placent ea
quae dicit, et cum offensionibus audiuntur a vobis? Pro lu-
dicris ea vaticinationibus computate. Stolidissimas res lo-
quitur et fatua dona promittit? Ridete ut sapientes vos viri
et in suis erroribus fatuitatem [4]) relinquite volutari. Quae-
nam est haec feritas, (ut repetamus quae dicta sunt sae-
pius) quae libido tam carnifex, inexpiabile bellum indicere
nihil de te merito, dilacerare [5]), si detur, eum velle per
viscera, qui non modo nullum intulerit malum nulli, sed
aequaliter benignus hostibus *diceret* [6]), quidnam his salu-
tis deo portaretur a principe, quid esset facto opus, ut
interitum fugerent et immortalitatem consequerentur igno-
tam? Cumque novitas rerum et inaudita promissio audien-

---

ex conj., quod recepimus. In cett. est paratum ex mg. Urs.
1) Verba: omnes accurreretis non desunt in ed. pr. Bas. Cant. Urs. 2) inhumanitasque scribunt vett. aliquot edd. invito Cod. 3) loquar Edd. omnes praeter Hild. — In seqq. pro fastidiosum, quod omnes edd. habent, Crus. in Cod. dicit esse: fastidium. 4) fatuitantem Cod., quod recipiendum fortasse erat, etsi neque lexica neque glossaria, quantum sciam, id verbum memorent. — In antecedentibus pro computate priores quatuor edd. vitiose comportate habent. 5) delacerare Cod. 6) dicere Cod. et plurr. edd., quem tamen infinitivum a benignus pendentem hic ferri posse nego. diceret recepimus ex ed. pr. Urs. LB. In ed. Bas. est

tium turbaret mentes et credulitatem faceret [1]) haesitare, virtutum omnium dominus atque ipsius mortis extinctor hominem suum permiserit interfici, ut ex rebus consequentibus scirent in tuto esse spes suas, quas iamdudum acceperant de animarum salute, nec periculum mortis alia se posse ratione vitare.

---

omnibus docuerit. 1) turbarent — facerent omnes edd. praeter LB. et Hild. — Codicis subscriptio est: ARNOBII. (ARNOVII leg. Pith.) LIB. I. EXP. INC. LIB. II. FELICIT.

ARNOBII
ADVERSUS NATIONES
LIBER SECUNDUS.

1. Hoc in loco tribui si ulla facultas posset, vellem cum his omnibus quibus nomen invisum est Christi, ab instituta principaliter defensione deverticulo [1]) paulisper facto, talia verba miscere: Si nullam esse ducitis contumeliam respondere aliquid interrogatos, edissertate nobis et dicite: quid rei, quid causae est, quod tam gravibus insectamini Christum bellis, vel quas eius continetis offensas, ut ad eius nominis mentionem rabidorum pectorum effervescatis ardoribus? Numquid regiam sibi vindicans potestatem terrarum orbem cunctum legionibus infestissimis occupavit et pacatas ab exordio nationes alias delevit ac sustulit, alias sibi parere cervicibus compulit subiugatis? Numquid ardoribus avaritiae flagrans universas opes illas, quibus se genus humanum studiose contendit impleri, possessionis suae mancipio vindicavit? Numquid libidinum cupiditatibus gestiens pudicitiae repagula vi fregit aut alienis furtim insidiatus est matrimoniis? Numquid adrogantiae supercilio tumidus iniurias et contumelias passim sine ullius personae discriminibus inrogavit [2])?

1) Sic Cod., non diverticulo, quod pleraeque edd. habent.
2) Recte jam antiquiores Arnobii editores intellexerunt in Cod., ex quo ed. princeps recusa erat, culpa librarii aut bibliopegae aliquot

folia prave esse transposita, et ipsius Cod. Paris. margini ad verbum Cap. I. inrogavit ab recentiore, ut videtur, aliqua manu adscriptum legitur: Transpositio. Quo magis utique mirandum est, quod inter tot viros doctos, qui, dum emendando Arnobio operam dabant, ipso Cod. MS. utebantur et eum prae manibus et oculis habebant, ne unus quidem exstiterit, qui vitii vera origine indagata loco male luxato suam medelam attulit. In Cod. Par. et qui ex eo effluxit Cod. Brux. et in ed. pr. a primo usque ad septimum caput nostrae edit. hic ordo est: discriminibus inrogavit ‖ et non omnium virtutum amore correpti — — praeponant amicitias Christi. ‖ Nisi forte obtunsi et fatui — — — cur malorum tanta experiatur examina. ‖ Utrum in cunctos lumen praetenderit — — — — quadam dulcedine atque ne illum tellus sqq. — Gelenius omnia inde a verbis: At enim odio dignus est (Cap. 2. nostrae ed.) usque ad: impendeant credituris velut quadam dulcedine atque ne[ctare ebrii cuncta contemnant], quatuor verbis de suo ingenio additis, in finem Cap. 64. libri primi post verbum impleret relegavit. Eodem loco inseruit etiam Ursinus verba secundi libri: in cunctos lumen praetenderit vitae — — — velut a quadam dulcedine, atque, asteriscis ad mg. appositis. Cett. editores hanc transpositionem incommodam, ne dicam ineptam, non secuti sunt. Canter. post inrogavit pergit: ut non omnium virtutum amore in cunctos et lumen praetenderit vitae et periculum ignorationis amoverit. Qui si non dignus esset — — optaret. (Cap. 2. nostrae edit.) et eum secuti sunt Elmenh. et Oberth. Ursinus post inrogavit pergit: ut non omnium virtutum amore correpti cognitas accipiant rationes atque o.m.r. proponant amicitias Christi. Nisi forte obtusi — — obluctatione tutari. Quid enim si verum perspiciam — — — tanta experiatur examina? Utrumne illum tellus uliginis sqq. Ed. LB. post inrogavit pergit: qui si dignus non esset — — — optaret ac tum pergit: ut non in cunctos lumen et praetenderit vitae et periculum ignorationis amoverit, quam inter alias sequitur et Orell., nisi quod haec pro in cunctos habet in omnes. Verba et non omnium virtutum sqq., quae post inrogavit in Cod. sequuntur, recentiores edd. interponunt post verba: velut quadam dulcedine sqq. et pro et non legunt atque omnium. Ita primum caput terminant verbis: optaret. Ut non in cunctos — periculum ignorationis amoverit. Tum a verbis At enim odio usque ad sublevamus ad coelum caput secundum efficiunt, a verbis Sed minoribus usque ad renuntiaretis errori tertium; a verbis Verum haec omnia usque ad fuisse mendacium quartum; tum leguntur verba inde ab Quid dicitis usque ad dulcedine et hic apponunt verba ineuntis libri ab: ut non (atque virtutum) omnium usque ad sensum, quibus quintum caput terminatur. Inde ab seqq. verbis Quid ergo vos soli usque ad obluctatione tutari sextum caput constituunt; deinde ponunt verba inde a Quid enim usque ad experiatur examina, atque adjungunt iis, quae in Cod. post quadam dulcedine reperiuntur, legentes: experiatur examina utrumne illum

2. Utrum in cunctos et lumen praetenderit vitae et periculum ignorationis amoverit?[1]) Qui si dignus non esset, cui auscultare deberetis et credere, vel hoc ipso fuerat non aspernandus a vobis, quod salutaria vobis ostenderet, quod vias vobis ad caelum et vota immortalitatis *aptaret*[2]). At enim odio dignus est, quod ex orbe religiones expulit, quod ad deorum cultum prohibuit accedi? Ergone ille religionis extinctor et impietatis auctor arguitur, qui veram in orbe religionem induxit, qui hominibus caecis et revera in impietate degentibus pietatis aperuit ianuas, et cui se submitterent indicavit? An ulla est religio verior, officiosior, potentior, iustior, quam deum principem nosse, scire deo principi supplicare, qui bonorum omnium solus caput et fons est, perpetuarum pater[3]), fundator, conditor rerum,

---

tellus uliginis sqq. Quae vero in Cod. leguntur verba: utrum in cunctos et lumen praetenderit vitae et peric. ignor. amoverit, uti jam dictum, ad primum caput relegant. Verbis an veri aliquid dixerimus septimum caput terminant, a quo inde Cod. ordinem stricte sequuntur. — Hildebrandus, novissimus Arnobii editor, qui Cod. Par. ipsum inspexerat, tres lacunas statuens, a turbato hujus ordine recedere religiose noluit. Primam lacunam statuit post verba discriminibus inrogavit, alteram post experiatur examina, tertiam post verba: a quadam dulcedine. Quod jure fecisse minime nobis persuasum est, immo miramur v. d. omni hic sobrio judicio projecto tam temerarie agere potuisse. Cum enim ratio Cod. Paris. ea sit, ut post vocabulum inrogavit, quo folii terminatur secunda pagina, novum folium incipiat cum verbis: et non omnium virtutum sqq. et terminetur verbis experiatur examina, duo sequentia folia contineant verba utrum in cunctos et lumen sqq. usque ad credituris velut quadam dulcedine, quartum deinceps folium incipiat inde a verbis atque ne illum tellus uliginis sqq., — si sententiarum nexus sequeris, apertum fit, folia II et III (utrum in cunctos sqq. — — — quadam dulcedine) bibliopegae inserenda fuisse ante folium I (et non omnium virtutum sqq. — — — experiatur examina). Quo ordine restituto perpaucis correctis omnia sana evadunt.

1) Fingit Arnobius adversarios objecisse, at Christum non cunctos luminis vitae fecisse participes, nec ab omnibus pariter hominibus amovisse ignorationis periculum i. e. periculum mortalitatis ex ignoratione divinae ejus doctrinae oriturum. Quam inde Arnobius incusationem infringit respondens, non Christum, sed ipsos istos esse in culpa, quippe qui illum non dignum habuissent, cui auscultarent et crederent. 2) optaret Cod. Meurs. cj. aptaret i. e. praepararet; nos olim cj. appararet vel apertaret. — vota immortalitatis est immortalitas omnibus votis expetita et desiderata. 3) pater Cod. pariter Edd. omnes praeter Hild. — perpetua-

a quo omnia terrena cunctaque caelestia animantur motu irriganturque vitali, et qui si non esset, nulla profecto res esset, quae aliquod nomen substantiamque portaret.

3. Nisi forte dubitatis, an sit iste de quo loquimur imperator, et magis esse Apollinem creditis, Dianam, Mercurium, Martem. Dá verum iudicium [1]) et haec omnia circumspiciens, quae videmus, magis an sint dii ceteri dubitabit, quam in deo cunctabitur, quem esse omnes naturaliter scimus, sive cum exclamamus o deus, sive cum illum testem deum constituimus improborum [2]) et quasi nos cernat faciem sublevamus ad caelum. Sed minoribus supplicare diis homines vetuit. Dii enim minores qui sint aut ubi sint scitis? Perinstrinxit [3]) vos aliquando suspicio illorum [4]) aut mentio, ut merito feratis indigne abrogatos his cultus et honoris inpertitione [5]) viduatos. Quod si non mentis elatio et typhus qui appellatur [6]) a Graecis obstaret atque officeret vobis, iamdudum scire potuissetis, quid aut quare prohibuerit fieri, intra fines quos stare religionem voluerit [7]) veram, quantum vobis periculum nasceretur ex eo quod putaretis [8]) obsequio, vel ex quibus malis emergeretis, si insidioso renuntiaretis errori.

4. Verum haec omnia illustrius commemorabuntur et planius, cum ulterius prorsus fuerimus evecti. Monstrabimus enim Christum non impietatem docuisse nationes, sed ab latronibus pessimis miserorum hominum inprudentiam vindicasse. Non credimus, inquitis, vera esse quae dicit. Quid enim, quae vos negatis vera esse, apud vos liquet [9]), cum imminentia et nondum passa [10]) nullis possint rationi-

---

rum per metathesin refer ad deum ipsum, non ad res. Hinc non indigemus Orellii conjectura: perpetuus, cunctarum, quam probavit et Obbarius. Cf. supra C. 63. officiorum convenientium fines.

1) Ad verum iudicium cj. Meurs. Da puerum iudicem cj. Herald., quod recepit Orell. 2) improbarum Cod. 3) Sic Cod. et ed. Hild., quod nec nos mutare conati sumus cum edd. in: perstrinxit. Similiter composita sunt perinundare et perinungere verba obvia ap. Varronem et Alcim. Avitum. 4) Edd. omnes praeter princ. Urs. et Hild. eorum praebent. 5) Pars edd. impartitione habet. 6) typus quia appellatus Cod. 7) voluerit religionem Edd. omnes praeter princ. Ursin. et Hild. 8) Quid si putatis emendes?

9) liquet Codd. et ed. Hild. liquent est in cett. edd. 10) i. e.

bus refutari? Sed et ipse quae pollicetur non probat. Ita est: nulla enim, ut dixi, futurorum potest existere comprobatio. Cum ergo haec sit condicio futurorum, ut teneri et compraehendi nullius possint anticipationis attactu, nonne purior ratio est et ex [1]) duobus incertis et in ambigua expectatione pendentibus id potius credere, quod aliquas spes ferat, quam omnino quod nullas? In illo enim periculi nihil est, quod [2]) dicitur imminere cassum si fiat et vacuum; in hoc damnum est maximum, id est salutis amissio, si cum tempus advenerit, aperiatur non fuisse mendacium.

5. Quid dicitis, o nescii, etiam fletu et miseratione dignissimi? Ita non extimescitis, ne forte haec vera sint, quae sunt [3]) despectui vobis et praebent materiam risus? Nec saltem vobiscum sub obscuris cogitationibus volvitis, ne quod hoc die credere obstinata renuitis perversitate, redarguat serum tempus et inrevocabilis paenitentia castiget? Nonne vel haec saltem fidem vobis faciunt argumenta credendi [4]), quod iam per omnes terras in tam brevi temporis *spatio* [5]) inmensi nominis huius sacramenta diffusa sunt; quod nulla iam natio est tam barbari moris et mansuetudinem nesciens, quae non eius amore versa mollіverit asperitatem suam et in placidos sensus adsumpta tranquillitate migraverit; quod tam magnis ingeniis praediti oratores, grammatici, rhetores, consulti iuris ac medici, philosophiae etiam secreta rimantes magisteria haec expetunt, spretis quibus paulo ante fidebant; quod ab dominis se servi cruciatibus adfici quibus [6]) statuerint malunt, solvi coniuges matrimoniis, exheredari a parentibus liberi, quam fidem rumpere Christianam et salutaris militiae sacramenta deponere; quod cum genera poenarum tanta sint

---

patefacta (a pando verbo). passa est in Codd. ed. pr. Urs. et Hild. In cett. cassa. 1) et ex Cod. ed. pr. Urs. et Hild. A cett. et particula abest, quam nego h. l. posse explicari ex more Arnobii transponendi eiusmodi particulas, id quod censebat Hildebr. Construo: nonne purior ratio et potius est, ex duobus incertis — id credere. 2) nihil est, si quod habent omnes edd. praeter princ. Ursin. et Hild. et in Cod. Br. si adscriptum, sed manu recentiori.

3) Verba quae sunt desunt in Cod. Br. 4) credendi non est cum argumenta, sed cum fidem conjungendum. 5) temporis et parvi Codd. tempore et parvo Bas. Cant. Urs. Elmenh. Oberth. Orell. Nos recepimus ed. LB. emendationem. 6) cujus-

nobis [1]) proposita religionis huius sequentibus leges, augeatur res magis et contra omnes minas atque interdicta formidinum animosius populus obnitatur, et ad credendi studium prohibitionis ipsius stimulis excitetur? An [2]) numquid haec fieri passim et inaniter creditis, fortuitis incursibus adsumi has mentes? Itane istud non divinum et sacrum est? aut sine deo eorum tantas animorum fieri [3]) conversiones, ut, cum carnifices unci aliique innumeri cruciatus, quemadmodum diximus, impendeant credituris, velut quadam dulcedine et *novo* [4]) omnium virtutum amore correpti cognitas accipiant rationes atque mundi omnibus rebus praeponant amicitias Christi?

6. Nisi forte obtunsi et fatui videntur hi vobis, qui per orbem iam totum conspirant et coeunt in istius credulitatis adsensum. Quid ergo? Vos soli sapientiae conditi atque intellegentiae vi mera nescio quid aliud [5]) videtis et profundum: soli esse nugas intellegitis haec omnia, soli verba et pueriles ineptias ea, quae nobis promittimus principali ab rege ventura. Unde quaeso est vobis tantum sapientiae traditum, unde acuminis et vivacitatis tantum, vel ex quibus scientiae disciplinis tantum cordis adsumere, divinationis tantum potuistis haurire? Quia per casus et tempora declinare verba scitis et nomina, quia voces barbaras soloecismosque vitare, quia numerosum et instructum compositumque sermonem aut ipsi vos nostis efferre aut incomptus cum fuerit scire, quia Fornicem *Lucilianum* [6]) et

---

vis cj. Cant. 1) vobis Cod., quod correxi. In edd. omnibus (praeter Hild. quae cum Cod. facit) est a vobis. 2) An deest in nonnullis edd. 3) Infinitivus pendet a creditis, quod tacite repetendum est ex superioribus. 4) et non omnium Cod., quod correxi. — In seqq. cognitae rationes verba quomodo interpretanda sint in ambiguo est. Hildebr. bene videns de constantia Christianorum in cruciatibus perferendis sermonem hic esse, tortiones emendandum proposuit. Mihi olim videbatur, per cognitas rationes significari species et modos suppliciorum a judice propositorum. Hodie tamen magis in eam sententiam inclino, ut rationes existimem significare rationes doctrinae Christianae, quibus antea traditis sibi et cognitis ne extremis quidem et summis suppliciis ne nunc renuntient deterreri Christiani possunt. —

5) abditum mg. Urs. altum, in quod et Livinejus olim incidit, cj. Lersch. Defendit Cod. lectionem et Obbar., aliud h. l. docens idem esse ac: „non vulgare“ cit. Boeth. Consol. Phil. II, 2, 14. et Mencken ad Stat. Achill. Observv. Critt. p. 12. 6) Lucialinum

Marsyam Pomponi [1]) obsignatum memoria continetis, quia quae sint in litibus constitutiones, quot causarum genera, quot [2]) dictionum, quid sit genus, quid species, oppositum a contrario quibus rationibus distinguatur, idcirco vos arbitramini scire, quid sit falsum, quid verum, quid fieri possit aut non possit, quae imorum summorumque natura sit? Numquamne illud vulgatum perstrinxit aures vestras, sapientiam hominis stultitiam esse apud deum? [3])

7. Primum *aeque* ipsi [4]) penitus perspicitis vos ipsos, si quando de rebus disceptatis obscuris et naturalia pergitis reserare secreta, et ipsa quae dicitis, quae adseveratis, quae capitali plerumque contentione defenditis, nescire vos, et unumquemque suspiciones suas *pro* probatis [5]) et conpraehensis pertinaci obluctatione tutari. Quid enim si [6]) verum perspiciam, etiam si omnia saecula in rerum investigatione ponantur, scire per nos possumus, quos ita caecos et superbos nescio quae res protulit et concinnavit invidia, ut, cum nihil sciamus, omnino fallamus nos tamen et in opinionem scientiae subinflati pectoris tumore tollamur. Ut enim divina praeteream et naturali obscuritate res mersas, potest quisquam explicare mortalium, id quod Socrates ille conpraehendere nequit in Phaedro [7]), homo quid sit aut unde sit, anceps, varius, mobilis, pellax, multiplex, multiformis, in quos usus prolatus sit, cuius sit excogitatus

accepio

Cod. — De Fornice Lucilii v. J. A. C. van Heusde Stud. Crit. in C. Lucilium p. 173 sqq. Vereor tamen, ne nimis argutule v. d. hoc loco sit usus, si inde evincere studet, opus grammaticum fuisse Fornicem Lucilii. Carminis argumentum circa res obscenas versatum esse vel ipso ex titulo patet. Hinc Arnobius adversarios ideo potius petere videtur, quod res futiles et turpes pro bonis et honestis tractent et studia in iis ponant. 1) Sic Cod. — De L. Pomponio Bononiensi, celeberrimo Atellanarum scriptore, videndus est Ed. Munk in Dissert. de L. Pomponio (Glog. 1826.), et de Fabulis Atellanis (Lips. 1840. 8.) in primis p. 86 sq., ubi de Marsya fabula disserit. 2) quod — quod Cod. — In seqq. quae leguntur verba quid sit genus in vett. edd. desiderantur. 3) Paul. ad Corinth. Ep. I, 3, 19.

4) et quae ipsi Cod. primum et ipsi Bas. Cant. Oberth. Orell. ecquid ipsi mg. Urs. Elmenh. LB. — Nos recepimus probabilissimam emendationem aeque ipsi ex mg. Ursin. 5) suas probatis Cod. ed. pr. Bas. Cant. Urs. pro probatis ex emend. Stewechii est in cett. edd. 6) si h. e. an. — In seqq. pro perspiciam pleraeque edd. perspiciamus habent. 7) fedro Codd. — Edd. omnes praeter princ. et Hild. Phaedone praebent, Arnobium hic memoria lapsum esse statuentes et innuisse potius locum Plat. Alcib.

× perspicias (Löfstedt): Good reason perspiciamus better

○ Comma after omnino (accepio)

ingenio, quid in mundo faciat, cur malorum tanta experiatur examina, atque ne [1]) illum tellus uliginis alicuius conversa putore tamquam vermes animaverit, tamquam mures [2]); an fictoris alicuius et fabricatoris manu liniamenta haec corporis atque oris acceperit [3]) formam? Potest, inquam, scire in medio haec posita atque in sensibus constituta communibus, quibus causis mergamur in somnos, quibus evigilemus, quibus modis fiant insomnia, quibus visa: immo, quod ambigit [4]) in Theaeteto Plato, vigilemus aliquando, an ipsum vigilare quod dicitur somni sit perpetui portio; et quod [5]) agere videamur insomnium, cum videre nos dicimus: radiorum et luminis intentione videamus, an rerum imagines advolent et nostris in pupulis sidant [6]); utrum sa-
47 por in rebus sit, an palati contagionibus fiat [7]); quibus ex causis pili nigrorem ingenitum ponant, neque omnes pariter, sed paulatim adiiciendo canescant [8]); quid sit quod humores universi unum corpus efficiant mixtione, solum oleum respuat immersionem in se pati, sed in suam naturam *impenetrabile* [9]) semper perspicue colligatur? Ipse denique animus, qui immortalis a vobis et deus esse narratur cur in aegris aeger sit, in infantibus stolidus, in senectute defessus, delira *effutiat* et insana? [10]) Quorum infirmitas et inscientia miserabilis [11]) hoc magis est, ut

---

p. 129.: „τί ποτ' οὖν ὁ ἄνθρωπος; ΑΛ. οὐκ ἔχω λέγειν." Nourryus Platonis locum ab Arnobio citatum putat esse in Phaedro p. 230. ed. Steph., sed perperam. 1) ne particula interrogativa saepius legitur apud Arnob. praeposita, ut infra III, 4. ne imposita pro imposita ne. cf. etiam supra I, 10. 2) V. Censorin. de Die Nat. c. 4. Plat. Tim. p. 66. et Phaed. p. 96. Intt. ad Diodor. I, 7. 10. Cf. Schotti Physica curiosa VII, 11. p. 713 et 736. 3) Sic Cod., non acceperint, quod cum aliis edd. tacite recepit Hild. — Sic etiam hic singularis testimonio est, in verum ordinem a nobis redactam esse disjectam et turbatam in Codd. hanc partem Arnobii. 4) ambit Codd. — V. Plat. Theaet. p. 158. 5) ecquid ed. Bas. et cj. Stewech. et Memm. 6) V. Gell. N. A. V, 16. Plut. de Plac. Philos. IV, 13. Lucret. IV, 46 sqq. Macrob. Sat. VII, 14. Apul. de Mag. c. 15. ibique Hildebr. 7) Plut. de Plac. Phil. IV, 18. Lucret. II, 398. IV, 626. 8) Alex. Aphrod. Probl. 1. 2. 3. 9) impenetrabilis Codd. impenetrabile ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elmenh. impenetrabilem minus recte dederunt edd. LB. Oberth. Orell. — De re v. Plut. Symp. VI, 9. VII, 3. 10) delira et futura et insana Cod. defessus? delira et fatua et insana Edd. deliret, fatuetur, insaniat cj. Hild. deliret et fatue et insane cj. Heins. effutiat mea est conj. — Arnobius expressit versus Lucret. III, 446 sqq. 11) mirabilis Cod.

cum [1]) fieri possit, ut veri aliquid aliquando dicamus, et hoc ipsum nobis incertum sit, an veri aliquid dixerimus.

8. Et quoniam ridere nostram fidem consuestis atque ipsam credulitatem facetiis iocularibus lancinare, dicite, o festivi et meraco sapientiae tincti et saturi potu, estne operis in vita negotiosum aliquod atque actuosum genus, quod non fide praeeunte suscipiant, sumant atque adgrediantur actores? [2]) Peregrinamini, navigatis, non domum vos credentes peractis negotiationibus remeaturos? Terram ferro scinditis atque oppletis seminum varietate, non credentes vos frugem percepturos esse vicibus temporariis? Coniugalia copulatis consortia, non futura esse credentes casta et officiosi foederis in maritos? [3]) Liberorum *susceptatis* [4]) prolem, non incolumem credentes fore et per gradus aetatis venturam senectutis ad metas? Aegritudines corporum medicorum committitis manibus, non credentes morbos posse mitigata asperitate leniri? Bella cum hostibus geritis, non victoriam vos credentes proeliorum successionibus relaturos? Veneramini deos et colitis, non credentes illos esse et propitias aures vestris supplicationibus accommodare?

9. Quid illa de rebus ab humana cognitione [5]) sepositis, quae conscribitis ipsi, quae lectitatis, oculata vidistis inspectione et manibus tractata tenuistis? Nonne vestrum quicunque est huic vel illi credit auctoribus? [6]) non quod sibi persuaserit quis verum dici ab altero velut qua- 48
dam fidei adstipulatione tutatur? Qui cunctorum [7]) originem *ignem* esse dicit aut aquam, non Thaleti aut Heraclito credit? qui causam in numeris ponit, non Pythagorae Samio,

---

Br. 1) Sic Cod. Par. Ed. Elmenh. et Hild. et cum Cod. Br. et ed. pr. In cett. quod cum. — Particula ut h. l. pro quippe vel utpote posita est.

Cap. 8. Ab hoc inde capite mea editio cum recentt. in numero capitum consentit. 2) attoros Cod. a m. pr. actores a m. sec. 3) sc. conjugia, quod cogitatione addendum est. 4) suscipiatis Codd. susceptatis cj. Livinej. et Hildebr., quod recipiendum putavi. In Edd. est suscipitis.

5) cogitatione Cod. Br. 6) Sic Codd. et edd. LB. et Hild. In cett. est auctori. 7) cunctarum Cod. — Hild. supplevit: cunctarum rerum. — In seqq. ignem, quod deest in Cod. Par. quodque Cod. Brux. a m. recentiore margini adscriptum habet, non cum cett. edd. post dicit, sed post originem collocavi, id quod

non Archytae? [1]) qui animam dividit [2]) et incorporales constituit formas, non Platoni Socratico? qui quintum elementum principalibus adplicat causis, non Aristoteli, Peripateticorum patri? [3]) qui ignem minatur mundo et, venerit cum tempus, arsurum, non Panaetio, Chrysippo, Zenoni? [4]) qui individuis corporibus mundos semper fabricatur et destruit, non Epicuro, Democrito, Metrodoro? qui nihil ab homine conpraehendi atque omnia caecis obscuritatibus involuta, non Archesilae [5]), Carneadi? non alicui denique Academiae veteris recentiorisque [6]) cultori?

10. Ipsi *denique* [7]) principes et praedictarum patres sectarum [8]), nonne ea quae dicunt suis credita suspicionibus dicunt? Vidit enim Heraclitus res ignium conversionibus fieri, concretione aquarum Thales, Pythagoras *numeros coire* [9]), incorporales formas Plato, individuorum Democritus concursiones? Aut illi, qui autumant nihil posse omnino conpraehendi, an sit verum quod dicunt sciunt, ut [10]) ipsum quod definiunt veritatis esse intellegant pronuntiatum? Cum igitur comperti nihil habeatis et cogniti, omniaque illa, quae scribitis et librorum conpraehenditis millibus, credulitate adseveretis duce: quaenam haec est iudicatio tam iniusta,

---

censuit faciendum etiam Hild. — De re cf. Mart. Cap. II, §. 208. ibique Kopp. p. 247. Cic. Acad. II, 37, et ibi Davies. 1) Cic. l. l. ibique Dav. V. Brandis in Mus. Rhen. 1828. p. 208. et de Archyta Jos. Navarro Tentamen de Architae vita atque opp. Hafn. 1819. 4. Ast. in Wien. Jahrb. XIII, 59. O. F. Gruppe über die Fr. des Archytas u. d. älteren Pythagoraeer. Berol. 1840. 8. 2) V. Cic. Tusc. Quaestt. I, 10. et II, 20. et Dav. ad eum. 3) V. Intt. ad Cic. Tusc. Quaestt. I, 10. et Coteler. ad Patr. Apostol. p. 385. D. ed. Paris. 4) V. Cic. N. D. II, 49. ibique Creuzer. — igne minatur mundum venerit mg. Ursin. ignem ominatur cj. Livinej. ex corrupta Cod. Br. lectione: nominatur. 5) Archesilae Cod. habet et edd. LB. et Hild. In cett. est Arcesilao. 6) recentiorisve mg. Urs.

7) denius Cod., quod vitium exortum videtur ex compendio, quo que scribere solebant. 8) sententiarum ed. pr. Bas. Cant. Urs., quae tamen in mg. habet sectarum, quod est in cett. edd. sententiarum videtur etiam Crus. in Codd. Par. et Br. legisse. — In seqq. omnes edd. praeter princ. et Ursin. (in quibus est nonne apud ea) habent nonne ipsa ea ex mg. Urs. receptum. 9) numero scire Codd. ed. pr. et Urs. numeros coire, quod probb. etiam Herald. et Livinejus et est in ed. Oberth., recepi ex mg. Urs. numeros ire LB. numeros cire Hild. numero exire Orell. ex cj. Gron. numeros scit edd. Bas. Cant. 10) ut — intellegant Cod. P. et Hild. In edd. cett. est: aut — intelligunt

ut nostram derideatis* fidem, quam vos habere conspicitis nostra *cum* [1]) credulitate communem? Sed sapientibus vos viris omnibusque instructis disciplinarum generibus creditis! Nempe illis, qui nihil sciscunt nec pronuntiant unum, qui pro suis sententiis bella cum adversantibus conserunt et pervicacia semper digladiantur hostili, qui cum alter alterius labefactant, destruunt convelluntque decreta, cuncta incerta fecerunt, nec posse aliquid sciri ex ipsa dissensione monstrarunt.

11. Sed officiant haec *nihil nihilque* [2]) impediant, 49
plurimum quo minus eis credere atque auscultare debeatis. Et quid est, quod in hac parte aut vos plurimum habeatis aut nos minus? Vos Platoni, vos *Cronio* [3]), vos Numenio vel cui libuerit creditis: nos credimus et acquiescimus Christo. Iniquitas haec quanta est, ut cum utrique auctoribus *stemus sitque* [4]) nobis et vobis unum et socium credere, vobis velitis dari, quod ita ab illis dicatur accipere: vos ea quae proferuntur a Christo audire et spectare nolitis? Atquin [5]) si causas causis, partes partibus voluerimus aequare, magis nos valemus ostendere, quid in Christo fuerimus secuti, quam in philosophis quid vos. Ac nos quidem in illo secuti haec sumus: opera *illa* [6]) magnifica potentissimasque virtutes, quas variis edidit exhibuitque miraculis, quibus quivis posset ad necessitatem credulitatis adduci et iudicare fideliter, non esse quae fierent hominis, sed divinae alicuius atque incognitae potestatis. Vos in philosophis virtutes secuti quas estis, ut magis vos illis quam nos Christo oportuerit credere? Quisquamne illorum aliquando verbo uno potuit aut unius imperii iussione

---

quod probat Hild. 1) nostra in credulitate Cod. et edd. vestra in cred. cj. Herald. et Stewech. Nos recepimus emendationem mg. Ursin.

2) officiant haec nihilque Codd., quod emend. Meurs. et Rigalt. efficiant haec nihilque ed. pr. Urs. facessant haec nihilque edd. Bas. et Cant. 3) Crotonio Codd. ed. pr. Ursin. Elmenh. Veram lectionem primum habes restitutam in mg. ed. Ursin., qui tamen ex loco quodam Porphyrii in Vita Plotini pro Platoni voluit Plotinum corrigere et in loco Euseb. H. E. VI, 19., ubi Cronius philosophus Platonicus, familiaris Numenii memoratur, et in hoc Arnobii. — De Numenio Apameensi philosopho, v. Suid. s. v. et quae ibi adnot. Intt. 4) tempus sit quae Cod., quod optime emendavit Gelenius. 5) Sic Codd. 6) illi Codd.

non dicam maris insanias aut tempestatum furores prohibere, compescere [1]), non caecis restituere lumina aut sine luminibus natis dare, non ad vitam revocare defunctos, non annosas dissolvere passiones: sed quod levissimum multo est, fervunculum [2]), scabiem aut inhaerentem spinulam callo una interdictione sanare? Non quo illos negemus aut morum esse [3]) integritate laudabiles aut non omni genere studiorum et disciplinarum paratos [4]); nam et verbis eos luculentissimis scimus loqui et compositionibus fluere levigatis, concludere acutissime syllogismos, ordinare sequaciter inductiones suas, reddere definitionibus formulas, partiri, dividere [5]), multa dicere de numerorum generibus, multa de musicis, geometricas res etiam suis scitis et perceptionibus [6]) explicare. Sed quid istud ad causam? Numquid enthymemata, syllogismi resque aliae similes scire illos veritatem spondent, aut ea re digni sunt, quibus necessario debeat rebus de obscurissimis credi? Personarum contentio non est eloquentiae viribus, *sed* [7]) gestorum operum virtute pendenda. Ille *non* [8]) est dicendus auctor bonus, qui sermonem candidule prompsit, sed qui [9]) quod pollicetur divinorum operum prosequitur sponsione.

12. Argumenta vos nobis *nec* suspicionum argutias proferatis [10]), quibus ipse si Christus (cum pace hoc eius et cum venia dixerim) populorum in conventibus uteretur, quis adquiesceret, quis audiret, quis eum promitteret aperte aliquid iudicare, aut quis cassa et nuda iactantem, quamvis esset imprudens et facilitatis solidae [11]), sequeretur? Virtutes sub oculis positae et inaudita illa vis rerum, vel

---

1) compescere pro gloss. habet Hild. 2) feruunculum Codd. (non feruncolum, ut Hild. refert) furunculum est in edd. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. 3) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. edd. esse desideratur. 4) Sic Codd. Vet. Lib. Ernstii et ed. Hild. In cett. est peritos. 5) dividere pro gloss. habet Hild. 6) Sic Cod. et edd. vett. In cett. usque ad Hild. est praeceptionibus, quod primum habuit mg. Urs. et ed. Stewech. probb. Guyet. Livinej. — Lectio Cod. si sincera est, perceptiones (cf. infra III, 22.) recte cum Hildebr. explicabis cognitiones. 7) et Cod. et ed. pr. 8) non deesse in Cod. diserte affirmat Crus. 9) sed quis Cod.

10) Ita emendavi ex conj. Hild., quum Cod. habeat: et — proferatis. — Edd. vett. et — proferetis, edd. recentt. et — profertis praebent. 11) Sic Codd. ed. pr. et Ursin., probb. Heraldo et Priorio; facilitas solida est consummata facilitas atque perfecta. —

quae ab ipso fiebant palam vel ab eius praeconibus celebrabantur [1]) in orbe toto, ea [2]) subdidit adpetitionum flammas et ad unius credulitatis adsensum mente una concurrere gentes et populos fecit et moribus dissimillimas nationes. Enumerari enim possunt atque in usum computationis venire ea quae in India gesta sunt, apud Seras, Persas et Medos, in Arabia, Aegypto, in Asia, Syria, apud Galatas, Parthos, Phrygas, in Achaia, Macedonia, Epiro, in insulis et provinciis omnibus, quas sol oriens atque occidens lustrat, ipsam denique apud dominam Romam, in qua cum homines sint Numae regis artibus atque antiquis superstitionibus occupati, non distulerunt tamen res patrias linquere et veritati coalescere Christianae. Viderant enim currum [3]) Simonis magi et quadrigas igneas Petri ore difflatas et nominato Christo evanuisse. Viderant, inquam, fidentem diis falsis et ab eisdem metuentibus proditum pondere praecipitatum suo cruribus iacuisse praefractis, post deinde perlatum Brundam cruciatibus et pudore defessum ex altissimi culminis se rursum praecipitasse fastigio. Quae omnia vos gesta neque scitis neque scire voluistis neque umquam vobis necessaria iudicastis, ac dum vestris fiditis cordibus et quod typhus est sapientiam vocatis, dedistis circumscriptoribus locum, illis, inquam, noxiis, quorum nomen interest obsolefieri Christianum, superfundendi caligines atque obscurandi res tantas, eripiendae vobis fidei subiiciendique contemptus, ut, quia sibi praesentiunt finem pro meritis imminere, vobis quoque immitterent causam,

---

In edd. est stolidae ex Gelenii emend. 1) fiebant — celebrabatur Codd., quod correxi. — Edd. praebent: fiebat — celebrabatur. 2) eas ed. Bas. Cant. Oberth. Orell. 3) Sic Codd. et Vet. Lib. Ernstii. — In edd. pr. Bas. Cant. Urs. Elmenh. est: cursum. — De Simone Mago v. Constit. Apost. VI, 9. Cyrill. Hierosol. Catech. VI, 14. 15. Ambros. Hexaem. IV, 8, 33. August. Haeres. c. 6. Isidor. Pelus. Ep. I, 13. Theodoret. Haeret. Fab. I, 13. Max. Taurin. Hom. V, in natal. SS. Petri et Pauli. August. Serm. III. de SS. Petro et Paulo. Epiphan. adv. Haer. I, p. 31. Sulpic. Sev. H. S. II, 42. Haymo H. S. II, 21. Niceph. Call. H. E. II, 27. Ethnici scriptores silent. — V. Mazocchi Comment. in vet. Marm. S. Neapolit. Eccl. Kalend. (Neap. 1755.) tom. III, p. 871. sqq. et Lael. Bisciolae Hor. Subscesiv. (Col. Agr. 1618) tom. II, lib. X, c. 4., qui plenissime disputarunt de Simonis Magi praecipitio et certamine cum Petro et Paulo Apostolis et omnes vett. scriptt. locos adtulerunt. Cf. etiam Görres Christl. Mystik III, 107 sqq.

per quam periculum adire possetis et viduari benignitate divina.

13. Interea tamen o isti, qui admiramini, qui stupetis doctorum et philosophiae scita, ita non iniustissimum ducitis inequitare, inludere [1]) tamquam stulta nobis et bruta dicentibus, cum vel ea vel talia reperiamini et vos dicere, quae nobis dici pronuntiarique ridetis? Nec mihi cum his sermo est, qui per varia sectarum deverticula dissipati has atque illas partes opinionum diversitate fecerunt: vos, vos appello qui Mercurium [2]), qui Platonem Pythagoramque sectamini, vosque ceteros, qui estis unius mentis et per easdam vias placitorum inceditis unitate. Audetis ridere nos, quod patrem rerum [3]) ac dominum [4]) veneramur et colimus, quodque illi dedamus et permittamus spes nostras? Quid Plato vester in Theaeteto [5]), ut eum potissimum nominem, nonne animo fugere suadet e terris et circa illum semper, quantum fieri potis est [6]), cogitatione ac mente versari? Audetis ridere nos, quod mortuorum dicamus resurrectionem futuram, quam quidem nos dicere confitemur, sed a vobis aliter quam sentiamus audiri. Quid in Politico idem Plato? [7]) Nonne cum mundus occoeperit ab occiduis partibus exoriri, et in cardinem vergere [8]) qui orientis est solis, rursus erupturos homines telluris e gremio scribit, senes canos decrepitos et, cum anni coeperint accedere longiores, per eosdem gradus, quibus hodie crescitur, ad incunabula infantiae desituros? [9]) Audetis ridere nos, quod animarum nostrarum provideamus saluti id est ipsi nobis? Quid enim sumus homines, nisi animae corporibus clausae? Vos enim non omnes pro illarum geritis incolumitatibus curas, non quod [10]) vitiis omnibus et cupiditatibus abstinetis: metus ille vos habet, ne velut trabalibus clavis adfixi corporibus haereatis. Quid illi sibi volunt secretarum artium ritus [11]), quibus adfamini nescio quas potestates, ut

---

1) inludere pro gloss. habet Hild. 2) sc. Trismegistum. cf. infra c. 69. 3) Sic Codd. et edd. Elmenh. LB. Hild. In cett. est: qui patrem rerum. 4) ac dōm Cod. et ed. Hild. In edd. cett. ac deum deprehenditur. 5) theato Codd. mendose. — V. Plat. Theaet. p. 173. ed. Steph. Cf. Macrob. Somn. Scip. I, 8. ibique Pont. 6) Sic Cod. 7) Plat. Polit. p. 269 sqq. ed. Steph. 8) vertere Cod. teste Crus. vercere teste Hild. 9) exituros LB. redituros mg. Urs. 10) i. e. quod non. — In seqq. omnes edd. praeter mg. Urs. LB. et Hild. abstineatis habent. 11) V. Plat. Rep. II,

sint vobis placidae neque ad sedes remeantibus patrias obstacula impeditionis opponant? [1])

14. Audetis ridere nos, cum gehennas dicimus et inextinguibiles quosdam ignes, in quos animas deiici ab earum hostibus inimicisque cognovimus? Quid Plato idem vester in eo volumine, quod de animae immortalitate composuit, non Acherontem, non Stygem, non Cocytum fluvios et Pyriphlegetontem nominat, in quibus animas adseverat volvi, mergi, exuri? Et homo prudentiae non parvae [2]) et examinis iudiciique perpensi rem inenodabilem suscipit, ut, cum animas dicat immortales, perpetuas et ex [3]) corporali soliditate privatas, puniri eas dicat tamen et doloris adficiat *sensu* [4]). Quis autem hominum non videt quod sit immortale, quod simplex, nullum posse dolorem admittere, quod autem sentiat dolorem, immortalitatem habere non posse? Nec tamen eius auctoritas plurimum a veritate declinat. Quamvis enim vir lenis et benivolae voluntatis inhumanum esse crediderit, capitali animas sententia condemnare, non est tamen absone suspicatus iaci eas in flumina torrentia flammarum globis et caenosis voraginibus taetra. Iaciuntur enim et ad nihilum redactae interitionis perpetuae frustratione vanescunt. Sunt enim mediae qualitatis, sicut Christo auctore compertum est, et interire quae possint, deum si ignoraverint, vitae et ab exitio liberari, si ad eius se *munera* atque indulgentias adplicarint [5]), et [6]) quod ignotum est pateat: haec est hominis mors vera,

---

p. 364. Arnob. II, 62. Augustin. C. D. X, 9 sq. Lobeck Aglaoph. I, p. 98 sq. 1) V. Plat. Phaed. p. 107. Apulej. de Deo Socr. c. 16. p. 149.
2) Sic Cod. teste Hild., contra quem faciunt tamen Rig. et Crus., qui pravae in eo legi affirmant. parvae, quod nihilominus recepimus, cj. etiam Cant. et Rig. et est in ed. Hild. — Ceterum cf. Plat. Phaed. p. 112 sq. ibique Intt. 3) ex praepositio quam Codd. praebent, desideratur in omnibus edd. exceptis pr. et Hild. Similiter construit Commodian. Instr. V, p. 5. ed. Schurzfl.: „Iuppiter hic natus in insula Creta Saturno Ut fuit adultus, patrem de regno privavit.“ 4) dolores adficiat sensum Cod. Par. doloris affici sensu Cod. Br. a m. pr., sed: doloris afficiat sensu a m. sec. Edd. praeter LB. et Hild. praebent: doloribus afficiat sensuum. 5) semina atque indulgentias adplicarent, Codd. et ed. pr. quod emendavimus. Gelen. emendavit: se minas, quod quamquam minus aptum sit, ab omnibus edd. receptum est. se misericordiam (per compend. scriptum: se mĩam) mg. Urs. se munia cj. Herald. 6) Sic Cod.

haec nihil residuum faciens. Nam illa quae sub oculis cer-
53 nitur animarum est a corporibus diiugatio, non finis abolitionis extremus: haec, inquam, est hominis mors vera, cum animae nescientes deum per longissimi temporis cruciatum consumentur [1]) igni fero, in quem illas iacient quidam crudeliter saevi et ante Christum incogniti et ab solo sciente detecti.

15. Quare nihil est quod nos fallat, nihil quod nobis polliceatur spes cassas, id quod [2]) *a novis* quibusdam dicitur viris et inmoderata sui opinione sublatis, animas immortales esse, deo rerum ac principi gradu proximas *dignitatis* [3]), genitore illo ac patre prolatas, divinas, sapientes, doctas neque *ulla* [4]) corporis attrectatione contiguas: quod quia [5]) verum et certum est et a perfecto sumus inemendabili perfectione prolati, inculpabiles et ideo irreprehensibiles vivimus, boni, iusti et recti, vitiositatis nullius rei, nulla cupiditas nos vincit, nulla libido dehonestat, virtutum omnium servamus atque integramus tenorem. Et quia uno ex fonte omnium nostrum defluunt animae, idcirco unum conveniensque sentimus, non moribus, non opinionibus discrepamus, Deum omnes novimus nec, quot in orbe sunt homines, *nobis* [6]) sunt sententiae totidem, neque infinita varietate discretae.

16. At dum [7]) ad corpora labimur et properamus humana, ex mundanis circulis sequuntur nos causae, quibus mali simus [8]) et pessimi, cupiditatibus atque iracundia ferveamus, exerceamus in flagitiis vitam et in libidinem publicam venalium corporum prostitutione damnemur. Et quem-

---

et ed. pr. In cett. omnibus: et ut reperitur ex conj. Gelenii, qua loci ratio non indiget. 1) perlongissimi temp. cruciatu consumuntur — — iaciunt Ed. pr. Bas. Cant. Urs. invitis Codd. consumuntur — iaciunt habent etiam Oberth. et Orell.

2) Sic Cod. et ed. LB. In cett. edd. id omissum est. — In seqq. pro: a novis, quod dedimus cum edd. (praeter LB., quae: nobis a quibusdam et Hild., quae: a notis quibusdam praebet), Cod. a nobis habet. Recte quidem mihi judicare ii videntur, qui Manichaeotum circa hanc aetatem efflorescentem sectam h. l. ab Arnobio notari videntur. 3) dignitates Cod. 4) ullam Cod. 5) quia i. e. si, et summa cum ironia prolatum. 6) homines non sunt Codd. quod emendavimus, quum exortum sit illud non ex more codicis *u* literam pro *b* ponendi et absorpto litera *s* per init. sequ. vocabuli. — In edd. est: homines, sunt.

7) Ac dum Cod. ed. pr. Urs. 8) fimus edd. Elm. et LB.

admodum se possunt incorporalibus corpora coniungere, aut a Deo principe res factae ab infirmioribus causis ad vitiorum dehonestamenta traduci? Vultis homines institutum [1]) superciliumque deponere qui Deum vobis adsciscitis patrem et cum eo contenditis immortalitatem habere vos unam? vultis quaerere, pervestigare, rimari quid sitis vos ipsi, cuius sitis, censeamini quo patre, quid in mundo faciatis, quanam ratione nascamini, quo pacto prosiliatis ad vitam? vultis *furore* [2]) deposito cogitationibus tacitis pervidere animantia nos esse *ut* consimilia cetera *aut* [3]) non plurima differitate distantia? Quid est enim, quod nos ab eorum indicet similitudine discrepare? vel quae in nobis eminentia tanta est, ut animantium numero dedignemur adscribi? Ex ossibus illis fundata sunt corpora et nervorum colligatione devincta: et nobis comparili ratione ex ossibus fundata sunt corpora et nervorum colligatione devincta. Auras accipiunt naribus et per anhelitum reciprocatas reddunt: et nos spiritum consimiliter ducimus et respiramus commeatibus crebris. Femininis generibus masculinisque distincta sunt: in totidem et nos sexu [4]) nostro sumus ab auctore formati. Edunt per uteros fetus et corporalibus conciliis procreant: et nos corporum coniugationibus nascimur et ex aluis fundimur atque emittimur matrum. Cibo sustentantur et potu, et superfluas foeditates inferioribus egerunt abiiciuntque posticis: et nos cibo sustentamur et potu et quod natura iam respuit, per eosdem effundimus tramites. Cura illis est omnibus famem prohibere mortiferam et necessario invigilare pro victu: quid aliud nos tantis agimus in occupationibus vitae, nisi ut ea quaeramus, quibus famis periculum devitetur et infelix sollicitudo ponatur? Morbos illa et inedias sentiunt et ad ul-

---

1) Sic Codd. — fasti typhum vel fastum, typhum vel: o isti typhum mg. Ursin. istum typhum LB. prob. Carpent. isti typhum cj. Meurs. isti spiritum Hild. Sed recte vindicat institutum etiam Pith., explicans per *καθεσταμένον*. Equidem verba: institutum superciliumque habeo pro hendiadys. 2) favore Codd. fastu mg. Urs. Elmenh. tumore LB. cj. Rig., cui emendationi alioqui aptissimae praetulimus nostram faciliorem furore. 3) Sic correximus locum. In Codd. est: aut consimilia caetera ut. In edd. est: aut cons. caeteris aut. 4) Sic Cod., quod bene defendi potest, modo ad totidem voc. genera ex praegressis

timum senectute solvuntur: quid enim nos immunes malis ab his sumus et non eadem ratione morborum incommoditatibus frangimur, senectutis destruimur tabe? Quod si et illud verum est, quod in mysteriis secretioribus [1]) dicitur, in pecudes atque alias beluas ire animas improborum, postquam sunt humanis corporibus *summotae* [2]): manifestius comprobatur, vicinos nos esse neque intervallis longioribus disparatos. Siquidem res eadem nobis et illis est una, per quam esse animantia dicimur [3]) et motum agitare vitalem.

17. Sed rationales nos sumus et intellegentia vincimus genus omne mutorúm. Crederem istud verissime dici, si cum ratione et consilio cuncti homines viverent, servarent officiorum tenorem, abstinerent ab inlicitis *et si* [4]) negotia turpia non adirent, neque quisquam parvitate [5]) consilii atque ignorantiae caecitate contraria sibimet atque inimica deposceret. Vellem tamen scire quaenam sit haec ratio, per quam sumus potiores animalium generibus cunctis. Quia nobis domicilia fecimus, quibus possimus hiemalia frigora et aestatis flagrantias evitare? Quid, animantia cetera huius rei providentiam non habent? Nonne alia cernimus opportunissimis sedibus nidulorum sibi construere mansiones, *alìa eas* [6]) saxis et rupibus tegere et communire suspensis, excavare alia telluris sola et in fossibilibus [7]) foveis tutamina sibimet et cubilia praeparare? Quodsi ministras manus illis etiam donare parens natura voluisset, dubitabile non foret, quin et ipsa construerent moenium alta fastigia et artificiosas excuderent novitates [8]). Tamen

---

suppleas. Edd. praebent: sexus. Hild. cj. sexua. 1) Verba: frangimur — — — secretioribus non leguntur in textu Cod. Br., sed sunt ad mg. adscripta. — Ceterum cf. ad h. l. Plat. Phaed. p. 81. ibique Wyttenb. p. 210 sq. Plat. de Rep. X, p. 614. Creuzer Symb. III, 382—504. Lobeck Aglaoph. II, 932, §. 6. 2) corporibus sumptae Codd. ed. pr. probb. Cant. et Stewech. summotae mg. Urs. et Elmenh. exemptae mg. Urs. LB. exutae Bas. Cant. Oberth. Orell. hum. e corporibus sumptae cj. Obbar. 3) dicitur Codd. vitiose.

4) inlicitis esse Cod. illicitis sese LB. In cett. edd. illícitis et si. 5) Sic Codd. et pr. Ursin. et Hild. In cett. est: pravitate. 6) aliae saxis Codd. alia saxis est in edd. alia eas (sc. mansiones) cj. Hild. prob. Obbar. alia saxis se mg. Ursin. 7) Sic Cod. et ed. Hild. In edd. cett. est: fossilibus. — In seqq. Cod. pro sibimet habet: simet. 8) artificiosa (ar-

in his ipsis quae rostris atque unguibus faciunt, multa inesse conspicimus rationis et sapientiae simulacra, quae homines imitari nulla meditatione possimus [1]), quamvis sint nobis opifices manus atque omni genere perfectionis artifices.

18. Vestem illa non norunt, sellas, naves atque aratra compingere, nec denique superlectilem [2]) ceteram, quam familiaris usus exposcit. Non sunt ista scientiae munera sed pauperrimae necessitatis inventa [3]). Neque cum animis artes caeli ex penetralibus ceciderunt, sed exquisitae et natae sunt in terris hic omnes et cum processu temporum paulatim meditatione conflatae. Quodsi haberent scientias animae, quas genus et habere divinum atque immortale condignum est, ab initio homines cuncti omnia scirent, nec saeculum esset ullum, quod artis esset ignarum alicuius aut rerum experientia non paratum. Nunc vero inops vita et multarum indigens rerum fortuita conspiciens quaedam commodule [4]) provenire, dum imitatur, experitur 56
et temptat, dum labitur, reformat, immutat, ex adsidua repraehensione parvas et concinnavit [5]) scientiolas artium et ad unum exitum temporibus plurimis coemendata perduxit.

19. Quodsi homines penitus aut ipsos se nossent aut intellectum dei suspicionis alicuius acciperent *auris*, numquam sibi adsciscerent divinam immortalemque naturam, nec existimarent quiddam magnificum se esse [6]), quia sibi craticulas, trulleos *creterrasque* [7]) fecerunt, quia subucu-

---

tificiosas a m. sec.) excud. novitates Codd. artificiosa exc. navitate mg. Urs. In edd. (praeter Hild.) est: artificiosa exc. novitate. 1) Sic Cod. mg. Urs. et Hild. In cett. possumus.

2) Sic Cod. semper et sic etiam in Inscr. ap. Maff. Mus. Veron. 130, 2. — In edd. est supellectilem. 3) Theocr. Idyll. 21, 1. — Virg. Georg. I, 145. Apul. Apolog. c. 18. Pers. Sat. Prolog. Plura dabit Dav. ad Min. Fel. c. 16. 4) commode Cod. Br. 5) Sic Codd. ed. pr. Ursin. LB. Hild. parvas sibi conc. Bas. Cant. paravit sibi et conc. Elm. Oberth. Orell. — In seqq. commendatas habent ed. pr. Bas. Cant. Urs., cuius tamen mg. commentata exhibet.

6) Sic Codd. et edd. LB. Hild. In cett. se nosse. 7) graticulas trulleos ceteraque Codd. Pro trulleos edd. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. trullas habent. ceteraque cum Codd. et ed. pr. retinuerunt Bas. Cant. Urs. Oberth. In cett. est craterasque excepta Hild., in qua creterrasque emendatum extat. — De craticula v. Fest. p. 53. ed. Müll. Bulenger de Conviv. IV, 9. De trulleo v. Varr. L. L. V, §. 118. ed. Müll. cf. Non. p. 547. ed. Merc. De creterra

las, suppara, laenas, lacernulas, trabeas [1]), cultros, loricas et gladios, quia rastra, securiculas, vomerem. Numquam, inquam, crederent typho et adrogantia sublevati, prima esse se numina et aequalia principis [2]) summitati, qui [3]) grammaticam, musicam, oratoriam pepererant et geometricas formulas: in quibus artificiis quidnam insit admirabile non videmus, ut ex eorum inventione credatur esse animas potiores et sole et sideribus cunctis, hunc totum, cuius membra sunt haec, mundum et dignitate et substantia praeterire. Quid enim aliud se spondent vel insinuare posse vel tradere, quam ut regulas nominum differentiasque noscamus, ut intervalla in vocum *sonis* [4]), ut loquamur suadenter in litibus, ut terrarum continentias metiamur? Quae si secum animae divinis ex regionibus attulissent et esset [5]) necessarium scire, omnes ea iamdudum in omni orbe tractarent neque ullum hominum reperiretur genus, quod non esset his omnibus aequaliter atque uniformiter eruditum. Nunc vero in mundo quotusquisque est musicus, dialecticus et geometres, quotus orator, poeta, grammaticus? Ex quo apparet, ut saepius dictum est, inventa haec esse locorum necessitate ac temporum, neque *divinitus* eruditas [6]) advolavisse huc animas, quod neque omnes doctae sint neque discere omnes possunt, ut sint [7]) in his plurimae acuminis obtunsioris et bardi [8]) et ad discendi studium plagarum coercitione cogantur, quod, etsi [9])

(sic enim hoc vocab. scribunt optt. et vett. Codd.) v. Non. l. l. Fest. s. v. Intt. ad Cic. N. D. II, 44, et ad Pers. Sat. V, 52. Osann Anal. Crit. p. 5. 1) De subucula v. Non. s. v., Salmas. ad Tertull. de Pall. p. 378 sq. et ad Scriptt. H. A. I, 972. Böttiger Sabina II, 113. ed. alt. Becker Gall. II, 89 sq. De supparo v. Fest. s. v. et ibi Intt., Gisb. Cuperi Obss. IV, 17. Salm. ad Tertull. l. l. p. 209. Pitture d'Ercolano I, tab. 22. comment. tom. IV p. 260. De laena v. Fest. s. v. Böttiger Kleine Schriften III, 200. Becker Gall. II, p. 99. De lacerna v. Fest. s. v. Böttiger l. l. III, 203. Becker l. l. II, 95 sqq. Weber ad Juven. I, 27 et X, 212. De trabea v. Serv. ad Virg. VII, 188. 190. Joann. Lydus de Magistr. I, 7. Lips. ad Tac. Ann. III, 2. 2) principi cj. Livin. 3) quia ed. LB. et Orell. 4) sonos Codd. vitiose. 5) aut esset ex mg. Urs. receperunt Elmenh. et LB. 6) divinas eruditas Codd. et pars edd. divinitus eruditas dedimus ex Gelenii correctione. Cant. cj. divine eruditas. 7) Sic Codd. ed. pr. Urs. et Hild. In cett.: possint et sint, quod prob. etiam Rig. possint, cum mg. Urs. 8) tardi ed. pr. Bas. Cant. Urs. 9) Quod etsi

ea quae discimus reminiscentias esse constaret, (ut antiquis 57
opinionibus scitum est,) conveniebat nos omnes ab una veritate venientes unum nosse unumque reminisci, non habere diversas, non plurimas dissidentesque sententias; nunc vero cum singuli aliud atque aliud adseramus, manifestum et promptum est nihil nos adtulisse de caelo, sed hic nata addiscere et suspicionibus coalita vindicare.

20. Et ut vobis clarius manifestiusque monstremus cuius sit pretii homo, quem simillimum creditis potentiae superioris existere, concipite animis hanc imaginem vestris et, quod fieri si adgrediamur potest, tamquam si simus adgressi, similitudinis adsumptione teneamus. Sit igitur nobis tellure in effossa locus habitabilis formam cubilis efficiens, tecto et parietibus clausus, non algidus in frigore [1]), non fervoris nimii in calore [2]), sed ita temperatus et medius, ut nec frigoris sensum nec ardorem validum perpetiamur [3]) aestatis. In hunc sonus [4]) omnino nullius incidat vocis, non avis, non bestiae, non tempestatis, non hominis, non denique fragoris alicuius aut concrepantis terribiliter caeli. Excogitemus deinde quemadmodum lumen accipiat; non ex inlato igni neque ex sole conspecto, sed nothum [5]) aliquid fiat, quod imaginem luminis caligine interposita [6]) mentiatur; ianua non una [7]) sit nec sit introitus rectus, adeatur inflexibus flexuosis, nec recludatur aliquando, nisi cum necessaria ratio postularit.

21. Nunc quoniam imagini praeparavimus sedem, +
accipiamus deinceps mox aliquem natum et [8]) in loci illius hospitium, quod habeat rem nullam et sit inane ac va-

---

Codd. (teste Crusio aliisque) et ed. pr. et Urs. In edd. cett. legitur: *Quodsi*.

1) *algidus in frigore* Cod. teste Crusio, et sic habent ed. LB. Rig. et Hild. contra in Cod. *algidum frigore* esse testantur. Edd. praeter LB. et Hild. praebent: *algidum frigore*. 2) *nimium in calore* Cod. Par. *nimii in cal.* Cod. Br. et mg. Urs. *fervens nimio cal.* ed. Bas. Cant. mg. Urs. *fervoris nimius in cal.* habent cett. edd. 3) Sic Codd. — Adnota personarum mutationem. 4) *sonum* Cod. vitiose. 5) *notum* Cod. ed. pr. Bas. Cant. Urs. *novum* mg. Urs. et cj. Meurs. et Rig. — *nothum* ex mg. Urs. in cett. edd. — Cf. Lucret. V, 575. Catull. XXXIV, 15. 6) sc. „inter lumen illud nothum et lumen hoc verum, quo fruimur." Huet. 7) i. e. ianuae vel introitus plures.

8) et (i. e. et quidem) deest in omnibus edd. praeter pr. Bas.

cuum, Platonica licet aut Pythagorea progenie aut horum alicuius, qui acuminis perhibentur fuisse divini [1]) aut ex deûm responsis sapientissimi nuncupati. Quod cum actum fuerit, nutriri ut debeat sequitur, ut [2]) alimoniis convenientibus educari. Adhibeamus igitur et nutricem, quae semper ad eum nuda, semper silens accedat, verbum nul-
58 lum faciens, nec in *sermones aliquos* ora et labra diducat [3]), sed cum mammas dederit et consequentia supplerit officia, datum quieti linquat et ante fores clausas dies noctesque continuet. Poscit enim plerumque res, nutricias adesse curas et observare temporarios motus [4]). At vero cum coeperit solidioribus cibis infans debere fulciri, nutrice inferantur [5]) ab eadem, veste, ut diximus, posita et tenore reticentiae servato. Ipse autem qui infertur cibus sit unus atque idem semper, nihil materia differens nec per varios redintegratus sapores, sed aut fitilla [6]) de milio aut sit panis ex farre aut, ut saecula imitemur antiqua, ex cinere caldo *glandes* [7]) aut ex ramis agrestibus bacŭlae. Potio autem vini sit prorsus incognita, nec sedandae aliud admoveatur siti, quam liquor purus e fontibus, caldŏre ignis intactus et, si fieri potis est, manibus *subministratus in* cavis [8]). Fiet enim familiaris e more consuetudo in naturam versa, nec adpetītio corrigetur [9]), ulterius esse amplius nesciens quod petatur.

22. Quorsum igitur haec spectant? Ut, quoniam creditum est animas divinas *adeoque* [10]) immortales esse et

---

Cant. Hild. 1) divinis Codd. — In seqq. pro deûm Cod. Br. habet deorum. 2) et habent edd. praeter LB. et Hild. 3) sermonis alicuius — — deducat Codd. sermone alicuius ed. pr. et Urs. sermonem aliquem ed. Bas. et Cant. sermones aliquos mg. Urs. et cett. edd. 4) Motus temporarii significantur tam animi quam corporis. Quales sunt appetitus varii, insomniae, inquietudines et id genus alii, quibus sedandis nutriciae curae adesse debent. 5) inferatur edd. vett. invitis Codd. 6) sit ille edd. vett. invitis Codd. 7) grandes Cod. — De re cf. Apul. Met. XI, 2. Ovid. Fast. I, 675. Serv. ad Virg. Georg. I, 348. et Intt. ad Virg. Georg. I, 8. 8) subministratum cavis Cod. quod correximus. subministratus cavis Edd. 9) Sic Codd. ed. pr. et Urs. Hild. In cett. edd. est: porrigetur.

10) divinas adeõ Cod. Par. teste Crusio. divinas adeò Cod. Br. teste Anchersenio, qui eum pro Crusio contulit, et Vet. Lib. Ernstii; nec aliter ed. pr. Ursin. et ed. LB., unde fidem nego Hildebrandio, qui: divinas atque adeõ se in Cod. Par. reperisse affir-

ad hominum corpora disciplinis cum omnibus advolare, experiamur ex isto quem hoc genere voluimus educari, capiatne res fidem an sit leviter credita et frustrabili expectatione [1]) praesumpta. Procedat igitur nobis solitudine in operta nutritus quot vultis annos agens, vultis vicenarius, vultis tricenarius, immo cum annos fuerit quadraginta permensus, mortalium conciliis inferatur, et si verum est, illum principalis esse substantiae *ac* portione tam laeta ex [2]) fontibus vitae derivatum hic agere, antequam notitiam rei sumat alicuius aut sermone imbuatur humano, responsum rogatus, quisnam [3]) sit ipse aut quo patre, quibus sit in regionibus editus, quo pacto aut quanam ratione nutritus, quid operis aut negotii celebrans anteacti temporis decurrerit aevitatem: ita ille non omni pecore, ligno, saxo obtunsior atque hebetior stabit, non missus in res novas 59
et numquam sibi ante cognitas ipsum sese est ante [4]) omnia nesciturus? Poteritne, si quaeras, sol quid sit ostendere, terra, maria, sidera, nubes, nebula, pluviae, tonitrua, nix, grando? Poterit arbores scire quid sint, herbae aut gramina, taurus, equus aut aries, camelus, elephantus aut milvus [5]).

23. Esurienti si dederis uvam, mustaceum, caepe, carduum, cucumerem, ficum, sciet posse sedari omnibus ex his famem aut quo genere singula esse debeant *esui?* [6]) Ignem si plurimum feceris aut venenatas circumposueris bestias, nonne ibit per medias flammas, viperas, *solifugas* [7]), esse noxias nesciens et timere ipsum quid sit ignorans? Iam vero si vestem, si superlectilem ponas in medio tam urbanam, quam rusticam, eritne, idem ut possit discriminare [8]),

---

mat, et id cum cett. edd. recepit. 1) frustrabili expectatio Cod. 2) substantiae portione iam laeta ex Codd., ed. pr. et Ursin., quod correximus. substantiae portionem et ex font. ed. Bas. Cant. Elmenh. Oberth. subst. portionem tam laetam et ex font. cj. Stewech. et Rig., quod receperunt cett. edd. et portione antlata ex fontibus cj. Rig. 3) rogatus quis Cod. Br. 4) Ita Codd. sese esse ante omnia ed. pr. Bas. Cant. Ursin. et ante ed. Hild. vitiose. 5) Ita Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. In cett. est: aut mulus ex conj. Stewechii.

6) et sui Codd. quod olim in usui mutandum putabam. 7) solisfugas Codd. — V. Solin. c. 4. et Salmas. in Exercit. Plin. p. 70 sq. — sólipugas cj. Stewech. sine causa. 8) discrimi-

cui negotio res quaeque conveniat, cuius muneris accommodata sint usui? Indicet in quos habitus vestis stragula [1]) facta sit, mitra, strophium, fascia [2]), pulvinus, muccinium, laena, calautica [3]), mantele, mastruca [4]) *soccus*, *solea*, *calceus?* [5]) Quid si adiicias quaerere rota [6]) quid sit aut tribula, vannus, dolium, cupa, trapetum [7]), vomis aut cribrum, mola, buris aut sarculum? Quid arquata si sellula [8]), acus, strigilis [9]), *polubrum*, siliquastrum, trulla, lancicula, candelabrum [10]), *batioca* [11]), scopae, scyphus,

---

nare discernere Cod. Par. sed compunct. est ab antiqua manu verbum discernere, quod omittunt Cod. Br. et Edd. 1) De veste stragula v. Heind. ad Horat. Sat. II, 3, 118. Böttiger Kl. Schr. I, 402. 404. Becker Gall. I, 43. 2) De mitra v. Serv. ad Aen. IV, 216. IX. 616. Salm. Exerc. Plin. p. 392. Böttiger l. l. II, 262 sq. Visconti Mus. Pio-Clement. T. II, p. 71. Caylus Recueil III, tab. 31. et adnot., Pitture d'Ercolano T. II, tab. 18. p. 116. — De strophio v. Böttiger Sabina I, p. 84. 184. 197. II, p. 117. et Kl. Schr. III, 98. Becker l. l. I, 320 sq. — De fascia v. Casaub. ad Suet. Aug. 82. Salm. ad Lamprid. Alex. Sever. 40, p. 977. Dempster Paralip. ad Rosini Antiqu. V, 35. Becker l. l. II, 93. 3) muccinnium lena calautica Cod. — De muccinio cf. Turneb. Advv. XIII, 14. Barth. Advv. XIV, 9. Casaub. in Vopisc. Aurel. 48. — De calautica (Salmas. in Solin. p. 392. scribi vult: calantica, ut habet etiam ed. Orell.; sed v. Non. p. 537. ed. Merc. et Gloss. Vulc. p. 32., „Cacautica (sic), Εἶδος ζώνης.) v. Böttig. Sab. I. 143. et Aldobrand. Hochz. p. 79. 150. et Kl. Schr. II, 41 sq. 4) De mantele v. Böttig. Sab. II, 102. Becker Gall. II, 152 sqq. cf. Pitture d'Ercolano tom. V, tab. 85 et in commentar. p. 372. Heyne et Voss. ad Virg. Georg. IV, 376. — De mastruca v. Isid. Origg. XIX, 23. Abram. ad Cic. de Prov. Consul. c. 7. Lips. ad Tacit. Germ. c. 17. Turneb. Advv. XX, 9. et Ernest. Clav. Cicer. s. v. Dempster Etr. reg. tom. I, lib. III, 54. Meyer ad Winkelm. Opp. III, 463. 5) soccos solex calceos Cod. — V. Salmas. ad Tertull. de Pall. p. 353—357. 382 sqq. cf. Böttig. Sab. II, 110 sqq. et Kl. Schr. III, 69. Becker Gall. II, 102 sq. I, 36 sq. 6) Sic Codd. — In edd. omnibus praeter Hild. quaerere desideratur. 7) De tribula v. Serv. ad Virg. Georg. I, 164., ubi v. et Voss. — De vanno v. Serv. ad Virg. Georg. I, 166. cf. III, 134. Pitture d'Ercol. II, tab. 28. V, tab. 75. et in commentar. p. 170. 335. — De cupa v. Casaub. ad Scriptt. H. A. II, 52. et Schneid. ad Pallad. de R. R. I, 18. p. 25. — De trapeto v. Schneideri Exc. ad Caton. de R. R. Vol. I. P. II, p. 610 sqq. Voss. ad Virg. Georg. II, p. 451. 8) sit sellula Cod. Br. et inde ed. Elmenh. 9) Sic Codd. strigil habent edd. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. Hild. v. Mercurial. de Arte Gymn. 1, 8. cf. Mus. Borbon. VII, tab. 16. — In seqq. Codd. ed. pr. et Urs. pro polubrum praebent colubrum. 10) De polubro v. Fest. et Non. s. v. — De siliquastro v. Fest. s. v. cf. Casaub. ad Suet. Oth. c. 6. — De candelabro v. Böttig. Kl. Schr. III, 307 sq. Becker Gall. II, 206 sq. 11) pattiocas Codd. unde Meurs. et Pith. batiola, alii batiaca

saccus? quid sit cithara [1]), tibia, argentum, aes, aurum, codex, radius, liber? [2]) Quid instrumenta si cetera quibus vita succingitur et continetur humana? Ita, ut diximus, ille non *bovis* [3]) ritu aut asini, porci, aut si ullum est animal tardius, conspiciet [4]) haec quidem, formaturas varias respectans, *sed* [5]) quae sint singula nesciens et quam in causam possideantur ignorans? Nonne vocem si fuerit necessitate aliqua coactus emittere, ut solenne est mutis, inarticulatum nescio quid ore hiante clamabit?

24. Quid in Menone [6]), o Plato, quaedam rationibus numeri admota ex puerculo sciscitaris et ex eius niteris responsionibus comprobare, quae discamus non discere, sed in eorum memoriam quae antiquitus noveramus redire? 60
Qui si tibi vere respondet (non enim nos convenit fidem rebus abiudicare quas dicis), non rerum scientia sed intellegentia ducitur, et ex eo, quod aliquos numeros cotidianis habet ex usibus notos, fit ut sequatur rogatus et ipsa illum semper multiplicationis adducat accessio. Quodsi vere confidis immortales huc animas et plenas scientiae pervolare, adulescentulum istum rogare desinito, quem esse conspicis ignarum [7]) rerum et humanitatis esse in finibus constitutum: quadragenarium istum ad te voca et ex eo percontare, non abstrusum aliquid, non volutum [8]),

---

refinxerunt. Nos pressius litterarum vestigia secuti batioca dedimus, praesertim quum sic praebeant etiam optt. Codd. Gloss. Isid. — Cf. Creuzer Comment. de Caus. Rer. Bacch. I, 59. Beckmann ad Aristot. Mirab. Ausc. 50. p. 100. Gloss. Cyrilli: *Ποτήριον φιαλοειδές*, haec vatiola." In seqq. de scopis cf. Böttig. Kl. Schr. III, 241 sq. et Becker Gall. I, 133 sq. II, 189. et de scypho Macrob. Sat. V, 21. 1) quid sit Codd. testt. Crusio et Anchersenio. In edd. est Quid si cithara. De cithara cf. Zell. Ferienschr. III, 48. 2) Vocab. aurum deest in edd. omnibus praeter LB. et Hild. De argento et auro cf. Becker Gall. I, 140, de aere Klausen Aen. II, 991 sq. De verbis: codex, radius, liber, v. quae suppeditat Becker Gall. I, 165 sqq. 3) vobis Cod. corrupte. 4) Crus. in Cod. Par. legebat: conspicietur, quod si non error oculorum est, emendarim: conspicietur has qu. f. v. respectans vel etiam: conspicietur haec qu. formatura varia res spectans. Elmenh. ex mg. Urs. recepit: conspiciet equidem et ed. LB. corrigit: formatura varia res spectans. 5) respectans et Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. (quae tamen sed in mg. habet) Elmenh. Oberth.

6) Plat. Men. p. 82 sqq. Cic. Tusc. I, 24. 7) gnarum habet ed. LB. et conj. Rigalt. 8) Sic Codd. sed facilis est correctura

non de triangulis, non de quadratis, quid sit *cubus* aut *dynamis* [1]) sesqueoctavus aut sesquetertius *ultimo* [2]), sed quod in medio situm est, bis bina, bis terna quam efficiant *summulam quaerito* [3]). Volumus videre, volumus scire, quid rogatus respondeat, an inquisitam expediat quaestionem. Ita ille sensurus est, quamvis ei pateant aures, an aliquid dicas, an aliquid quaeras, an tibi ab sese responderi [4]) aliquid postules? et non stipes ut aliquis aut Marpesia, ut dictum est [5]), rupes stabit elinguis et mutus, hoc ipsum ignorans et nesciens, secum potius an cum altero conloquaris, cum altero sermocineris an secum, oratio sit ista quam promis an sonitus vocis, nihil rerum significans sed inani continuatione *pertractus?* [6])

25. Quid dicitis, o viri plusquam satis est vobis ex aliena generositate tribuentes? *Haeccine est* anima [7]) docta illa quam dicitis, immortalis, perfecta, divina, post deum principem rerum et post mentes geminas locum obtinens quartum et affluens ex crateribus vivis? [8]) Hic est ille pretiosus et rationibus homo augustissimis praeditus, mundus minor qui dicitur [9]) et totius in speciem similitudinis fabricatus atque formatus, nullo melior, ut apparuit, pecore, obtunsior ligno saxo, qui nesciat homines et in mutis semper solitudinibus degat, demoretur iners, valeat *ma-*
61 *nere* [10]), quamvis annis vivat innumeris et numquam nodis

---

involutum. 1) dibus aut dynamus Codd. ed. pr. Bas. Cant. Ursin., in cuius mg. est cubus aut dynamis, quod est in cett. edd. cubus aut pyramis mg. Urs. et cj. Livin. — V. Salmas. Exerc. Plin. p. 297. et 492., ubi hunc locum egregie illustrat. 2) ultimus Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Hild. numerus mg. Urs. et ed. Elm. et Oberth. In cett. est ultimo (= postremo) ex cj. Salmasii. 3) summula quaerit. Cod. Par. summulam quaere Cod. Br. 4) an tibi absens eris ponderi Cod. 5) Virgil. Aen. VI, 471. ubi v. Serv. adnot. 6) pertractum Cod.

7) haec intestamina Codd. haec enim est anima mg. Urs. Ed. LB. et Orell. haec est anima praebent. — In seqq. illa voc. in Cod. Br. omissum est. 8) V. Alcinoi Introd. in Philos. Plat. c. 17. et Hierocl. in Aur. Carm. Pyth. p. 14 sqq. ed. Needham) cf. Plat. Phaedr. p. 247. 9) Macrob. Somn. Scip. II, 12. Chalcid. in Tim. p. 126. Nemes. de N. H. 1. Procl. Theol. Plat. III, 21. Lobeck Aglaoph. II, p. 920. 10) demoret (demoretur a m. s.) iners valeat in aere Cod. P. ed. pr. Urs. Orell. demoretur valeat inexe (inere leg. Lersch.) Cod. Br., quod emendavimus. iners veluti puer Bas. Cant. mg. Urs. Elmenh. Oberth. degat idem iners,

corporeis eximatur. Sed cum scholas attigerit et magistrorum fuerit institutionibus eruditus, efficitur prudens, doctus, et quam nuper habuerat imperitiam ponit. Et asellus et bos aeque usu atque adsiduitate cogendi [1]) discit arare ac molere, equus iugum subire et agnoscere in curriculo flexiones, camelus sese summittere, sive cum sumit onera sive cum ponit, columba manumissa *revolare* [2]) ad dominicas sedes, canis cum invenerit praedam, cohibere et continere latratum, verba psittacus et integrare, et nomina *corvus* [3]) expromere.

26. Sed ego cum audio nescio quid praestans animam dici, deo vicinum et proximum, scientem huc omnia superioribus adventare de saeculis [4]), nolo illam discere, sed docere, nec ex docta, ut dicitur, elementariam fieri, sed retinentem res suas corporibus semet circumligare terrenis. Nisi enim sese habuerit res ita, discerni qui poterit utrumne illud quod audit reminiscatur an discat, cum multo facilius *sit* credere [5]), discere illam quod nesciat, quam oblitam quod paulo ante sciebat *ex* opposita corporis *amittere* [6]) repetentiam priorum? Et ubi est illud quod dicitur incorporalis [7]) animas substantiam non habere? Quod enim nullius est corporis, oppositione alterius non impeditur, nec potest aliquid *sua de vi* [8]) perdere id quod non potest tactum rei oppositae sustinere. Ut enim numerus in corporibus constitutus, quamvis mille corporibus obruatur, in-

---

valeat manere quamvis annis vivus innumeris ed. LB. 1) Sic Codd., quod Hild. male mutavit in: cogenti, immemor passivae gerundiorum constructionis, de qua v. Vossii Aristarch. II, p. 783. In edd. est cogente. 2) revocare Codd. et ed. pr. 3) corsus Codd. prorsus ed. pr. Bas. Cant. Urs., qui in mg. totum locum ita emendat: psittacus integra et nomina prorsus exprimere.

4) de sedibus cj. Herald. et Rig. 5) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Hild. In cett. et in mg. Urs. est: facilius sit credere. Emendandum fortasse: crederes. 6) Sic correxi. In Codd. est: et opposita corporis amittit, ut est etiam in ed. pr. et Urs. In cett. est: et — amitti. 7) Sic Cod. (incorporales a m. sec.) test. Rig., Crusio aliisque, quamvis negante Hild., qui dicit in illo legi: incorporalis anima (erasum enim est illud s), ut habent edd. omnes praeter mg. Urs. Stewech. et LB. quae cum nobis faciunt. incorporalem animas substantiam est in Elmenh. — quo pro quod emendat. Hild. sine causa. 8) suaderi Codd. et Edd., quod

tactus et inviolabilis constat, ita necesse est animas, si sunt ut perhibetur incorporeae, oblivionem priorum nullam pati, quamvis eas solidissimae corporum circumligaverint iunctiones. Quid quod eadem ratio non tantum incorporeas indicat eas non esse, verumetiam privat immortalitatem has omnis [1]), et ad fines adplicat quibus vita consueta est terminari. Quicquid enim causa ingruente nonnulla ita mutatur et vertitur, *ut* [2]) integritatem suam retinere non possit, id necesse est iudicari natura esse pas-
62 sivum. Quod autem est promptum atque expositum passioni, corruptibile esse ipsa passibilitate interveniente denuntiat [3]).

27. Ergo si et animae perdunt omne quod noverant, corporalibus vinculis occupatae patiantur necesse est aliquid, quod eas efficiat oblivionis induere caecitatem. Neque enim nihil omnino perpessae aut integritatem conserhantes suam possunt rerum scientiam ponere, aut in alios vabitus sine sui mutabilitate transire. Atquin [4]) nos arbitramur, quod est unum, quod immortale, quod simplex, quacunque in re fuerit, necessario semper suam retinere naturam, nec debere aut posse aliquod [5]) perpeti, si modo esse perpetuum cogitat et in finibus propriae immortalitatis haerere. Omnis enim passio leti atque interitus ianua est, ad mortem ducens via et inevitabilem rebus adferens functionem: quam si sentiunt animae et tactui eius atque incursionibus cedunt, usu et *illis* [6]) est vita non mancipio tradita, quamvis aliter quidam inferant et rei tantae fidem suis in argumentationibus ponant.

28. Ac ne tamen instructi non plenius abeamus, *en audiamus* [7]) a vobis, quemadmodum dicitis animas, cum terrenis fuerint corporibus involutae, priorum reminiscentiam

---

correximus. videri est in mg. Ursin. 1) Retinui Cod. lectionem cum Hild. — De hac structura verbi privare v. Novii fr. ap. Non. p. 500. et Arnob. infra V, 30 et cf. V, 13. — In edd. praeter Hild. est: immortalitate has omni. 2) et Cod. 3) Sic Cod. P. teste Hild. qui id recepit. — In cett. est: denuntiatur.

4) Sic Cod. et ed. Hild. atque ed. Bas. In cett. atqui. 5) Sic Cod. ed. pr. et Hild. In cett. aliquid. 6) illius Codd. et ed. pr. usu illis ed. Urs. V. Lucret. III, 984.

7) ne videamus Codd., quod correxi. ne videamur ed. pr. Urs. neu videamur (sc. abire) ed. Hild. audire avemus ed. Elm.

non habere, cum in ipsis corporibus positae et prope insensibiles eorum commixtione perfectae, pertinaciter et *fideliter* teneant [1]) ea, quae ante annos plures, si velis dicere vel octoginta vel hoc amplius, vel fecerunt vel passae sunt vel loquutae sunt vel audierunt. Si enim obstaculo perficitur corporis, ne meminerint eorum quae iamdudum et ante hominem sciebant, magis est ut ea debeant oblivisci, quae conclusae in corporibus factitarunt, quam quae foris positae, nondum [2]) hominibus coniugatae. Quod enim rebus ingressis priorum repetentiam detrahit, et intra se gesta inrecordabili debet obliteratione deperdere. Una enim causa res duas efficere ac sibi contraria [3]) non potest, ut aliorum memorias sopiat, alia patiatur actoris in recor- 63
dationem venire. Quodsi animae quas vocatis membrorum impediuntur obstaculo, quominus artes suas atque antiquas [4]) reminiscantur, in corporibus ipsis quemadmodum *constitutae* [5]) meminerunt et sciunt animas se esse et corporalem substantiam non habere, immortalitatis condicione mactatas, quem tenent [6]) in rebus gradum, quo sint ordine a deo patre discretae, ad infima haec mundi quanam ratione pervenerint, quas ex quibus circulis qualitates, dum in haec loca labuntur, attraxerint? Quemadmodum, inquam, sciunt doctissimas se fuisse et obstructione corporum amisisse quae noverant? Et hoc ipsum enim nescire debuerant, si aliquid eis labis corporalis invexisset adiunctio: nam scire quid fueris et quid hodie non sis, non est signum memoriae perditae, sed comprobatio indiciumque servatae.

29. Quae cum ita se habeant, desinite, quaeso, desinite res parvas atque exigui *mominis* [7]) immanibus pretiis aestimare, desinite hominem proletarius cum sit, classicis, et capite *cum* censeatur [8]), adscribere ordinibus primis,

---

scire avemus ed. LB. abeamus ed. Bas. Cant. Orell. prob. Memmio. — erudiamur vel exaudiamus cj. Anon. ap. Rig. 1) fideli teneant Cod. 2) et nondum mg. Urs. 3) Sic Cod. et ed. pr. in cett. contrarias. 4) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Hild. qui recte interpretatur: „artes proprias atque innatas." suas atque antiqua Oberth. In cett. est: suas antiquas. 5) constituta Codd. et edd. praeter Urs. constitutae prob. et Hild. 6) tenent leg. Crus. in Cod. et ita habet etiam ed. pr. et Cant. — In edd. cett. est teneant.

7) nominis Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. prob. Heraldo. mominis cett. edd. ex Meursii emendatione. 8) classicus et capite

cum sit inops, pauper lare et tugurii pauperis nec patriae [1]) claritatis umquam *meritus* nuncupari. Cum enim vos oporteret viros recti atque integritatis auctores typhum et adrogantiam frangere, quorum malis cuncti extollimur et inanium [2]) distendimur vanitate, non tantum accidere mala ista censetis, verum quod gravius multo est, addidistis causas, quibus et vitia crescerent et inemendabilis nequitia permaneret. Quis est enim hominum, quamvis ille sit indolis infamia [3]) semper atque ignominiosa fugientis, qui cum dici exaudiat viris ab sapientibus maxime immortalis [4]) animas esse nec fatorum esse obnoxias legibus, non in omnia flagitia praeceps se ruat [5]), non intrepidus res obeat atque adgrediatur inlicitas, non denique omnia suis cupiditatibus largiatur, quae libido impotens iusserit, impunitatis praeterea etiam libertate munita? Quid enim
64 prohibebit, quominus haec faciat? Metus *supernae* [6]) potestatis iudiciumque divinum? [7]) Et qui poterit territari formidinis alicuius horrore, cui fuerit persuasum tam se esse immortalem, quam ipsum deum primum, nec ab eo iudicari quicquam de se posse, cum sit una immortalitas in utroque, nec in alterius altera condicionis possit aequalitate vexari?

30. Sed memoratae apud inferos poenae et suppliciorum generibus multiformes? Et quis [8]) erit tam brutus et rerum consequentias nesciens, qui animis incorruptibili-

---

censeatur Codd. classibus, et capite Bas. Cant. protelari cum sit classicus, et caput censeatur ed. pr. et Urs. ex cuius mg. LB. ceteraeque edd. emendarunt: classicis, et capite cum censeatur. 1) Sic Codd. ed. pr. Urs. Hild. In cett. omnibus (praeter LB. quae: patris clari tantis cum meritis praebet) patriciae legitur. — In seqq. Codd. praebent meritis. 2) Malim legere cum Livin. et mg. Ursin.: quorum alis — inani distendimur. 3) Sic Codd. mg. Urs. LB. Hild. — In cett. est infamiam. 4) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. immortales. 5) praeceps irruat Cod. Br. praeceps se ruat Cod. Par. et ed. pr. Ursin. Stewech. LB. Orell. In cett. praeceps ruat. — In seqq. Cod. P. inserit voc. securus ante intrepidus, quod tamen vocabulum compunct. est ab antiqua manu et omissum in Cod. Br. Solus Hildebr. recepit illud glossema. 6) superbae Codd. ed. pr. Bas. Cant. Oberth. Hild. superae mg. Urs. In cett. supernae probb. et Carpent. Livin. et Rig. supremae cj. Memm. 7) Verba: — que divinum desunt in Cod. Br.

8) Sic Codd. — Edd. Ecquis praebent.

bus credat aut tenebras Tartareas posse aliquid nocere aut igneos fluvios aut caenosis gurgitibus paludes aut rotarum volubilium circumactus? Quod enim contiguum non est et ab legibus dissolutionis amotum [1]) est, licet omnibus ambiatur flammis torrentium fluminum, volvatur in caeno [2]), saxorum imminentium casibus et immanium montium operiatur ruinis, illibatum [3]) necesse est permaneat et intactum neque ullum sensum mortiferae passionis adsumere. Quid quod ista persuasio non tantum est incitatrix ad vitia libertate ex ipsa peccandi, verumetiam philosophiae ipsius causam tollit, et inaniter eam suscipi *supervacanei* [4]) operis difficultate declarat. Nam si verum est, animas nullius esse participes finis et cum omnibus saeculis aevorum perpetuitate procedere, quid periculi res habet contemptis praetermissisque virtutibus, quibus est contractior atque horridior vita, voluptatibus se dare ac per omnia libidinum genera effrenatum spargere immensae cupiditatis ardorem? Ne deliciis marceat et corrumpatur mollitudine vitiorum? Et qua poterit ratione corrumpi id quod immortale, quod semper est et nulli obnoxius passioni? Ne sordescat et polluatur actionum turpium foeditate? Et qui poterit pollui corporalem quod substantiam non habet, aut ubi sedem contaminatio *ponere* [5]), ubi spatium nullum est, in quo nota se possit ipsius contaminationis affigere? Rursus vero si animae leti adeunt ianuas, Epicuri ut sententia defini- 65
tur [6]), nec sic causa est competens, cur expeti philosophia debeat, etiamsi verum est purgari *hac* [7]) animas atque ab omni puras vitiositate praestari. Nam si communiter obeunt et in ipsis corporibus sensus eis deperit extinguiturque vitalis, non tantum est erroris maximi verum stolidae caecitatis, frenare ingenitos adpetitus, cohibere in angustiis vitam, nihil indulgere naturae, non quod cupidines iusserint atque instigaverint facere, cum nulla te praemia tanti laboris ex-

---

1) tutum ed. LB. 2) non saxorum Codd., per vitium librarii repetita ultima syllaba praecedentis vocabuli. Nisi forte praeferas cum Cod. Br. restituere: in saxorum. 3) Sic Cod. P. illesum enim Cod. Br. 4) supervacuaneis Cod. P. supervaca Cod. Br. supervacua ed. Elm. 5) poneret Cod. 6) Lucret. III, 418—840. — In seqq. Cod. et ed. Orell. nec si legunt pro nec sic. 7) has Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. In cett. hac ex corr. mg. Ursin. — Cf. Plat. Phaed. p. 64 sq.

pectent, cum dies mortis advenerit et corporalibus fueris vinculis exsolutus.

31. Medietas ergo quaedam et animarum anceps ambiguaque natura locum philosophiae peperit et causam cur appeteretur invenit, dum periculum scilicet ex malis iste formidat admissis, alter concipit spes bonas, si nihil sceleris faciat et cum officio vitam iustitiaque traducat. Inde est quod inter doctos viros et ingeniorum excellentia praeditos de animarum qualitate certamen est et eas alii dicunt mortali esse natura nec divinam posse substantiam sustinere, alii vero perpetuas nec in naturam posse degenerare mortalem [1]). Quod istud ut [2]) fiat medietatis efficitur lege, quod et illis argumenta sunt praesto, quibus eas passivas atque interibiles invenitur, et his contra non desunt quibus esse divinas immortalesque monstratur [3]).

32. Haec cum ita se habeant et cum ab summo traditum teneamus auctore, non esse animas longe ab hiatibus mortis et faucibus constitutas, posse tamen longaevas summi principis munere ac beneficio fieri, si modo illum temptent ac meditentur adgnoscere (— eius enim cognitio fermentum quoddam est vitae [4]) ac rei dissociabilis glutinum), tum deinde feritate atque inhumanitate depositis resumant ingenia mitiora, ut ad illud quod dabitur esse possint paratae. Quid est quod a vobis tamquam bruti et stolidi iudicemur, si propter hos metus liberatori dedidimus et mancipavimus nos Deo? Adversus ictus noxios et
66 venenatos colubrarum morsus remedia saepe conquirimus et protegimus nos lamminis, *Psyllis* [5]), Marsisve vendentibus

---

1) Sic Codd. et Vet. Lib. Ernstii, ed. LB. Hild. In cett. est: natura — mortali. 2) ut omissum est in Cod. Br. 3) monstrantur Cod.

4) V. Evang. Joh. XVII, 3. 5) lamminis phyllis Codd. Lamminarum talium phylacteria memorat Chrysost. Serm. 6. c. Jud. p. 234.: „οὐ πέταλα περιῆψεν, οὐ μαγγανείας ἐκίνησεν.“ cf. Alcim. Avit. II, 305. De Psyllis Africae gente olim clara propter artem serpentum venenatos morsus exsugendo sanandi v. Plin. VII, 2. VIII, 38. XXI, 45. XXV, 76. XXVIII, 6. Cels. V, 27, 3. Lucan. IX, 891 sq. Suet. Aug. 17. Aelian. H. A. I, 57, XVI, 27. 28. Intt. ad Flor. IV, 11, 10. et ad Dion. Cass. LI, 13. 14. Salmas. in Exerc. Plin. p. 246. 6. Lenz Schlangenkunde p. 130 sq. Minutoli Abhandl. verm. Inh. tom. I. Görres Mystik III, 252. — De Marsis v. impr. Gell. XVI, 11. Virg. Aen. VII, 750 sqq. Sil. Ital. VIII, 495 sqq. Gloss. „Mar-

aliisque *institoribus*[1]) atque planis, ac ne nobis frigora solesque incommodent rapidi, munimenta[2]) domorum ac vestium sollicitae praeparamus diligentia cautionis.

33. Mortis nobis cum proponatur metus id est animarum interitus, quid non ex commodi[3]) facimus sensu, quo amamus nos omnes, quod eum, qui nobis spondet tali a periculo liberaturum, retinemus, amplectimur animisque ipsis nostris, si modo iusta est *ea*[4]) vicissitudo, praeponimus? Vos vestrarum animarum salutem in ipsis vobis reponitis, fierique vos deos vestro fiditis intestinoque conatu; at[5]) vero nos nobis nihil de nostra infirmitate promittimus, naturam intuentes nostram virium esse nullarum et ab suis affectibus in omni rerum contentione superari. Vos cum primum soluti membrorum abieritis e nodis, alas vobis adfuturas putatis, quibus ad caelum pergere atque ad sidera volare possitis; nos tantam reformidamus audaciam nec in nostra *ducimus*[6]) esse positum potestate sedes superas petere, cum et hoc ipsum habeamus incertum, an vitam accipere mereamur et ab lege mortalitatis abduci. Vos in aulam dominicam tamquam in propriam sedem remeaturos vos sponte nullo prohibente praesumitis, at vero nos istud rerum sine domino fieri neque speramus posse, neque ulli hominum tantum potestatis attribui licentiaeque censemus.

34. Cum igitur haec ita sint, quaenam iniustitia tanta est, ut fatui vobis credulitate in ista videamur, cum vos et similia credere et in eadem videamus[7]) expectatione versari? Si irrisione existimamur digni, quod spem nobis huiusmodi pollicemur, et vos eadem expectat irrisio, qui spem vobis immortalitatis adsciscitis. Si tenetis *alioqui*[8]) sequiminique rationem, et nobis aliquam portionem ex ista

---

sae, *Ἀσπιδοθήρας, Ὀφιοδιώκτης,*“ et alias: „*Ὀφιοδιώκτης*, Marsio.“ 1) institutoribus Codd. 2) monimenta Cod., unde suspicatur Hild. olim moenimenta extitisse.

3) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Hild. quin ex communi mg. Urs. In cett. quid non ex communi ex Meursii correctione. 4) ut Cod., quod correximus. In edd. est: est vicissitudo. 5) ac Codd. 6) dicimus Cod. — In seqq. res pro sedes habent ed. pr. Bas. Cant. Urs.

7) Vèrba: cum vos — — videamus desunt in Cod. Br. 8) aliquis Cod. Par. aliquid Cod. Br. aliquam edd. aliquî (i. e. aliquo modo) cj. Hild. alioqui dedimus ex nostra conjectura.

ratione concedite. Si nobis haec gaudia, hoc est viam fugiendáe mortis, Plato [1]) Phaedro promisisset aliusve ex hoc choro, possetque eam praestare atque *adeo* [2]) finem pollicitationis adducere, consentaneum fuerat eius suscipere nos cultus, a quo tantum doni expectaremus et muneris. Nunc cum eam Christus non tantum promiserit verumetiam virtutibus tantis manifestaverit posse compleri, quid alienum facimus aut stultitiae crimen quibus rationibus sustinemus, si eius nomini maiestatique substernimur [3]), a quo speramus utrumque, et mortem cruciabilem fugere et vitae [4]) aeternitate donari?

35. Sed si animae, inquiunt, mortalis et [5]) qualitatis sunt mediae, immortales quemadmodum fieri mediis ex qualitatibus possunt? Si nos istud nescire dicamus ac tantummodo auditum ex potentiore credidisse, ubi nostra videbitur credulitas lapsa, si omnipotenti credidimus [6]) regi nihil esse difficile, nihil arduum, si quod impossibile nobis est factu [7]), illi possibile atque ad modum obsecutionis [8]) paratum? Est enim quod obstare eius voluntatibus possit, aut quod esse voluerit, non necessario sequatur [9]) ut fiat? An numquid nostris ex divisionibus colligemus, quid aut fieri possit aut non possit, nec rationes considerabimus nostras tam esse mortales quam sumus nos ipsi, et nullius apud principem mominis? Et tamen o isti, qui mediae qualitatis animas esse non creditis et in medio limite vitae atque interitus contineri, nonne omnes omnino, quos esse opinatio suspicatur, dii, angeli, daemones aut nomine quocum-

---

1) Edd. omnes praeter princ. inserunt praepositionem in post Plato. — Phaedone licet item invitis Codd. habent omnes edd. praeter pr. LB. Hild. 2) atque ad in Cod., quod correxi. — In edd. in omittitur. — Pro pollicitationis Hild. cj pollicitationes. 3) substernimus Codd., ut etiam supra I, 27., ut jam paene pronum sit, utroque loco Cod. auctoritatem sequi cum Hild. 4) Sic Cod. Par. test. Rig. et Hildebr., et ita etiam Cod. Br. — Crus. in Cod. Par. vita et se invenisse affirmat. vitam praebent ed. pr. Bas. Cant. Ursin., in cujus tamen margine vera lectio adnotata est.

5) mortalis est Codd., sed in Cod. Br. est erasum conspicitur. mortalis qualitatis ed. pr. Bas. Cant. Ursin. Elmenh. 6) credimus in Cod. P. esse dicit Crus. 7) factum Cod. 8) Sic Codd. probb. Pith. et Rig. admodum executioni habent edd. praeter Hild., qui recepit: admodum obsecutioni. — Ipse olim putavi legendum esse ad nutum obsecutionis paratum. 9) sequi-

que sunt alio, qualitatis et ipsi sunt mediae et in ambiguae sortis condicione nutabiles? [1]) Nam si omnes concedimus, unum esse rerum patrem immortalem atque ingenitum solum, nihilque omnino ante illum quod alicuius vocaminis fuerit invenitur, sequitur ut hi omnes quos opinatio credit deos esse mortalium aut ab eo sint geniti aut eo iubente prolati. Sunt [2]) prolati et geniti: et ordinis sunt posterioris et temporis; si ordinis posterioris et temporis, ortus
necesse est habeant et exordia nativitatis et vitae: quod 68
autem habet introitum et vitae incipientis exordium, necessario sequitur ut habere debeat et occasum.

36. Sed immortales perhibentur dii esse. Non ergo natura, sed voluntate dei patris ac munere. Quo igitur pacto immortalitatis *largitus* est donum *deis*, *terra prolatas* [3]) et animas hoc pacto dignabitur immortalitate donare, *quamvis* [4]) eas mors saeva posse videatur extinguere et ad nihilum redactas inremeabili abolitione delere. Plato ille divinus multa de deo digna nec communia sentiens multitudini in eo sermone ac libro cui nomen Timaeus scribitur [5]) deos dicit et mundum corruptibilis [6]) esse natura, neque esse omnino dissolutionis expertes, sed voluntate dei regis ac principis vinctione in perpetua contineri. Quod enim recte sit vinctum et nodis perfectissimis conligatum, dei bonitate servari: neque ullo *ab alio nisi* [7]) ab eo qui vinxit et dissolvi, si res poscat, et salutari *remissione* [8]) donari. Ergo si res est ita nec aliud convenit vel

---

tur invenit Crus. in Cod. 1) Sic Codd. ed. pr. et Urs. — In cett. mutabiles. 2) Sic Codd. — Pleraeque edd. Si sunt exhibent.

3) largiter est donum dei certa prolatis Codd. largitio est donum dei certe prolatis ed. Bas. Cant. Oberth. Orell. immortalitatem largitus est donum dei (mg. Urs. deis) certam prolatis ed. pr. et Ursin. immortalitas largitoris est donum Dei circa prolatos ed. LB. largitus est — certe probatis cj. Guyet. Pro: deis, terra prolatas, quod in textu dedimus, diu haesitabamus, num potius diis, ita prolatas restituendum esset. 4) quasvis Codd. 5) Sic Codd. et ed. Hild. Cett. edd. inscribitur. 6) corruptibiles Cod. a m. sec., ed. LB. et Hild. In cett. corruptibili. 7) neque ullo abolitionis Codd. ed. pr. et Urs. nexusque abolitione ed. Bas. Cant. Nos cum cett. recepimus optimam emendationem marginis Ursinianae, quae eo verisimilior est, quum, teste Rigaltio, in Cod. Par. post abolitionis voc. rasura conspicua sit. 8) iussione Codd. ed. pr.

existimare vel credere, quid animas admiramini mediae dici qualitatis a nobis, cum numinibus ipsis dicat Plato medias esse naturas, sed continuam et inocciduam vitam principali benivolentia subrogari? Si enim forte nescitis et antea vobis incognitum propter rei novitatem fuit, accipite sero ac [1]) discite ab eo qui novit et protulit in medium Christo, non esse animas regis maximi filias, nec ab eo, quemadmodum dicitur, generatas coepisse se nosse atque in sui nominis *essentia* [2]) praedicari, sed alterum [3]) quempiam genitorem his esse, dignitatis et potentiae gradibus satis plurimis ab imperatore diiunctum, eius tamen ex aula et eminentium nobilem sublimitate natalium.

37. Quodsi essent, ut fama est, dominicae prolis et potestatis animae generatio principalis, nihil eis ad perfectionem defuisset virtute perfectissima procreatis, unum omnes intellectum habuissent unumque consensum, aulam semper
69 incolerent regiam, nec praetermissis beatitudinis sedibus, in quibus augustissimas noverant retinebantque doctrinas, imprudenter adpeterent terrena haec loca, tenebrosis ut [4]) corporibus involutae inter pituitas et sanguinem degerent, inter stercoris hos utres et saccati [5]) obscenissimas serias. Sed habitari oportuit et has partes, et idcirco huc animas tamquam in colonias aliquas deus omnipotens misit. Et quid homines prosunt mundo aut ob rei cuius sunt necessarii causam, ut non frustra debuisse credantur parte in hac agere et terreni esse corporis inquilini? Ad consummandam molis huius integritatem partem aliquam conferunt, et nisi fuerint additi, imperfecta et clauda est universitatis haec summa. Quid ergo, si homines non sint, ab officiis suis cessabit mundus, vicissitudines suas non peragent si-

---

Urs. LB. missione ed. Bas. Cant. Elm. Oberth. vinctione ed. Orell. Nos restituimus remissione, syllaba re ex terminatione praecedentis vocabuli repetita. 1) Pro ac aliquot edd. et exhibent. 2) esse sententia Codd. Bas. Cant. Urs., ex cujus mg. cett. edd. essentia correxerunt. 3) sed ad alterum Codd. vitiose.

4) ut omissum est in ed. Cant. Elmenh. Oberth. Orell. 5) saccatum h. l. absolute positum significare existimo saccatum humorem, ut dicit Lucret. IV, 1022. Neque enim verisimile est transpositam esse copulam et proprie scribendum fuisse: „stercoris hos utres saccati et obscenissimas serias," neque idonea sunt exempla ad hunc usum stilo Arnobii vindicandum ab Hildebrandio adlata: II, 4. ex

dera, aestates atque hiemes non erunt, ventorum flamina conticiscent, nec ex coactis et pendentibus nubilis ad terram decident imbres ariditatibus temperamenta laturi? Atqui necesse est cuncta suos ire per cursus [1]) nec ab ordinis nati continuatione discedere, etiamsi nomen in mundo nullum hominis audiatur, orbisque iste terrarum solitudinis vacuae silentio conticiscat. Quemadmodum ergo iactatur habitatorem debuisse regionibus his addi, cum ab homine liqueat nihil ad mundi perfectionem redire, omniaque eius studia commoditatem semper spectare privatam nec a finibus propriae utilitatis abscedere?

38. Quid enim prodest mundo, ut ab rebus incipiam seriis, maximos reges hic esse? Quid tyrannos, quid dominos, quid innumeras alias atque amplissimas potestates? Quid rei militaris experientissimos duces capiendarum urbium peritos, in equestribus proeliis aut in pedestri pugna immobiles atque invictissimos milites? Quid oratores, grammaticos, poetas? Quid scriptores, dialecticos, musicos? Quid pantomimos, quid mimulos, histriones, cantores, tuba, tibiis [2]) calamoque flatantes? Quid cursores, quid pugiles, 70
quadrigarios, desultores, grallatores, funiambulos, praestigiatores? [3]) Quid *piscarios* [4]), salinatores, bolonas, unguentarios, aurifices, aucupes, vannorum sirpiarumque vitores? [5])

---

duobus incertis et sqq. II, 62. et spiritum subrogare sqq. IV, 7. et auspicabile ducitis sqq. 1) cursum Cod. vitiose.

2) Edd. omnes praeter Hild. tibia praebent. 3) De quadrigariis v. Voss. ad Virg. Georg. I, 512. p. 212. Müller de Genio Saec. Theodos. II, p. 75 sqq. — De desultoribus v. Scalig. ad Manil. V, 85. Munker ad Hygin. fab. 80. Dempster Paralip. ad Rosin. Antiqu. Rom. p. 212 sq. et Pitt. d'Ercolano tom. III, tab. 44. et commentar. p. 229 sqq. — De grallatoribus v. Fest. s. v. p. 97. ed. Müll. Varro L. L. VII, 69. Pollux Onomast. IV, 14, 104. cf. Non. p. 115, 20. (ed. Merc.) et ibi Varronis fr. — De funiambulis v. Barth. Advv. V, 19. Manil. Astron. V, 651. Lactant. Sympos. aen. 93. Burm. ad Anthol. Lat. I, p. 623. Böttiger Kl. Schr. III, p. 335. Pitt. d'Ercolano tom. III, tab. 32. et comment. p. 158 sqq. — De praestigiatoribus v. Beckmann Gesch. der Erfind. IV, 55 sqq. Böttiger Kl. Schr. III, p. 158 sqq. 4) pigarios Codd. bigarios ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elmenh. Oberth. In cett. cybarios. Hild. cj. tynnarios vel cetarios. — Ipse pressius secutus Cod. vestigia piscarios dedi. 5) De bolonis (ed. pr. Bas. Cant. Urs. volones praebent) v. Isid. Gloss. s. v. et Donat. ad Terent. Eun. II, 2, 26. — De unguentariis v. Clem. Alex. Protr. II, 8. Becker Gall. II, p. 27 sq. Böttiger Sab. in Ind. — De vannorum sirpiarumque vito-

Quid fullones, lanarios, phrygiones [1]), cocos, panchristarios [2]), muliones, lenones, lanios, meretrices? Quid *institorum* [3]) alia genera? Quid professorum et artium, quibus enumerandis omnis aetas angusta est, rationibus conferunt et constitutionibus mundi, ut sine hominibus condi non potuisse credatur, nec obtenturus integritatem sui, nisi ei contentio [4]) animalis miseri et supervacui iungeretur?

39. Nisi forte rex *mundi*, quem [5]) temeritatis est maximae humano ex ore depromere, idcirco ex se genitas huc animas misit, ut quae fuerant apud se deae, corporei tactus et *temporariae* [6]) circumscriptionis expertes, humana immergerentur in semina, feminarum ex genitalibus prosilirent, ineptissimos ederent continuarentque vagitus, exsugerent fellitantes mammas, proluvie linerent et madidarent se sua, tunc ad [7]) silentium pavidae nutricis motibus et crepitaculis adducerentur auditis. Idcirco animas misit, ut quae fuerant simplices et bonitatis nuper innoxiae, simulare in hominibus discerent, dissimulare, *mentiri*, circumscribere [8]), fallere, adulatoria humilitate captare, mente aliud volvere, aliud in facie polliceri, in-

---

ribus (v i n c t o r e s praebent ed. pr. Bas. Cant. Elmenh. Oberth. sed v. Salm. ad Solin. p. 171.) cf. Columu. ad Enn. fr. p. 293. (p. 184. ed. Hessel) Plin. XXXV, 11. Intt. ad Fest. p. 160. Graev. ad Just. XLIII, 4. Jun. ad Cic. Ep. ad Att. II, 4. Varr. R. R. I, 23. Schneider in Lex. ad Scriptt. R. R. s. v. 1) Becker Gall. II, p. 100 sq. De phrygionibus v. Salm. ad Scriptt. H. A. p. 850 sqq. Becker Gall. I, 44 sq. Böttiger Kl. Schr. II, 239. 271. 2) De cocis v. Becker Gall. II, 130 sqq. Böttiger Kl. Schr. II, 217 sq. — De panchristariis (p a n c h r y s t a r i o s est in Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elmenh. Oberth.) v. Salvian. de Provid. VI, 10. Turneb. Advv. XIII, 14. Salmas. ad Scriptt. H. A. I, 873. 3) i n s t i t u t o r u m Cod. vitiose, ut supra. 4) c o n d i t i o ed. LB. c o m p l e t i o mg. Urs.

5) m u n d u s q u e m Codd. m u n d i q u o d mg. Urs. et recentt. edd. et probb. Memm. Livinej. Rig. et Hild. Ipse mutare q u e m non ausus sum, quamquam correctio q u o d proba esse videtur. 6) Sic emendavi. In Codd. t e m e r a r i a e legitur sine sensu, quod receperunt ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. t e r r e n a e habet mg. Urs. indeque Elm. et Orell., qui t e r r a r i a e cj. prob. Hild. m e t a r i a e ed. LB. 7) Sic Codd. et Hild. t u m a d ed. LB. et cj. Livin. In cett. e t u t a d. — In seqq. p a v i d i habent ed. pr. Bas. Cant. Ursin. 8) Hildebr. in Cod. legi affirmat: d i s s i m u l a r e n t c i r c u m s c r i b e r e (unde in textu suo: d i s s i m u l a r e e t c i r c u m s c r i b e r e dedit), sed Crusio aliisque testantibus in utroque Cod. est: d i s s i m u l a r e n t i r i c i r c u m s c r i b e r e, unde recte jam Sabaeus refinxit: d i s s i m u l a r e, m e n-

laqueare, decipere [1]) dolis atque insidiis nescios, per innumeras artes malitiarum venena conquirere, et ad usum temporis pellaciae mobilitate formari? [2]) Idcirco animas misit, ut in pacata et placida tranquillitate degentes adsumerent ex corporibus causas, quibus ferae fierent et immanes, simultates atque inimicitias gererent, consererent inter se bella, expugnarent atque everterent civitates, servitutis opprimerent et manciparent se iugo, et ad ultimum fierent alterius altera potestatis natalium condicione mutata? [3]) Idcirco animas misit, ut immemores veritatis effectae [4]) et quidnam esset deus oblitae simulacris inertibus 71
supplicarent, ligna, aera et lapides divina adloquerentur ut numina, auxilia poscerent *aut* [5]) caesorum animantium cruore, nullam sui facerent mentionem, quinimmo ex his aliae ut dubitarent se esse aut ullum esse penitus abnegarent? Idcirco animas misit, ut quae in sedibus propriis mente fuerant una, intellectu et scientia paribus, postquam formas induere mortales, opinionum discriminibus dissiderent, aliud aliis iustum, aliud utile videretur et rectum, de appetendis rebus fugiendisque certarent, malorum ac bonorum alios aliae constituerent fines, veritatem cupientibus noscere rerum opponeretur obscuritas, et velut oculorum luminibus viduae nihil certum viderent et per ancipites semitas suspicionum inducerentur errore?

40. Idcirco animas misit, ut cum animantia cetera sponte natis alerentur et nulla satione prolatis neque domorum aut vestium tutamina sibi aut velamenta conquirerent, miserabilis istis necessitas adderetur, ut cum impendiis maximis perpetuisque sudoribus domos sibi construerent, membrorum conficerent tegmina, superlectilem variam diurnorum [6]) contraherent egestati, imbecillitatis auxi-

---

tiri, circumscribere, quod et seqq. edd. omnes tenent. 1) Voc. decipere pro gloss. habent Rig. et Hild. 2) Sic Codd. Edd. praeter Hild. formare praebent. Pro pellaciae mg. Urs. ed. LB. Oberth. et Orell. pellaci praebent. 3) Quia nempe omnes nascuntur liberae. 4) Errant qui effectae participium per „perfectae" explicantes ad veritatis referunt, quum sit omnino cum immemores conjungendum. 5) poscerentur Codd. poscerent eos ed. LB. prob. Orell. poscerent ea ed. Hild. In cett. poscerent caesorum.

6) i. e. eorum, quae quotidie necessaria sunt. Nove hoc dictum. — In seqq. egestate praebent ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elmenh.

…er Überlieferung erklärt …
S. 15

lia animalibus mutuarentur a mutis, vim facerent terris, ut non sua sufficerent gramina, sed imperatas extollerent fruges, et cum sanguinem totum in subigenda tellure fudissent, robigine, grandine, siccitate spem laboris amitterent et ad ultimum vi famis humanis cadaveribus incubarent et ab hominum formis tabifica macie dissociarentur abiunctae? Idcirco animas misit, ut quae secum commorantes possessionis alicuius nullum umquam habuissent amorem, avarissimae hic fierent et in habendi studium inexsaturabili pectoris ardescerent adpetitu, effoderent altos montes et viscera ignota terrarum in materias verterent alieni nominis atque usus, penetrarent abditas discrimine cum capitis nationes et translatis mercibus caritatem semper vilitatemque
72 captarent, exercerent avidum atque iniustissimum faenus et miserorum *ex* sanguine supputandis augerent insomniam milibus [1]), possessionum semper producerent fines et, quamvis provincias totas rus facerent unum, pro arbore una, pro sulco forum litibus tererent, cum amicis et fratribus inexpiabiles susciperent simultates?

41. Idcirco animas misit, ut quae dudum fuerant mites et feritatis adfectibus nesciae commoveri, macella [2]) sibi et amphitheatra constituerent, loca sanguinis et publicae impietatis, ex quibus in altero mandi homines cernerent et bestiarum laniatibus dissipari, interficere se alios nullius ob meriti causam, sed in *gratiam* voluptatemque sessorum [3]), ipsosque illos dies, quibus tantum committeretur nefas, in gaudiis communibus ducerent et festa hilaritate sacrarent, at in altero [4]) vero animalium miserorum dis-

1) et miserorum et sanguine supputandis (supputandi Cod. Br.) augerent (augeret Cod. Par.) insomnia milibus Codd. quod correximus. et mis. e sang. supputandi se angerent insania: millibus ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. et Orell., nisi quod hic insomnia ex Heraldi emendatione recepit. et miser. e sanguine supputandis se angerent insomnia nominibus. Posessionum ed. LB. ex miserorum sanguine et supputantes augerent insomniam, milibus posessionum ed. Hild. — et mis. e sanguine supputandis angeret (sc. animas) insomnia milibus: posessionum cj. Meurs. Exerc. Crit. II, 2. p. 10.

2) V. de hoc loco Savar. ad Sidon. Apoll. I, 5. p. 39. 3) in gratam voluptatemque sessorum Codd. in gratam voluptatem consessorum ed. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. 4) Sic Cod. Par. ed. pr. mg. Urs. et ed. LB. ac in altero est in Cod.

cerperent viscera, alias *aliae* [1]) raperent, ut canibus mos est et vulturiis [2]), portiones, subigerent dentibus et crudelissimo ventri darent, et in tam saevis atque horridis oribus sortem suam flerent [3]) quas ab talibus mensis paupertatis angustiae vindicarent, pro beatis ac felicibus viverent, quarum ora et faciem tam crudeles polluerent apparatus? Idcirco animas misit, ut divini ponderis et gravitatis oblitae gemmas, lapillos, margaritas castitatis dispendio compararent, conspiciendis quaererent corporibus fucos [4]), innecterent his [5]) colla, lannas pertunderent aurium, imminuerent frontes limbis [6]), fuligine oculos obumbrarent [7]), nec in formis [8]) erubescerent masculorum calamistris vibrare caesariem, cutem corporis levigare [9]), incedere poplitibus nudis, omnique alio cultu vigorem virilitatis et exponere et in habitum feminarum deliciasque molliri? [10])

42. Idcirco animas misit, ut viarum aliae infestarent meatus, aliae circumscriberent nescios, testamenta sup-

---

Br. ed. pr. et Ursin. Cett. edd. praebent: sacrarent: in altero. 1) alias alia Codd. 2) Edd. praeter LB. et Hild. vulturibus praebent. 3) i. e. inter tam saeva atque horrida beluarum instar vorantium ora sortem suam flerent eae, quas sqq. Pro oribus quod tenent Codd. ed. pr. Bas. Cant. et Urs. Hild., cett. edd. ex mg. Urs. receperunt moribus. 4) Sic Codd. et edd. omnes praeter LB. et Orell., in quarum una verba: conspiciendis — fucos transposita leguntur post: pertunderent aurium, in altera inserta sunt post: imminuerent frontes limbis, ex dispositione Heraldi. Neque negari potest, quin perincommoda sint quae sequuntur: innecterent his colla, in quibus si his sincera est lectio, fucos generaliore sensu interpretandos esse puto de quovis ornamento, quae simul et omnia illa complectatur, quae collis innecti solebant. 5) his Sic Codd. catenis mg. Urs. prob. Rig. linis cj. Herald. taeniis cj. Stewech. bacis cj. Obbar. cit. Horat. Epod. 8, 14, et Boeth. Consol. Philos. III, 3, 2. — In seqq. Cod. lannas praebet a m. pr. lamnas a m. sec. 6) V. Intt. ad. Horat. I, 33, 5. Gronov. Diatr. ad Stat. Silv. II, 1. c. 17. p. 94. Winkelmanni Opp. VII, 118. ed. Meyer. 7) V. Rupert. ad Juven. II, 93. Böttiger Sab. I, 26. 54. et 56 sq. Fischer ad Anacr. XXVIII, 16. 8) Sic Codd. non: in formas quod inter alios et Hild. tacite recepit. in formis cum genitivo masculorum, non cum verbis: calamistris vibrare caesariem struendum est. — De calamistro cf. Böttiger Sab. I, 144. Varro L. L. V, 129. Serv. ad Aen. XII, 100. Isid. Origg. XX, 13. 9) Cf. Firm. Mat. Math. VIII, 7. Athen. Deipnos. XII, 3. Intt. ad Martial. X. 58. et II, 36. 10) Sic Codd. ed. LB. et Hild. In Cett. edd. mollire.

ponerent falsa, venenatas conficerent potiones, domos ut
73 effringerent noctibus, sollicitarent, abigerent, praevaricarentur et proderent, saporum fastidia ut excuterent palato, ut in coquendis alitibus pinguitudinem nossent retinere labentem, ut spirulas et botulos [1]) facerent, isicia, castellamenta, lucanica, suminatam [2]) cum his carnem et glacialia conditione tucceta? [3]) Idcirco animas misit, ut res sancti atque augustissimi nominis symphoniacas [4]) agerent et fistulatorias hic artes, ut inflandis bucculas distenderent tibiis, cantionibus ut praeirent obscenis numerositer et scabillorum [5]) concrepationibus sonoris, quibus animarum alia lasciviens multitudo incompositos corporum dissolveretur in motus, saltitare et cantare, orbes saltatorios *vertere* et ad ultimum clunibus et coxendicibus sublevatis lumborum crispitudine fluctuare? [6]) Idcirco animas misit, ut in maribus exsoleti, in feminis fierent meretrices, sambucistriae [7]),

---

1) De spirula v. Cat. R. R. c. 78. et Fest. s. v. p. 330. ed. Müll. — De botulo v. Fest. p. 35. Becker Gall. I, 245. V. Apic. de A. Coqu. II, 3. p. 65. ed. Jansson. 2) castellamenta lucanica suam minatam (Hild. summinatam legit) Cod. Par. catillamenta habet ed. LB. (Salmas. in Solin. p. 90.) Orell. — De isicio v. Salm. ad Scriptt. H. A. I, 831. Apic. II, 1 sq. Vales. ad Harpocrat. s. v. Ἐνθρυπτά p. 305. ed. Lips. Castellamentum farciminis genus esse videtur, ex forma, quam habebat, ita dictum. Meurs. in Exercitt. Crit. II, 2. p. 10. putat indistincte legendum esse: castellamenta lucanica, et ita dicta esse, quia pultes iis circumdarentur et quasi munirentur, id quod colligit ex Martial. XIII, 35. — De lucanicis v. Charis. I, 73. Meurs. Crit. Arnob. p. 70 sq. Bader ad Martial. XIII, 35. Manut. ad. Cic. Ep. fam. IX, 17. Apic. IV, 2. — De carne suminata (suminatam cum hiris carnem nostro loco cj. Heins. Advv. IV, 9.) v. Intt. ad Lamprid. Alex. Sever. c. 22. Böttiger Kl. Schr. III, 222 sqq. 3) Sic Codd. — Edd. praeter pr. et Hild. glaciali cond. tuceta praebent. — V. de tucceto Gloss. Vulc. p. 218. „Tuccetum, ζωμὸς παχύς." Gloss. Isid. „Tucetum bubula condita apud Gallos Cisalpinos," (igitur „marinirtes Rindfleisch in Gallert", ut nos dicimus) et inprimis Schol. Pers. Sat. III, 42. cf. Hild. ad Apulej. Met. II, 7. p. 90. 4) symphonicas Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Hild. 5) numerosos iterarent scabillorum concrep. sonores ed. LB. sonores est etiam in Codd. numerose scabillorum Cod. Br. De scabillis v. Salmas. ad Scriptt. H. A. II, p. 838. Cf. Fabretti Inscr. Cl. V, nr. 263. Cl. IX, nr. 40. Pitture antiche d'Ercol. tom. IV., tab. 13. p. 62. Bronzi d'Ercol. tom. II, tab. 41. p. 155. 6) saltitare — cantare — verteret — fluctuare Cod. — Omnes edd. praeter Hildebr., quam nos secuti sumus saltitaret — cantaret — verteret — fluctuaret praebent. 7) Cf. Isidor. Origg. III, 20. Fest.

psaltriae [1]), venalia ut prosternerent corpora, *utilitatem* [2]) sui populo publicarent, in lupanaribus promptae, in fornicibus *obviae* [3]), nihil pati renuentes, ad oris sacri comparatae *patrationem* [4]).

43. Quid dicitis o suboles ac primi progenies numinis? Ergone sapientes [5]) illae atque ex causis principalibus proditae genera haec animae turpitudinum, criminum, malitiarumque noverunt atque ut exercerent, ut gererent [6]), ut percelebrarent haec mala, *aditare* atque habitare *iussae sunt* [7]) has partes et humani corporis circumiectione vestiri? Et mortalium quisquam est rationis alicuius accipiens sensum, qui ordinatum existimet mundum per has [8]) esse, ac non potius sedem ac domicilium constitutum, in quo omne cotidie perpetraretur nefas, maleficia cuncta *confierent* [9]), insidiae, fraudes, doli, avaritia, rapinae, vis, scelus, audacia, obscenitas, turpitudo, flagitium, mala omnia cetera, quae in orbe homines toto mente noxia pariunt et labem machinantur in mutuam?

44. Sed sua, inquitis, voluntate, non regis missione [10]) venerunt. Et ubi pater omnipotens fuit, ubi regiae

---

p. 325. ed. Müll. Liv. XXXIX, 6. 8. Salm. ad Spart. Hadr. 26. Macrob. Sat. II, 10 1) V. Hieron. in Daniel. III, 5. 2) virilitatem Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. Hild. vilitatem mg. Urs. et cett. edd. Nos recepimus Meursii et Rig. conjecturam, quam veram esse probat etiam seq. genitivus pronominis personalis. 3) obvitae Codd. obviae mg. Urs. Elm. LB. Hild. In cett. obvinctae. Nos olim abditae emendandum putavimus. 4) Sic correximus, quum Codd. mendose praebeant: ad oris sacri comparatae comparatione. ad oris stuprum paratae ed. Bas. Cant. Elm. Oberth. Orell. ad oris sacri comparatae stuprationem est in cett. praeter Hild., quae dat: ad oris lubricam paratae conspurcationem. De re v. G. Erhardi Symb. in Petron. p. 551 sq. Intt. ad Petron. c. 9. p. 53 sq. ad Juvenal. II, 49. VI, 301. X, 238. — sacer h. l. est abominandus et exsecrabilis; Gloss. Arab.-Lat. ap. Vulc. p. 708.: „Patratio est rei Veneris consummatio.“ Schol. ad Pers. Sat. I, 18. „Patratio est rei Venereae perfectio vel consummatio, unde et patres dicti, eo quod patratione filios procreant.“ Cf. Prisc. II, 11.

5) sapientiae ed. LB. vitiose. 6) ut generent cj. Pontan. 7) habitare atque habitare iusserunt Cod., quod emendavi. mala, habitare iusserunt ed. pr. In cett mala, habitare iussae sunt. 8) propter has ed. LB. 9) conficerent Cod., unde pari iure et confierent et conficerentur potest restitui. Cf. infra II, 54. et VII, 11.

10) Sic Codd. — In edd. omnibus praeter Hild. iussione legi-

sublimitatis auctoritas, ut eas prohiberet *abscedere*[1]),
74 nec in praecipites labi permitteret voluptates? Si enim degeneres futuras locorum immutationibus sciebat — scire autem debuerat causarum ut omnium constitutor — aut extrinsecus aliquid accessurum his esse, quod eas faceret oblivisci suae dignitatis et decoris, (millies ut ignoscat oraverim) universorum non alius quam ipse est causa: siquidem perpessus est evagandi eas habere ius liberum, quas retenturas non esse integritatis suae habitum providebat[2]), atque ita perficitur, ut nihil intersit omnino voluntariae[3]) venerint, an illius obtemperaverint iussioni, cum non prohibendo quod oportuerat prohiberi cessatione crimen fecerit proprium et retentionis dissimulatione permiserit prius.

45. Sed procul haec abeat sceleratae opinionis immanitas, ut deus credatur omnipotens magnarum et invisibilium rerum sator et conditor, procreator[4]), tam mobiles animas genuisse, gravitatis ac ponderis constantiaeque nullius, in vitia labiles, in peccatorum genera universa declives, cumque eas tales atque huiusmodi sciret, in corpora ire *iussisse*[5]), quorum inductae[6]) carceribus sub procellis agerent tempestatibusque cotidie fortunae et modo turpia facerent, modo paterentur obscena, naufragiis, ruinis, incendiorum conflagrationibus ut perirent, pauperies alias, alias ut mendicitas premeret, *ut internorum paterentur* aliae laniatus *musculorum*[7]), aliae ut interirent veneno, claudae ut incederent aliae, ut[8]) aliae lumen

---

tur. — In seqq. omnes edd. praeter LB. et Hild. At ubi habent.
1) abscondere Cod. ed. pr. et Urs., cujus tamen in mg. abscedere habetur, ut est in cett. 2) Sic Codd. — In edd. est praevidebat. 3) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. voluntarie. —

4) Voc. procreator cum Hild. pro gloss. habeo. 5) iussisset Codd. ed. pr. Urs. et Hild. Probat etiam Herald. 6) Sic Codd. ed. LB. Hild. In cett. indutae. 7) premeret, infernarum paterent ut aliae laniatus muscularum Codd. ed. pr. et Urs. premeret, infernarum paterentur aliae lan. muscularum ed. Bas. Cant. Oberth. premeret, internorum paterentur aliae lan. musculorum mg. Urs. prob. Rig. et ed. Elmenh. In cett. ut ferarum paterentur ut aliae laniatus, muscularum ex mg. Urs. Inepte. Nemo enim umquam muscularum veneno interiit. Laniatus internorum musculorum sunt spasmatici cholericorum et dysentericorum dolores. 8) Verba: interirent ———

amitterent, ut articulis sederent aliae colligatis, morbis denique obiectarentur ut cunctis, quos infelix et miseranda mortalitas diversarum sustinet dilacerationem [1]) poenarum; tum deinde oblitae unius esse se fontis, unius genitoris et capitis, germanitatis convellerent atque abrumperent iura, urbes suas everterent, popularentur hostiliter terras, servos de liberis facerent, insultarent virginibus et matrimoniis alienis, odissent invicem sese, aliorum gaudiis et felicitatibus inviderent, tum deinde se omnes maledicerent, carperent et saevorum dentium mordacitate laniarent.

46. Sed procul haec abeat, ut eadem rursus frequentiusque dicamus, tam immanis et scelerata persuasio, ut ille salus rerum deus omnium, virtutum caput benignitatis et columen, atque ut eum laudibus extollamus humanis, sapientissimus iustus, perfecta omnia faciens et integritatis suae conservantia mensiones [2]), aut aliquid fecerit claudum, et quod minus esset [3]) a recto, aut ulli rei fuerit miseriarum aut discriminum causa, aut ipsos actus, quibus vita transigitur et celebratur humana, ordinaverit, iusserit et ab sua [4]) fluere constitutione praeceperit. Minora haec illo sunt et magnitudinis eius destruentia potestatem tantumque est longe, istarum *ut* auctor [5]) rerum esse credatur, ut in sacrilegae crimen impietatis incurrat quisquis ab eo conceperit hominem esse prognatum, rem infelicem et miseram, qui esse se doleat, qui condicionem suam detestetur et lugeat, qui nulla alia de causa esse intellegat procreatum, quam ne materiam non haberent per quam diffunderent se mala, et essent miseri semper, quorum cruciatibus pasceretur nescio quae vis [6]) latens et humanitati adversa crudelitas.

---

incederent aliae, ut omissa sunt in Cod. Br. 1) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. dilaceratione. Utrumque ferri potest.

2) mansiones ed. LB. Oberth. Orell. et cj. Memm. 3) Sic Codd. ed. LB. Oberth. In cett. (praeter Hild. qui nimis esset reposuit, nescio quo jure) eminus esset. 4) Sic Codd. — Edd. praeter Hild. a suis habent. 5) longe istarum auctor Codd. longe ut istarum auctor edd. Equidem ut particulam, quae necessario requiritur, post istarum inserui, propter cujus voc. ultimam syllabam facile ea poterat excidere. 6) quāuis Cod. Par. quauis Cod. Br. sine virgula. nescio qua vis ed. Hild. nescio quae latens ed. Bas. Cant. Oberth.

47. Sed si parens et genitor [1]) animarum, inquitis, deus non est, quo auctore progenitae et qua sunt ratione prolatae? Si infucata vultis audire, nec ab aliqua vocis ostentatione deducta, item confitemur nos istud ignorare, nescire [2]), scientiamque tantae rei non tantum nostram ducimus infirmitatem fragilitatemque transire, verum etiam potestatum quae in mundo sunt omnium et quae numina se esse opinionibus usurpavere mortalium. Sed quas [3]) dei negamus, cuius sint debemus ostendere? *Nihil* [4]) istud necessario sequitur. Non enim si negemus muscas, scarabaeos et cimices, nitedulas [5]), curculiones et tineas omnipotentis esse opus regis, sequaciter postulandum a nobis est, ut quis ea fecerit institueritque dicamus: possumus [6])
76 enim nulla cum repraehensione nescire, quis et illis originem dederit, et obtinere non esse deo ab superiore [7]) prolata tam supervacua, tam vana, tam ad nullas pertinentia rationes, quinimmo aliquando et noxia et necessariis [8]) importantia laesiones.

48. *Sic* consimiliter [9]) hic quoque, cum animas renuamus dei esse principis prolem, non continuo sequitur, ut explicare debeamus, quonam parente sint editae et causis cuiusmodi procreatae. Quis enim nos prohibet aut unde enatae [10]) sint prodierintque nescire, aut eas non esse dei progeniem scire? Quanam, inquitis, ratione, qua via? Quia omni vero verissimum est certoque certissimum, nihil rerum a principe, sicut saepius dictum est, agi, fieri, statui, nisi quod oporteat et conveniat fieri, nisi quod sit plenum et integrum et in suae integritatis [11]) perfectione finitum. Porro autem conspicimus homines id est animas ipsas (quid enim sunt homines nisi animae corporibus illi-

---

1) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. etiam genitor. 2) nescire pro gloss. habet Hild. 3) Sic Codd. — In edd. LB. et Orell. quia habetur. 4) mihi Cod. vitiose. 5) nitelulas Codd. et ed. Hild., qui hanc veram putat deminutivi formam esse. Sed v. Halm ad Cic. pro Sestio c. 33. 6) Edd. praeter Hild. possimus habent. 7) Sic Codd. — a superiore Edd. omnes. 8) Sic Cod. Par. ed. LB. et Hild. necessario Cod. Br. vitiose. necessarias cett. edd. —

9) in consimiliter Cod., quod bene emendavit Hild. Consimiliter habent edd. 10) natae Cod. Br. 11) suae et integritatis Cod. teste Hild., quod si revera illic reperitur, emendandum

gatae?) scaevitate [1]) innumerabili vitiorum ipsos se indicare non esse patricii generis, sed ex mediocribus familiis procreatos. Namque alios videmus immites, facinorosos, audaces, temerarios, praecipites, caecos, fictos, dissimulatores, mendaces, superbos, adrogantes, avaros, cupidos, libidinosos, inconstantes, invalidos et sua ipsos decreta conservare nequeuntes: quod utique non essent, si generositas eos adsereret principalis, et ab rerum capite descendentium ducerent honestamenta natalium.

49. Sed et boni, dicetis, sunt in rebus *humanis* [2]), viri, sapientes, iusti, inculpatis atque emendatissimis moribus. Nullam referimus [3]) quaestionem, an ulli aliquando fuerint tales, in quibus omnino nihil ista ipsa quae dicitur desideraret [4]) integritas. Sint licet perhonesti fuerintque laudabiles, tenuerint apicem perfectionis summum, nec in aliquo lapsu eorum aliquando claudicaverit vita, sed audire deposcimus quot [5]) sint aut fuerint numero, ut ex multitudinis magnitudine metiamur, an oppositio iusta sit facta et an [6]) aequalitatis compensatione librata. Unus, duo, tres, 77
quatuor, decem, viginti, centum, certe [7]) numero definiti et nominum forsitan compraehensionibus terminati. *Sed* [8]) genus humanum non ex bonis pauculis sed ex ceteris omnibus aestimari convenit et ponderari. In toto enim pars est, non totum in parte, et universitas debet attrahere portiones, non portionibus universitas adplicari. Quid enim si hominem dicas captum membris omnibus et eiulantem *ex* cruciatibus [9]) asperis, idcirco esse sanum, quod unius unguiculi nullum perpetiatur dolorem: aut esse auream terram, quod in verrucula collis unius insint exiguae miculae, quibus nascitur colliquefactis aurum, et admiratio congre-

fortasse: suae etiam integritatis. 1) Sic Codd. mg. Urs. ed. LB. Orell. Hild. In cett. saevitate.

2) humani in Cod. esse testis est Hild. 3) regerimus cj. Guyet. 4) Sic Cod. In ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. 5) quod Cod. teste Rig. 6) Sic Codd. ed. LB. et Hild. — In cett. et particula ante an desideratur. 7) Sic Codd. et edd. praeter pr., quae in textu certe, at in erratis certo correctum habet cum Urs. et Elmenh. 8) terminatis. et Codd. terminati. At edd. praeter Hild., cujus emendationem recepimus. 9) scruciatibus Cod., unde ed. LB. et Hild. ex cruciatibus correxerunt. excruciatibus emendat Obbar. cit. Prudent. Perist. XIV, 19.: „Corpusque duris excruciatibus

gatione conquiritur? [1]) Qualitatem materiae universitas elementi probat, non pulvisculi flabiles, nec mare continuo dulce est, si mitioris aquae guttas alicuius adieceris atque immiseris numeri: consumitur enim minuties ista immenso; et modo non [2]) parvi sed esse nullius existimandum est mominis [3]) quod per omnia diffusum perit et in magni corporis intercipitur vastitate.

50. Vos humano in genere bonos esse dicatis [4]) viros, qui ut esse credantur, comparatio forsitan efficiat pessimorum. Quinam isti sunt? dicite. Philosophi, credo, quid? esse solos [5]) sapientissimos autumant, et *vi* huius [6]) nominis supercilium sustulerunt: nempe illi qui cum suis cotidie cupiditatibus pugnant et adfectus ex animis insitos proturbare, pellere [7]) pertinacium moliuntur obluctatione virtutum, qui ne in vitia proritari facultatis possint alicuius instinctu, patrimonia et divitias fugiunt, et causas sibi auferunt [8]) lapsus: quod cum faciunt et curant, apertissime animas esse indicant labiles et infirmitate ad vitia proclives. Nostra autem sententia quod bonum natura est neque emendari neque corripi [9]) se poscit, immo ipsum debet quid sit malum nescire, si generis forma cuiusque in sua cogitat integritate *perstare* [10]): neque enim contrarium
78 insitum esse contrario potis est [11]), aut *in* impari [12]) pa-

---

ultro referebat." 1) Cave quid mutes. Vertendum: „aus deren Verschmelzung erst Gold entsteht und Bewunderung dafür erst durch die Vereinigung vel vereinigte Masse" h. e. quibus colliquefactis demum et in unum congregatis conquiritur aurum illud quod admiramur. 2) Sic Codd. ed. LB. Hild. In cett. nec modo non. Sed Cod. lectio si sincera est, defendi potest loco Tibulli I, 1, 47. 3) nominis Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs.

4) Sic Codd. ed. pr. Ursin. LB. Hild. In cett. dicitis. 5) Sic Codd. et ed. Hild. — In cett. qui se esse solos. 6) et in huius Codd. ed. pr. Bas. Cant. Ursin. 7) pellere voc. cum Hild. aliisque pro gloss. habeo. — In seqq. pertinaci habent omnes edd. praeter pr. Bas. Cant. Urs. Hild. 8) et — auferunt Cod. P. teste Hild. (in adn. crit., at in textu habet: afferunt) et — adferunt Cod. Par. teste Crusio, quem tamen errare puto, praesertim quum etiam Cod. Br. et — auferunt praebeat. ne — — afferant ed. pr. Bas. Cant. Urs. In cett. ut — auferant. 9) corripi Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Orell. corrigi mg. Urs. et cett. edd. praeter Hild. qui corrumpi textui obtrusit. 10) prestare Codd. vitiose. 11) Sic Codd. ed. LB. et Hild. pote est ed. pr. Bas. Ursin. Elmenh. In cett. potest. 12) aut impari Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. aut in im-

ritas aut dulcedo in amaritudine contineri. Qui ergo luctatur animorum ingenitas corrigere pravitates, is apertissime monstrat improbabilem [1]) se esse, quamvis omni conatu et pervicacia contendat.

51. Sed risui vobis est nostra responsio, quod cum regias suboles esse animas abnegemus, non referamus contra, ex quibus sint causis atque originibus procreatae. Quod est enim criminis genus, aut rei esse alicuius ignarum aut ipsum quod nescias sine aliqua profiteri dissimulatione nescire: aut uter magis videtur irrisione esse dignissimus vobis, qui sibi scientiam nullam tenebrosae rei alicuius adsumit, an ille qui retur se *ex* se [2]) apertissime scire id quod humanum transiliat notionem et quod sit caecis obscuritatibus involutum? Si penitus spectetur rei cuiusque natura, in simili et [3]) vos estis quam in nobis repraehenditis causa. Non enim quia dicitis ab ipso animas rege descendere ac succedere in hominum formas, exploratum aliquid dicitis et in luce positum manifestissimae veritatis. Coniicitis enim, non scitis; suspicamini, non tenetis: nam si scire est illud quod ipse tu videris aut cognoveris animo continere, nihil eorum quae adseritis potestis vos dicere aliquando vidisse, id est animas sede ab supera et regione descendere. Suspicione ergo utimini, non cognitionis expressae fide. Quid est autem suspicio, nisi opinatio rerum incerta et *in* nihil [4]) expositum iaculatio mentis inlata? Ergo qui suspicatur, non tenet, nec in lumine positus cognitionis incedit. Quodsi verum et fixum est apud rectos et sapientissimos iudices, et ista vestra qua fiditis pro ignoratione est habenda suspicio.

52. Ac ne tamen vobis tantummodo censeatis conie-

---

pari mg. Urs. indeque in cett. 1) pravitates is apert. monstrat imperfectum improbabilem (voc. imperfectum compunct.) Cod. Par. pravitates apertissime monstrant inprobabilem Cod. Br. is apert. monstrat imperfectum edd. praeter LB., quae: imperfectum, probabilem se esse qu. o. c. et perv. contendat. praebet emendatum.

2) se esse Cod. ex se esse ed. LB. In cett. retur sese, praeter Hild. cujus correctionem recepimus. 3) Hoc et desideratur in edd. Oberth. et Orell. 4) et nihil Codd. et in nil edd. praeter Hild. omnes. Verte: „und ein Schleuderwurf des Verstandes in das daliegende Nichts“ vel, si expositum cum aliis mavis interpretari exploratum, cognitum: „in das Ungewisse“.

cturis uti ac suspicionibus licere, et nos easdem [1]) possumus, quoniam commune est quod interrogatis, expromere. Unde, inquitis, homines et ipsorum hominum quid aut unde sunt
79 animae? Unde sunt elephanti, tauri, cervi, *muli* [2]), asini? unde leones, equi, canes, lupi, pantherae eorumque *quae* vivunt [3]) quid aut unde sunt animae? Neque enim fidem res habet, ut Platonico ex illo cratere [4]), quem conficit miscetque Timaeus, aut horum animae venerint aut locusta, mus, sorex, blatta, rana, centipeda animata esse credantur et vivere, *siquidem* [5]) ex elementis ipsis causa est illis atque origo nascendi, si ad animalia gignenda, quae in singulis his degunt, insunt abditae atque obscurissimae rationes. Nam et videmus alios ex sapientibus dicere, tellurem esse *hominum* [6]) matrem, aquam tum alios, aerium [7]) spiritum his alios iungere, solem vero nonnullos esse horum opificem et ex ignibus animatos eius vitali agitatione motari. Quid si et haec non sunt et est aliqua res alia, alia causa, alia ratio, potestas alia denique inauditi nobis atque incogniti nominis, genus quae hominum [8]) finxerit et rerum constitutionibus adplicarit, nonne fieri potis [9]) est, ut exorti homines ita sint, nec ad deum primum nativitatis eorum referatur auctoritas? Quid enim putamus habuisse rationis Platonem illum magnum pie sancteque sapientem, cum hominis fictionem deo removit a maximo et ad minores nescio

---

1) Sic ed. LB. et Hild. qui testatur ita in Cod. P. legi. Sed Rig. ibi legit isdem et Crus. aliique idem in utroque Cod. invenisse videntur; idem habent omnes cett. edd. 2) milui Cod. 3) quiviunt Cod. teste Hild. qui vivunt teste Crusio. 4) Plat. Tim. p. 41. 5) vivere quidem Cod. Par. et ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. vivere quid Cod. Br. vivere quia mg. Urs. Elmenh. Orell. vivere, quia eadem ed. LB. prob. Orell. quod enim ed. Hild. Nos putamus si quidem vel quod quidem reponendum esse. Illud quidem praetulimus, quia voc. si facillime potuerit excidere, propter alterum si in sequ. linea obvium. — Negat Arnobius ex cratere Timaei venisse animas hominum aut animalia animata esse et vivere ex eo credibile esse; multo potius elementis ipsis illorum originem tribui, si ad animalia gignenda revera his insint abditae obscurissimaeque rationes, id quod sapientes atque philosophi innuant; sed ne hoc quidem pro vero posse adfirmari. 6) hominem Codd. vitiose. omnium mg. Urs. 7) Sic Codd. tum alios aerem ed. pr. Bas. Cant. Urs. cum ea alios aerium ed. LB. Orell. — Ceterum cf. Censorin. de D. N. c. 4. p. 19. ed. Haverk. 8) gens quae hominem ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. 9) pote ed. pr. Bas.

quos transtulit, cumque eiusdem *noluit*[1]) sinceritatis esse mixturas humani animas[2]) generis, cuius animam fecerat universitatis istius, quam quod hominis fabricam indignam esse rebatur deo, nec rei flaccidae fictionem magnitudini eius et eminentiae convenire?

53. Ergo cum haec ita sint, non absone neque inaniter credimus, mediae qualitatis esse animas hominum, utpote ab rebus non principalibus editas, iuri subiectas mortis, parvarum et labilium virium: perpetuitate donari, *si*[3]) spem muneris tanti deum[4]) ad principem conferant, cui soli potestas est talia corruptione exclusa largiri. Sed stulte istud credimus. Quid ad vos, ineptissimae fatuae?[5]) Ubi vobis nocemus vel quam vobis facimus aut irrogamus iniuriam, si omnipotentem confidimus deum habiturum esse rationem nostri, cum abire a corporibus coeperimus et ab orci faucibus, quemadmodum dicitur, vindicari?

54. Ergone, *inquiet*[6]) aliquis, sine dei voluntate quicquam potis est fieri? Considerandum est *nobis*[7]) sollicite et cura inspiciendum non parva, ne, dum[8]) honorare nos deum tali interrogatione censemus, in contrarium labamur nefas, maiestatis eius eminentiam destruentes. Qua ratione, qua causa? Quoniam si cuncta eius voluntate *conficiuntur*[9]), nec citra eius nutum quicquam potest in rebus

---

Cant. Urs. 1) voluit Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. In cett. ex mg. Urs. est noluit. 2) animas Codd. test. Meursio, Crusio aliisque, et edd. praeter Cant. et Hild., quae animarum praebent.

3) si particula, quae necessaria videtur, deest in Codd. et ed. pr. et Urs., et in ed. Hild. inserta est post muneris. Edd. pr. et Urs. male sic distinguunt: parvarum et labilium virium perpetuitate donari; spem sqq. Ed. Elmenh. Hanov. etiam omittit si particulam et pro conferant corrigit conferimus. 4) dominum ed. pr. Bas. Cant. Urs. invito Cod. 5) ineptissime fatuae Cod. ineptissimae fatuae ed. pr. Bas. Cant. Urs., quam lectionem recte vindicat Meurs. Exercitt. Crit. II, 1, 4. ex locis Homeri Il. II, 235. VII, 96. et Virg. Aen. IX, 617., quum antea emendasset ineptissime fatui. Livinej. cj. ineptissimi fatui et mg. Urs. indeque Elm. ineptissimi et fatui habent. In cett. vos? Ineptissime, fatue.

6) inquit et Codd. inquiret cj. Carrio. — In seqq. pro quicquam Crus. in Cod. legit quisquam et pro potis est vett. edd. pro more pote est habent. 7) vobis Codd. ed. pr. Bas. Cant. In Urs. primum legitur nobis. 8) Verba: non parva, ne, dum desunt in Cod. Br. — In seqq. dominum pro deum habet Cod. Br. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. Orell. 9) conficiunt Cod. Par.

vel provenire vel cadere, necessario sequitur, *ut* [1]) mala etiam cuncta voluntate eius intellegantur enasci. Sin autem dicere voluerimus contra, pessimorum ab eo reiicientes causas, mali esse conscium generatoremque nullius, incipient evideri [2]) aut eo invito res pessimae fieri aut, quod sit immane dixisse, nesciente, ignaro ac nescio. Rursus autem si dicere nulla esse voluerimus mala, sicut esse nonnullis opinatum et placitum reperimus, reclamabunt cunctae gentes universaeque nationes, cruciatus nobis ostentantes suos et discriminum species multiformes, quibus cuncta [3]) per singula genus uritur et laceratur humanum. Tum deinde a nobis exquirent: Cur mala si nulla sunt, ab operibus vos certis et facinoribus [4]) abstinetis? cur non omnia facitis quae impatiens iusserit atque imperaverit libido? cur in noxios denique terribilibus poenas constituitis legibus? Nam stoliditas inveniri quae immanior [5]) potest, quam mala esse nulla contendere, et tamquam malos perdere et condemnare peccantes?

55. Quae cum esse consenserimus victi et universa his scatere nominaliter [6]) annuerimus humana, consequetur ut rogitent: Cur ergo haec mala deus omnipotens non aufert, sed esse perpetitur et cum omnibus saeculis pertinaci continuatione procedere? Si intellectus nobis adfuerit dei regis ac principis, nec per impias vagari suspicionum
81 voluerimus insanias, respondeamus necesse est, nescire nos ista, *nec* [7]) quae nullis possent facultatibus compraehendi expetisse aliquando aut studuisse cognoscere: meliusque ducetis [8]) quinimmo, potius *vagis in* inscientiae [9])

---

conficiuntur Cod. Br. teste Livin. — Hild. cj. confiunt, sed res incerta est. 1) sequitur mala Codd. ed. pr. Bas. Cant. Hild. Urs., quae tamen cum signo asterisci in mg. habet. 2) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. videri. 3) Sic Codd. et edd. praeter LB., quae puncta habet, quod et Cant. cj. — In seqq. saecula pro singula dat ed. pr. Bas. Cant. Urs. 4) favoribus ed. pr. Bas. Urs., quae tamen verum in mg. habet. 5) Sic Codd. et ed. Hild. maior mg. Urs. et LB. In cett. inanior.

6) non inaniter Cod. Br. test. Livin. Cant. (qui id probat) et Lersch. 7) et Codd. test. Crusio et Anchers. 8) Sic Codd. et recte. In edd. est ducentes, quod quomodo novissime potuerit Hild. defendere vix capio. Ed. Bas. habet melius ducentes. — Totus locus huc usque graviter laborabat falsa interpunctione, si quidem in omnibus edd. ante quinimmo, quod ad praecedentia pertinet, comma est positum. 9) potius magis inscien-

x The Ms. nominaliter Lofstedt P. 15

finibus atque ignorantiae permanere, quam sine deo dicere nihil fieri, per voluntatem [1]) ut simul intellegatur et malis eum causas dare et miseriarum esse innumerabilium conditorem. Mala ergo, dicetis, unde sunt haec omnia? Ex elementis, inquiunt, et ex eorum inaequabilitate, sapientes: quod fieri [2]) qui possit, ut quae sensum et iudicium non habent malitiosa esse perhibeantur et noxia, aut non ille sit potius malitiosus et noxius, qui res pessimas et nocentissimas [3]) futuras in alicuius operis adsumpsit effectum, eorum est qui adserunt pervidere. Quid ergo nos? unde? Responsionis necessitas nulla est. Sive enim possumus dicere, sive minus valemus nec possumus, utrumque apud nos parvum est; nec in magnis ponderibus ducimus vel ignorare istud vel scire, unum solum posuisse contenti, nihil a deo principe quod sit nocens atque exitiabile proficisci. Hoc tenemus, hoc novimus, in hac una consistimus cognitionis et scientiae veritate, nihil ab eo fieri, nisi quod sit omnibus salutare, quod dulce, quod amoris et gaudii laetitiaeque plenissimum, quod infinitas habeat atque incorruptibiles voluptates, quod sibi quisque contingere votis omnibus expetat [4]), forisque ab his esse exitiabile ac mortiferum ducat.

56. Cetera quaecumque sunt alia, quae in quaestionibus adsolent controversiisque versari, quibus genitoribus orta sint vel quibus auctoribus [5]) fiant, neque nosse contendimus neque inquirere aut vestigare curamus: suis omnia relinquimus causis, nec ad id quod expetimus esse nobis adiuncta atque adplicata iudicamus. Quid est enim, quod humana ingenia labefactare [6]) studio contradictionis non

---

tiae Codd. ed. pr. Bas. Cant. Ed. Urs. magis omittit, et in mg. in inscientiae praebet, quod retento potius omnes cett. edd. receperunt. — Nos locum ex nostra conjectura sanum dedimus. 1) Ed. LB. fieri voluntate correxit, praeter voluntatem cj. Meurs. prob. Hild., et Orell. verba per voluntatem pro gloss. habuit. Sed nullum latere mendum in aperto est, quum ea verba non ad antecedentia, sed ad sequentia trahenda sunt, id quod omnes edd. neglexerunt. 2) et fieri Cod. Br. 3) Verba et nocentissimas desiderantur in edd. Oberth. et Orell. 4) expectat Cod. Par. test. Rig. et Crusio.

5) actoribus prave exhibent ed. Oberth. et Orell. 6) labefactare dissolvere studio Cod. Par., sed verb. dissolvere, quod inde ab Elmenh. in omnibus edd. legitur, punctis est subscri-

audeant, quamvis illud, quod infirmare moliuntur, sit pu-
82 rum et liquidum et veritatis obsignatione munitum? Aut quid rursus adserere verisimilibus argumentis non queunt, quamvis sit apertissime falsum, quamvis evidens manifestumque mendacium? Cum enim sibi persuaserit quis esse aliquid aut non esse, amat quod opinatur adserere et acumine alios anteire, maxime si agatur res submota et ab-ditae caligine [1]) involuta naturae. Mundum quidam ex sapientibus aestimant [2]) neque esse *natum* neque ullo esse in tempore periturum; immortalem nonnulli, quamvis eum conscribant esse natum et genitum; tertiis vero conlibitum dicere est, et esse natum et genitum et ordinaria necessitate periturum. Et cum ex istis opinionibus trinis unam esse necesse sit veram, cunctis tamen argumenta non desunt, quibus et sua decreta confirment et aliorum subripiant [3]) et labefaciant scita. Eumdem hunc alii elementis ex quatuor tradunt et pronuntiant stare, ex geminis alii, ex singulis tertii, sunt qui ex his *nullis* [4]) et individua corpora eius esse materiem et primam originem dicant. Cumque ex his *vera sit* [5]) una sententia, *at* nulla ex his certa, similiter hic quoque argumenta omnibus praesto sunt, quibus et ea quae dicunt vera esse constituant, et redarguant positas in aliorum sententiis falsitates. Sic et deos nonnulli esse abnegant [6]); prorsus dubitare se alii an sint uspiam dicunt [7]); alii vero existere neque humana curare [8]): immo alii perhibent et rebus interesse mortalium et terrenas administrare rationes.

57. Cum ergo haec ita sint neque aliter fiat, quin sit unum ex omnibus verum, pugnant tamen argumentis

---

ptum, et omissum in Cod. Br. 1) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. et abdita et caligine. 2) Edd. omnes praeter LB. et Hild. existimant habent. — In seqq. pro natum Codd. praebent siccatum. — De re cf. Philarg. ad Virg. Georg. II, 6. Euseb. Praep. Evang. XV, 8. Lips. Physiol. Stoic. II, 20. 3) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. subrumpant. 4) nullos Cod. nullis sed ed. Urs. nullo et ed. LB. et cj. Rig. Verba: tertii, sunt qui — — corpora eius desunt in Cod. Br. 5) versa sunt Cod. mendose. In seqq. ed. Urs. interpungit: ex his, certa similiter. Pro aut nulla, quod Codd. et edd. tenent, Meurs. recte cj. at nulla. 6) Ut Diagoras Melius, Theodorus Cyrenaicus. 7) Ut Protagoras. V. Diog. Laert. IX, 51. ibique Menag. Cic. N. D. I, 23. et Intt. 8) Ut Epicurei, quorum sententiae adversabantur Plato et Stoici.

omnes, neque singulis deest id quod probabiliter dicant, sive cum suas res adserunt, sive cum alienis opinionibus contradicunt. Non alia neque absimili ratione de animarum ab his condicione disseritur. Hic enim eas retur et esse perpetuas et superesse mortalium functioni, superesse ille non credit, sed cum ipsis corporibus interire. Alterius vero sententia est, nihil eas continuo perpeti, sed 83
post hominem positum aliquid eis ad vitam dari, mortalitatis deinde in iura succedere [1]). Et cum omnia nequeant veri esse consortia, ita tamen fortibus et validissimis probationibus omnes agunt, ut reperire non possis quidnam tibi videatur falsum, quamvis ex omni parte diversa dici adspicias et rerum contrarietatibus dissonare [2]). Quod utique non fieret, si certum aliquid tenere curiositas posset humana, vel quod videretur inventum, aliorum omnium comprobaretur adsensu. Inanissima igitur res est et supervacui operis tamquam scias aliquod [3]) promere, aut velle scire contendere quod, etsi sit verum, posse videas destrui [4]), aut acceptare pro vero id quod forsitan non sit et ex more halucinantium proferatur. Et merito res ita est. Non enim divina divinis, sed rationibus pendimus et coniectamus [5]) humanis, atque ut fieri meruisse quid remur, ita esse oportere contendimus.

58. Quid ergo nos soli ignoramus, nescimus [6]), quisnam sit animarum conditor, quisnam constitutor, quae causa hominem finxerit, mala unde proruperint, vel cur ea rex summus et esse patiatur et confici, neque ab rebus [7]) propellat humanis? Vos enim horum quicquam exploratum habetis et cognitum? Si suspicionum exponere volueritis audaciam, potestis explicare ac promere, mundus iste, qui nos habet, utrumne sit genitus *aut* [8]) tempore in aliquo

---

1) Cf. Cic. Tusc. I, 31. ibique Intt. 2) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. ex cujus mg. edd. cett. dederunt dissona. Hild. habet dissonora. 3) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. aliquid. 4) Sic Codd. (nisi quod Br. videamur habet pro videas) et edd. praeter Bas. Cant. Oberth., quae: contendere: etsi sit verum posse id adstruere praebent. 5) Sic Codd., edd. Elmenh. LB. et Hild. commentamur ed. Bas. Cant. et mg. Urs. In cett. commetamur.

6) nescimus pro gloss. habet Hild. Sed cf. supra c. 54. 7) Edd. praeter Hild. a rebus dant. 8) Codd. an praebent pro aut, quod ex Livineji emendatione restituimus. utrum non sit genitus, an mg. Urs. ed. LB. Oberth. et Orell. utrumne sit ingenitus an ed.

constitutus? si constitutus et factus est, quonam operis genere aut rei cuius ob causam? Potestis inducere atque expedire rationem, cur non fixus atque immobilis maneat, sed *orbito* [1]) semper circumferatur in motu? sua ipse sponte et voluntate circumagat [2]), an virtutis alicuius impulsionibus torqueatur? locus ipse ac spatium, in quo situm est ac volutatur, quid sit? infinitus, finitus, inanis an [3]) solidus? axis eum sustineat extremis cardinibus nitens, an ipse se potius vi propria sufferat et spiritu in-
84 teriore suspendat? Potestis interrogati planum facere *inscientissimique* [4]) monstrare, quid nivem in plumeas subaperiat crustulas? quidnam fuerit rationis et causae, ut non ab occiduis partibus dies primus exsurgeret, et lucem in oriente finiret? quemadmodum sol ipse [5]) uno eodemque contactu tam varias res efficiat, quinimmo contrarias? quid sit luna? quid stellae? cur una specie aut illa non maneat, aut per omne mundi corpus frustilla haec ignea convenerit [6]) atque oportuerit *figi*? *cur alia* [7]) ex his parva, ampliora et maiora sint alia, obtunsi haec luminis, acutioris illa et fulgidae claritatis?

59. Si praesto est quod libuerit scire, et in aperto rerum *et in scientia* [8]) *constitutum*, *edissertate* nobis *et dicite*, quibus modis fiant et rationibus pluviae, ut in superis partibus atque in aeris hoc medio suspensa aqua teneatur, natura res labilis et ad fluorem semper decursionemque tam prona? Edissertate, inquam, et dicite, quid sit quod grandinem torqueat, quod guttatim faciat pluviam labi, quod imbres *in*

Hild. Cett. cum Codd. faciunt. 1) orbi toto Codd. ed. pr. orbe toto Bas. Cant. Urs. Elm. orbico LB. Oberth. Orell. orbitato cj. Rig. orbito dedimus ex Hild. conj. Cf. nos ad Varr. Satt. Menipp. frr. p. 138. et Gloss. Lat.-Arab. ap. Vulcan. p. 708. „Orbitus, annualis." 2) Sic Cod. Par. ed. pr. Urs. et Hild. circumagatur Bas. Cant. se circumagat Cod. Br. et Elmenh. Cett. ipse se sponte —— circumagat habent. 3) ac Codd. inanis? an interpungunt quinque prior. edd. 4) inscientissimeque Codd. prob. Hild. scientissimeque cett. edd. Nobis videtur inscientissimique aut inscientissimisque reponendum esse. 5) ipso ed. Oberth. Orell. et Hild. 6) convenerint? ed. pr. (in errat.) et inde ed. Bas. Cant. Urs. 7) figuralia Codd. figura alia ed. pr. Bas. Cant. Urs. figurari alia ed. LB. figi? cur alia cett. edd. ex mg. Urs.

8) est inscientia constituta Codd. prob. Hild. — In cett. est scientia constituta. — In seqq. Cod. habet: et dissertate nobis edicite. Edd. omnes praeter Hild. nobis omittunt.

nives plumeas et *foliola* [1]) dilatarit, ventus unde oriatur et quid sit, cur temporum vicissitudines institutae, cum statui unum posset et una esse species caeli, nihil ut rerum desideraret integritas? Quae est causa, quae ratio, ut maria *salsa* [2]) sint, aut terrarum *aquae* dulces, *calidae* sint [3]), amarae vel frigidae? Quo ex materiae genere humanorum corporum concreta [4]) et stabilita sint viscera, unde ossa solidata, quid intestina, quid venas fistulatas et conmeabiles fecerit? Cur cum esset utilius oculis nos illuminare compluribus ad periculum caecitatis, duorum sumus angustiis adplicati? Beluarum et anguium tam infinita atque innumerabilia genera cuius rei sunt causa vel informata vel prodita? Quid in mundo faciunt bubones, immussili [5]), buteones? quid alites et volucres ceterae? quid formicarum et vermium genera in varias labes perniciesque nascentia? quid pulices, quid impudentes muscae, araneae, sorices, mures, sanguisugae, tippulae? [6]) quid spinae, quid sentes, 85
quid avenae, quid lolium, quid herbarum aut fruticum aut adolentia [7]) naribus aut tristia in odoribus semina? Immo si aliquid sciri, compraehendi aut aliquid si posse censetis, quid sit triticum dicite, far, hordeum, milium, cicer, faba, lenticula, melo, *cuminum*, porrina [8]), ulpicum, caepe? Non enim, si fructui vobis sunt et ciborum mediis in generibus constituta, expeditum aut promptum est quid sint singula scire, cur talibus figurata sint formis, fuerit necessitas aliqua, ut non alios sapores, alios odores, alios colores, quam quos habent singulae res, habere debuerint, an et alios potuerint sumere. Ipsa deinde haec quid sint, sapor, *dicite* [9]), sapor et cetera qualitatum distantias quibus ex

---

1) imbresue (imbresuae legit Rig.) nives plumeas et folgora (foliora a m. sec.) Cod. teste Hild. et Crus., nisi quod hic imbres ac cum plurr. edd. legisse videtur. imbres, quod nives ed. LB. sola. plumeas? quod Aeoli ora dilatarit ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. plumeas et fulgora edd. cett. 2) sola Codd. 3) aut terrarum hae dulces, aliae Codd. et edd. quod emendandum putavi. Pro terrarum mg. Urs. habet ceterarum aquarum. 4) concreata Codd. defendente Hild. ex loco Gell. XIX, 5. 5) in mussilibus teones Cod. teste Crus. immusuli dicit Hild. in illo legi. 6) hippulae Codd. 7) fruticum suaveolentia ed. LB. aut redolentia mg. Urs. et ed. Elm. 8) meloneum vinum porrina Codd. inula cuminum porri ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. melonula cuminum porrina ed. Orell. melo, cuminum ed. LB. 9) dico id est

rationibus ducant? Ex elementis, inquitis, et ex principalibus originibus rerum. Amara sunt enim elementa vel dulcia, odoris sunt alicuius *vel* coloris, ut [1]) ex eorum concretione credamus partitas esse in nascentibus qualitates, quibus aut suavitas nascitur aut sensibus offensio comparatur?

60. Cum igitur et vos ipsos tantarum ac tot rerum fugiant origines, fugiant causae, fugiant rationes, neque dicere [2]) neque explanare possitis quid sit factum [3]) aut quare aut cur oportuerit non esse, verecundiam convellitis et dilaceratis nostram, qui quae nequeunt sciri nescire nos confitemur, neque ea conquirere aut investigare curamus, quae compraehendi liquidissimum est non posse, quamvis mille per corda suspicio se porrigat atque intendat humana. Et ideo Christus licet vobis invitis deus (deus, inquam, Christus, hoc enim saepe dicendum est, ut infidelium dissiliat et dirumpatur auditus) dei principis iussione loquens sub hominis forma, cum mortalium sciret caecam esse naturam neque ullam posse compraehendere veritatem, positarum nec ante oculos rerum pro comperto habere et cognito quicquid sibi esse suasisset, nec pro suis [4]) suspicionibus haesitare litigiosas serere atque intendere quae-
86 stiones, — omnia ista nos linquere et posthabere praecepit neque in res eas, quae sint a nostra procul cognitione dimotae, infructuosas immittere cogitationes, sed, quantum fieri potis [5]) est, ad dominum rerum tota mente atque animo proficisci, sustolli ab his locis [6]) atque in eum traducere suspensas pectoris conversiones, memoriam eius habere perpetuam et, licet nulla possit imaginatione formari, auras tamen nescio quas eius sibi contemplationis adfingere. Rebus enim ex omnibus, quas augustae conti-

---

Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. quod emendavimus. dico odor et color: qualitatum ed. Elm. In cett. edd. dico ut est ex corr. Meursii. 1) alicuius coloris ut Cod. Par. a m. pr. alicuius oloris ut Cod. Br., et Cod. Par. a m. sec. et ed. pr. — vel coloris ed. LB. colorisve ed. Urs. olorisve ed. Hild. In cett. vel oloris. — Olim malui: sunt alicujus, alicujus coloris.

2) Verba neque dicere sunt omissa in edd. Oberth. et Orell. 3) sit aut factum ed. LB. 4) Sic Cod. Par. teste Crus. — Hild. et alii in eo nec prorsus legebant. nec ipsius Cod. Br. et prorsus edd. habent. 5) pote praebent prior. quinque edd. pro potis, pro more. 6) Verba: atque animo — — his locis desunt

net divinitatis obscuritas, solum esse indubitabilem, solum verum et de quo nullus ambigere nisi amens possit et desperationis insanae, quem satis sit scire, ut nihil aliud noveris, sisque veram et maximam scientiam consequutus, in *deo*, rerum capite, et [1]) cognitione defixus.

61. Quid est, inquit, vobis investigare [2]), conquirere, quisnam hominem fecerit, animarum origo quae sit, quis malorum excogitaverit causas, orbe sit sol amplior an pedis unius latitudine metiatur, alieno ex lumine an propriis luceat fulgoribus luna? Quae neque scire compendium neque ignorare detrimentum est ullum. Remittite haec deo atque ipsum scire concedite, quid quare aut unde sit, debuerit esse aut non esse, supernatum [3]) sit aliquid an ortus primigenios habeat, aboleri conveniat an reservari, exuri, dissolvi [4]), an repetita integritate renovari. Vestris non est rationibus liberum implicare vos talibus et tam remota inutilitate curare. Res vestra [5]) in ancipiti sita est, salus dico [6]) animarum vestrarum, et nisi vos adplicatis dei principis notioni, a corporalibus vinculis exsolutos expectat mors saeva, non repentinam adferens extinctionem, sed per tractum temporis cruciabilis poenae acerbitate consumens.

62. Neque illud obrepat aut spe vobis aeria blandiatur, quod ab scholis [7]) nonnullis et plurimum sibi adrogantibus dicitur: deo esse se gnatos nec fati obnoxios legibus, si vitam restrictius egerint, aulam sibi eius patere, ac post hominis functionem prohibente se nullo tamquam in sedem 87
referri [8]) patritam; neque quod magi spondent, commen-

---

in Cod. Br. 1) i. e. etiam. Participium defixus solve per conditionalem particulam. — In praecedentibus Codd. pro deo habent dei. —

2) Pro investigare, quod Hild. pro gloss. habet, ed. Bas. praebet vestigare. 3) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. semper natum mg. Urs. et cett. edd. — Supernatum interpretor quod elementitiae substantiae non est, sed alienae quasi radicibus innatum. De anima h. l. esse sermonem nemo non videt. — 4) dissolvi pro gloss. habet Hild. 5) Sic Codd. et ed. Hild. remotas inutiliter curare res. Vestra ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. remotas inutiliter curare res. Res vestra ed. Orell. remota ab utilitate curare. Res vestra ed. LB. 6) dici Codd. — dico deest in edd. usque ad Elmenh. /

7) ab scholis Codd. a scholis ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Hild. In cett. a sciolis ex emend. mg. Urs. et Cant. 8) referre

daticias habere se preces, quibus emollitae nescio quae potestates vias faciles praebeant ad caelum contendentibus subvolare, neque quod Etruria libris in Acheronticis pollicentur [1]), certorum animalium sanguine numinibus certis dato divinas animas fieri et ab legibus mortalitatis educi. Blandimenta haec cassa sunt et inanium fomenta votorum. Servare animas alius nisi deus omnipotens non potest, nec praeterea quisquam est, qui longaevas facere perpetuitatis possit et spiritum subrogare, nisi qui immortalis et perpetuus solus est et nullius temporis circumscriptione finitus. Cum enim dii omnes vel quicumque sunt veri vel qui esse rumore atque opinione dicuntur, immortales et perpetui voluntate eius sint et beneficii [2]) munere, qui fieri potis est, ut alii [3]) praestare id quod ipsi sunt valeant, cum alienum id habeant et maioris potentiae commodatum? Caedant [4]) licet hostias quantaslibet Etruria, humana sibi omnia sapientes negent, magi cunctas emolliant et commulceant potestates: nisi a domino rerum datum fuerit animis id, quod ratio postulat idque per mandatum [5]), multum postea paenitebit fuisse *derisui* [6]), cum *ad sensum* coeperit interitionis accedi.

63. Sed si, inquiunt, Christus in hoc missus a Deo est, ut infelices animas ab interitionis exitio liberaret, quid saecula commeruerunt priora, quae ante ipsius adventum mortalitatis condicione consumpta sunt? Potestis enim scire, quid sit *cum eis animis* [7]) actum priscorum veterrimorumque mortalium? subventum et his an sit ratione aliqua consultum atque provisum? Potestis, inquam, scire [8]) id quod Christo potuit docente cognosci [9]): infinita an finita

---

Cod. et ed. Hild. — Pro patritam ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. et Oberth. patriam praebent. 1) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. pollicetur. — De libris Acheronticis v. Serv. ad Virg. Aen. VIII, 399. Censorin. D. N. c. 14. Müller Etr. II, 27 sqq. 2) beneficiis munere Cod. quod retinens Hild. sequens munere uncinis inclusit. 3) aliis mg. Urs. et ed. Elm. — In seqq. quatuor prior. edd. vel quod ipsi praebent. 4) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. Caedat. 5) i. e. per mandatum Dei postulat, qui humanis animis perpetuitatis desiderium insevit. 6) me risui Cod., quod emendavit Hild. In cett. irrisui. — In seqq. Cod. habet: cum absens cum coeperit.

7) cum eius nimis Cod. unde Rig. cj. cunctis animis. 8) scire deest in Cod. Br. 9) agnosci ed. Oberth. et Orell. —

sint saecula ex quo in terris esse genus hominum coepit, quando primum animae corporibus illigatae [1]), quis auctor vinctionis [2]) istius, quinimmo ipsius quisnam hominis fabricator, quo priorum abscesserint animae, quibus in mundi 88
partibus aut regionibus fuerint, corruptibiles an contra, potuerintne accedere ad periculum moriendi, nisi tempore necessario conservator occurrisset Christus? Exponite [3]) has curas et incognitas vobis relinquite quaestiones: miseratio et illis impertita est regia et aequaliter per omnes divina beneficia cucurrerunt: conservatae sunt, liberatae sunt, et mortalitatis sortem condicionemque posuerunt. Quo genere, quae, quando? Si adrogantia, si typhus, si elatio abesset a vobis, iamdudum haec *eo* scire [4]) potuistis auctore.

64. Sed si generis Christus humani, ut [5]) inquitis, conservator advenit, *quaeso*, omnino nos [6]) omnes aequali munificentia liberat? Non aequaliter liberat qui aequaliter omnes vocat? aut [7]) ab indulgentia principali quemquam repellit aut despuit qui sublimibus, infimis, servis, feminis, pueris uniformiter potestatem veniendi ad se facit? Patet, inquit, omnibus fons vitae, neque ab iure potandi quisquam prohibetur aut pellitur [8]). Si tibi fastidium tantum est, ut oblati respuas beneficium muneris, quinimmo si tantum sapientia praevales, ut ea quae offeruntur a Christo ludum atque ineptias nomines: quid invitans expectat [9]), cuius solae sunt hae partes, ut sub tui iuris arbitrio fructum

---

In seqq. edd. omnes saecula sint habent pro sint saecula, quod est in Codd. 1) alligatae ed. Elm. LB. 2) Sic Cod. ed. LB. et Hild. In cett. iunctionis. 3) Sic Codd. ed. LB. et Hild. In cett. Deponite. 4) haec scire Codd. hoc scire ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. eo scire ed. Orell.

5) ut deest in omnibus edd. praeter princ. LB. et Hild. 6) quos omnino nos (non autem non, ut Hild. tradit) Cod. ed. pr. et Urs. quur (ed. Orell. cur) omnino non est in cett. edd. Inepte. quorsum non omnes cj. Anon. Paris. 7) haud ed. pr. Bas. Cant. Urs. — In seqq. respuit pro despuit praebent omnes edd. praeter LB. 8) Evang. Johann. VI, 35 sqq. 9) Sic Codd. ed. pr. atque Urs., et recte, ut equidem puto. Nota indicativum positum pro conjunctivo, ut nos vernacule: „Wenn du Christi Anerbietungen für Possen und Albernheiten hältst, was wartet dann der, welcher dich zu sich ladet, noch auf dich?“ pro „was soll dann der, welcher sqq. noch auf dich warten? — quid invitans peccat ed. Bas. Cant. mg. Urs. Elm. In cett. quid invitans in te pec-

X Reif. expectatur — entirely amiss. Hild. quid invitans te peccat —) he suggests I question value of Hildebrand's.

suae benignitatis exponat? Sortem vitae eligenti [1]) nulli est, inquit Plato, deus causa, neque alterius voluntas adscribi potest cuiquam recte, cum voluntatis libertas in ipsius sit posita potestate qui voluit. An numquid orandus es, ut beneficium salutis ab deo digneris accipere et tibi aspernanti fugientique longissime infundenda in gremium est divinae benevolentiae gratia? Vis sumere quod offertur atque in tuos usus convertere? Consulueris tu tibi. Aspernaris, contemnis et despicis? *Tu te* muneris commoditate *privaveris* [2]). Nulli deus infert necessitatem, imperiosa formidine nullum terret. Neque enim necessaria nostra
89 illi salus est, ut compendii aliquid dispendiive patiatur, si aut deos [3]) nos fecerit aut ad nihilum redigi corruptionis dissolutione permiserit.

65. Immo, inquit [4]), si deus est potens, misericors, conservator, convertat nobis mentes et invitos faciat suis pollicitationibus credere. Vis ergo est ista, non gratia, nec dei liberalitas principis, sed ad vincendi studium puerilis atque *inanis* [5]) contentio. Quid est enim tam iniustum, quam repugnantibus, quam invitis extorquere in contrarium voluntates, inculcare quod nolint et quod refugiant animis, prius nocere quam prosis, et priore detracto in alienum habitum sententiamque traducere? Tu qui te verti [6]) et vim desideras perpeti, ut id quod nolis efficias atque arripias coactus, cur respuis adsumere voluntate id quod versus desideras atque immutatus efficere? Nolo [7]), inquit, et voluntatem non habeo. Quid ergo criminaris deum tamquam tibi desit opem desideranti ferre? [8]) cuius dona et munera non tantum asperneris et fugias, verum *inania* [9]) verba cognomines et iocularibus facetiis prosequaris. Christianus ergo ni fuero, spem salutis habere

---

cat. Nos olim invitans sic peccat emendandum putavimus.
1) Sic Codd. In edd. est eligendi. V. Plat. de Rep. X, p. 617. cf. II, p. 379. 2) tuti muneris commoditate probaveris Cod. tibi mun. commoditatem probaveris ed. pr. et Urs. despicis? te muneris ed. Bas. Cant. mg. Urs. Elm. 3) deus Cod. et ed. pr.

4) inquitis ed. Urs., pro more. 5) atque animi Codd. et ed. LB. anilis ed. Hild. In cett. inanis. 6) „verti adscriptum est in Cod. Par. recentiori manu, erasis duobus aut tribus litteris." Pith. 7) Volo mg. Urs. et Elm. Male. 8) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. desideras tibi ferre. 9) in alia Codd.

non potero? Ita est, ut ipse proponis. Partes enim salutis dandae conferendique animis quod tribui convenit necessariumque est adplicari, solus ab deo [1]) patre iniunctum habet et traditum, ita se habentibus semotis atque interioribus causis. Ut enim dii certi certas apud vos habent tutelas, licentias, potestates, neque eorum ab aliquo id quod eius non sit potestatis ac licentiae postulatis, ita unius pontificium [2]) Christi est dare animis salutem et spiritum perpetuitatis apponere. Si enim patrem creditis Liberum dare posse vindemiam, medicinam non posse, si Cererem fruges, si Aesculapium sanitatem, si Neptunum aliud, aliud posse Iunonem [3]), Fortunam, Mercurium, Vulcanum, rerum esse singulos certarum ac singularum datores: et hoc necesse ab nobis [4]) est ut debeatis accipere, ab nullo animas posse vim vitae atque incolumitatis accipere, nisi ab eo, quem rex summus huic muneri officioque praefecit. 90
Hanc omnipotens Imperator esse voluit salutis viam, hanc vitae, ut ita dixerim, ianuam, per hunc [5]) solum est ingressus ad lucem, neque alias datum est vel inrepere vel invadere, ceteris omnibus clausis atque inexpugnabili arce munitis.

66. Licet ergo tu purus et ab omni fueris vitiorum contaminatione purgatus, conciliaveris [6]) illas atque inflexeris potestates, ad caelum *ne* [7]) redeunti vias cludant atque obsepiant transitum, ad immortalitatis accedere nullis poteris contentionibus praemium, nisi quod ipsam immortalitatem facit Christo attribuente perceperis et veram fueris admissus ad vitam. Nam [8]) quod nobis obiectare consuestis, novellam esse religionem nostram et ante dies natam propemodum paucos, neque vos potuisse antiquam et patriam linquere et in barbaros ritus peregrinosque tra-

---

1) Sic Codd. — Edd. a deo praebent. 2) pontificis ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. 3) „Iunonem. Erasae litterae indicant aliter exemplar (Paris.) habuisse.“ Pith. 4) ab nobis et in seqq. ab nullo praebent Codd. et ed. Hild. In cett. a nobis et a nullo. 5) sc. Christum. Ita non indigemus Meursii cj. per hanc. Ceterum cf. Ev. Johann. XIV, 6. et X, 7—9.

6) Verba: vitiorum — — — conciliaveris desunt in Cod. Br. 7) ne particula, quae in Codd. et ed. pr. atque Urs. deest, ed. Bas. Cant. mg. Urs. Elm. et Oberth. (quae tamen nec habet vitiose) inserunt post potestates, cett. post redeunti, praeter Hild. quem sumus secuti. 8) Iam quod cj. Krog Meyer. Perperam.

duci, ratione istud intenditur nulla. Quid enim, si hoc modo culpam velimus infligere prioribus illis atque antiquissimis saeculis, quod inventis frugibus glandes spreverint et repudiaverint *arbuta* 1), quod corticibus contegi et amiciri desierint pellibus, postquam vestis excogitata est textilis, usu et commoditate succinctior, aut quod structis domibus et lautioribus successibus institutis non antiquas adamaverint casulas nec sub rupibus et cavernis praeoptaverint ut beluae permanere? Commune est omnibus et ab ipsis paene incunabilis traditum, bona malis anteferre, inutilibus utilia praeponere, et quod esse *constiterit* 2) pretiosius, laetius, id consectari et petere, in eoque defigere spem salutis et salutarium commodorum.

67. Itaque cum nobis intenditis 3) aversionem *ex religione* priorum, causam convenit ut inspiciatis, non factum, nec quid reliquerimus opponere, sed secuti quid simus potissimum contueri. Nam si mutare sententiam culpa est ulla vel crimen, et a veteribus institutis in alias
91 res novas voluntatesque migrare, criminatio ista et vos spectat, qui totiens vitam consuetudinemque mutastis, qui in mores alios atque alios ritus priorum condemnatione transistis. Numquid enim quinque in classes habetis populum distributum, vestri olim ut habuere maiores? 4) Numquid magistratus per populum creatis? Militaria, urbana, communia quae sint comitia scitis? Servatis de caelo aut otiosas facitis obnuntiationibus actiones? *Reparantes* bella 5) signum monstratis ex arce? aut fecialia iura tractatis? per clarigationem repetitis res raptas? 6) aut Martium discrimen obeuntes spem proelii sumitis 7) et ex acuminibus auspica-

---

1) arbusta Cod. vitiose. 2) constituerit Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs., in cujus mg. primum extat constiterit.

3) intendetis ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm., invitt. Codd. — In seqq. Cod. praebet et religionem, quod correxi cum Livinejo et Hild. In cett. edd. extat: a religione. 4) De interitu ac fine centuriarum cf. Vales. ad Amm. Marc. XIV, p. 11. 5) Sic correxi, quum Codd. praebeant reparatis bella. (Et in seqq. fortasse tractantes per restituendum est.) In edd. est: cum paratis bella. — De re v. Macrob. Sat. I, 16. Serv. ad Aen. VIII, 2. Lips. de Milit. Rom. I, 3. 6) Hartung Rel. d. Röm. II, 267 sq. Göttling Gesch. der Röm. Staatsverf. p. 195 sq. Serv. ad Aen. IX, 53. 7) Virg. Aen. X, 18. — De re v. Cic. de Div. II, 36. et de Nat. Deor. II, 3. p. 220. (cf. p. 342.) ed. Creuz. Liv. XXII, 1. XLIII, 13. et Dion.

tis? In potestatibus obeundis leges conservatis annarias?[1]) in donis, in muneribus Cincias?[2]) in cohibendis censorias sumptibus?[3]) In penetralibus et *tholis ignis*[4]) perpetuos fovetis focos? Sacras facitis mensas salinorum adpositu et simulacris deorum?[5]) Cum in matrimonia convenitis, toga sternitis lectulos et maritorum genios advocatis?[6]) nubentium crinem caelibari hasta mulcetis? puellarum togulas Fortunam defertis ad Virginalem?[7]) Matres familias vestrae in atriis operantur domorum, industrias testificantes suas?[8]) potionibus abstinent vini? affinibus et propinquis osculari eas ius est, ut sobrias comprobent atque abstemias se esse?[9])

68. In Albano antiquitus monte nullos alios licebat quam nivei tauros immolare candoris: nonne istum morem religionemque mutastis, atque ut rufulos liceret dari, senatus constitutum sanctione?[10]) Cum Romulo Pompilioque regnantibus percocta plane ac madida concremarentur diis exta: nonne rege sub Tullio semicruda coepistis et leviter animata porrigere[11]), prisca observatione contempta? Ante adventum in Italia[12]) Herculis cum ex Apollinis

Halic. V, 46. 1) Legem Villiam. Liv. XL, 44. 2) Tacit. Ann. IX, 5. ibique Lips. Savigny Zeitschr. f. Gesch. Rechtsw. IV, 1, 1. 3) Gell. II, 24. Plin. VIII, 15. Macrob. Sat. II, 13. Abr. Boxman Diss. ant. jur. de legg. Rom. sumptuariis LB. 1816. 4) in penetralibus et coliginis Cod. Par. in pene inpenetralibus et coliginis Cod. Br. In penetr. Vestae ignis ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. In cett. In penetralibus coliginis ex emend. Salm. (Exerc. Plin. 370. 587. et 941.) qui „coligo" voc. novum format, a colo i. e. inhabito deducens, ut sit domicilium. Lips. Meurs. et Scal. cj. coliniis pro coliginis, Heins. cj. caligineis (i. e. fumosis) prob. Obbar. Sed haec vana sunt. Certe mihi non dubium sit, quin voc. coliginis coaluerit ex duobus voc. tholis, quod fortasse tolis scriptum erat, et ex ignis. Similiter supra II, 9. vidimus voc. originem sequentem voc. ignem absorbuisse. Tholum autem esse Vestae templum dictum, nemo est qui nesciat, cf. Ovid. Fast. VI, 282. 295. — De ipsa re cf. etiam Klausen Aen. II, 643 sqq. 5) V. Porph. ad Hor. Od. II, 16, 14. Fest. v. Mensae p. 157. ed. Müll. Klausen Aen. II, 631 sqq. Hartung Rel. d. Röm. I, 80. 6) Hartung I, 39. 7) Fest. p. 62. ed. Müll. Hartung II, 72. 8) Cf. Lips. Elect. I, 17. Cic. pro Mil. 5. ibique Ascon. Corn. Nep. Praef. Ovid. Fast. II, 737 sqq. 9) Gell. X, 23. Athen. Deipnos. X, 13. Plut. Qu. Rom. 6.

10) sanctione est reponendum fortasse cum Livinejo. — Cf. Klausen Aen. II, 792 sqq. Hartung II, 19 sqq. 11) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. porricere. — Pro Tullio ed. pr. Bas. Cant. Urs. Tullo habet. 12) Sic Codd. ed. pr. et Hild. In cett. in Ita-

monitu patri Diti ac Saturno humanis capitibus supplicaretur [1]), et hunc similiter morem non fraude callidula et nominum ambiguitate mutastis? Cum igitur et vos ipsi modo
92 illos mores modo alias [2]) leges fueritis sequuti, multaque vel erroribus cognitis vel animadversione meliorum sint a vobis repudiata [3]): quid est a nobis factum contra sensum iudiciumque commune, si maiora et certiora delegimus, nec sumus nos passi falsorum religionibus attineri?

69. Sed novellum nomen est nostrum et ante dies paucos religio est nata quam sequimur. Ut interim concedam id quod nobis obiicitur intentionis esse non falsae: quid est enim in negotiis hominum, quod vel opere corporis et manibus fiat vel solius animi disciplina et cognitione teneatur, quod non ex aliquo coeperit tempore et in usum exierit experientiamque mortalium? *Medicina*, philosophia [4]), musica ceteraeque omnes artes quibus vita est exstructa et *expolita* [5]) communis, cum hominibus natae sunt, et non potius nuper, quinimmo paene paulo ante agitari, intellegi celebrarique coeperunt? Antequam Tages Tuscus *oras* [6]) contingeret luminis, quisquam hominum sciebat aut esse noscendum condiscendumque curabat, in fulminum [7]) casibus aut extorum *an quid* significaretur in venis? Quando siderum motus aut ratio coepta est genethliaca sciri? Non post Theutin Aegyptium [8]) aut post Atlan-

---

liam. 1) Macrob. Sat. I, 7. Minuc. Fel. Oct. c. 30. Lact. D. J. I, 21. cf. Klausen Aen. I, 268 sqq. Hartung I, 161. 2) illas mg. Urs. et ed. LB. 3) repudiata contenta (Hild. leg. contemta) Cod. Par., sed contenta voc. compunct., quare omissum ut glossema in Cod. Br. et in ed. pr. Bas. Cant. Urs. Cett. edd. omnes habent.

4) mortalium. edi in filosofia Cod. mortalium? Philosophia ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. mortalium? Etenim philosophia Modius et Stewech. in Cod. Br. invenisse sibi videbantur, unde recepp. Elm. et Orell. mortalium? Ede an ed. LB. — Nos sanum dedimus locum ex cj. Rig. 5) est exstructa et expoliata Cod. est et culta et expol. ed. pr. Urs. LB. In cett. est exculta et expolita. 6) ore Codd. — De Tage v. Cic. de Div. II, 23. et 38. ibique Dav. Censorin. D. N. 4. ibique Lindenbr. Kopp ad Mart. Cap. II, §. 157. p. 210. Müller Etr. II, 24 sqq. Gerhard Prodr. p. 10. 7) an fulminibus ed. LB. — In seqq. Codd. habent extorum aliquid, quod correxi. Edd. (praeter LB. quae retinet aliquid) praebent: extorum quid. 8) Theutatem Aegyptium ed. pr. et Urs. V. Plat. Phaedr. p. 274. — De Atlante v. Serv. ad Aen.

tem, ut quidam ferunt, gestatorem, baiulum, tibicinem illum ac destinam caeli?

70. Sed quid ego haec parva? Ipsi dii immortales, quorum modo aditis templa et numina suppliciter adoratis, sicut vestris litteris atque opinionibus traditur, non esse, non sciri ab temporibus coeperunt certis et impositis nominum appellationibus nuncupari? Nam si verum est ex Saturno atque eius uxore Iovem suis cum fratribus procreatum, ante nuptias et partus Opis nusquam fuerat Iuppiter [1]) tam supremus quam Stygius, nusquam sali dominus, nusquam Iuno, quinimmo alius nullus, genitoribus duobus exceptis, caeli habitabat in sedibus, sed ex eorum concubitu concepti et nati sunt et spiritum hausere vitalem. Certo ergo a tempore deus esse Iuppiter coepit, certo cultus et 93
sacrificia commereri, certo fratribus in potestatibus anteponi. Rursus vero si Liber, Venus, Diana, Mercurius, Apollo, Hercules, Musae, Tyndaridae Castores ignipotensque Vulcanus Iove patre sunt proditi et genitore Saturnio [2]) procreati antequam Memoria, quam Alcmena, Maia, Iuno, Latona, Leda, Dione, tum et Semela Diespitri [3]) factae sunt compressionibus fetae, nusquam et hi gentium nec in aliqua parte rerum *fuissent* [4]) naturae, sed ex conventu Iovis inseminati et nati sunt et aliquem sensum sui habere coeperunt. Ergo et hi quoque tempore esse coeperunt certo et in numero numinum sacrorum ad caerimonias invocari, quod ipsum similiter dicere translatum in Minervam [5]) licebit. Si enim Iovis, ut adseveratis, ex cerebro sine ullius seminis emicuit iactu, antequam est Diespiter genitus et in utero matris corporeae formam circumscriptionis accepit, certum est utique Minervam non fuisse, neque rerum in numero aut ulla esse in substantia

---

I, 745. Diod. III, 60. IV, 27. Tzetz. ad Lycophr. v. 873. Gerhard in Diss. Acad. Berol. a. 1836. Sect. Philos.-Hist. p. 284 sqq. et p. 363 seqq.

1) Iuppiter bis legitur in ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. Et sic utique Codd. habere videntur, etsi id nemo diserte testetur. — De Jove Stygio cf. Virg. Aen. IV, 638. Sil. It. VIII, 116. Valer. Flacc. I, 730. ibique Intt. 2) genitore Saturno ed. pr. et Urs. genito Saturno ed. Bas. et Cant. 3) cum et semel a Diespetri Cod. Par. tum et Semela Diespitri Cod. Br. — Diespeter constanter scribitur in Cod. Par. 4) fuisse Codd. quod correxi. In edd. est fuere. 5) in

computatam, sed ex capite [1]) Iovis enata est et esse res coepit nonnulla in essentiam [2]) constituta. Habet ergo primigenios ortus et a certo coepta est tempore dea dici, sacris in aedibus statui et inviolabili religione sanciri. Quod cum ita se habeat, cum de novitate loquimini religionum nostrarum, vestrae vobis in mentem non veniunt, nec curatis inspicere, quando sint exorti [3]) dii vestri, quas origines habeant, quas causas, vel ex quibus proruperint emicuerintque radicibus? Cuius est autem pudoris, quinimmo inverecundiae cuius, quod agere te videas, in eo alterum repraehendere, maledicti et criminis loco dare ea, quae in te possint reciprocata vicissitudine retorqueri?

71. Sed quod agimus nos novum est, quod autem vos priscum est et nimiae vetustatis: et quid istud aut vos iuvat, aut nostram causam rationemque contristat? Nova res est quam gerimus, quandoque et ipsa vetus fiet: vetus
94 quam vos agitis, sed temporibus quibus coepit nova fuit ac
repentina. Religionis autem auctoritas non est tempore aestimanda, sed numine, nec colere qua die, sed quid [4]) coeperis convenit intueri. Ante quadringentos annos religio, inquit [5]), vestra non fuit. Et dii vestri non fuerunt ante millia annorum duo. Quibus istud rationibus colligi aut quibus supputationibus potest? Non difficilibus, non obscuris, sed quas possit videre qui volet et contrectare, quemadmodum dicitur, manibus. Quis Iovem cum fratribus genuit? Genialibus [6]) Opis adiunctus Saturnus, ut vos fertis, Caelo atque Hecata procreatus. Quis Picum, Fauni patrem atque avum Latini? Saturnus, ut vos îdem [7]) vestris scriptis atque auctoribus traditis. Ergo si haec ita sunt, sequitur ut Picus et Iuppiter germanitatis sibi sociati sint iure, utpote uno ex sanguine unoque ex semine procreati. Consentaneum est ita esse quod dicitur. Ab Iove et Pico

---

Minerva ed. Oberth. et Orell. 1) sed ex quo capite correctionem ed. LB. recepp. Oberth. et Orell. Sed perperam. Similem structurae mutationem modo habuimus paulo supra in verbis: fuissent naturae, sed („vielmehr") — — — nati sunt. 2) Sic Codd. et ed. Hild. — In cett. in essentia. 3) exoriti dicit Hild. legi in Cod. Par. ideoque in textum admisit.

4) qui ed. pr. Urs. Oberth. Orell. 5) inquitis mg. Urs. Elm. LB. Oberth. Orell. In cett. ut in Codd. inquit. 6) Sic Cod. ed. LB. et Hild. In cett. genitalibus. 7) vos idem Cod. vos

quot sunt generis usque ad Latinum gradus? Trini, ut indicat series. Vultis Faunus, Latinus et Picus annis vixerint vicenis atque centenis? ultra enim negatur posse hominis vita produci. Aestimatio iusta et liquida est. Trecenti ergo sunt pleni et sexaginta post hos anni? Res ita est ut indicat supputatio. Cuius socer Latinus fuit? Aeneae. Genitor *gener* Latini is [1]) cuius? Albani oppidi conditoris. Quot apud Albam regnatum est annis? Quadringentis et prope bis denis. Aetatis urbs Roma cuius esse in annalibus indicatur? Annos ducit quinquaginta et mille aut non multum ab his minus. Ergo ab Iove, qui frater est Pici quique pater est minorum et reliquorum deorum, anni ad haec tempora prope millia duo sunt, aut [2]) pleni, ut largiamur aetati. Quod cum redargui non possit, non tantum recens nata religio ostenditur quam obitis, sed infantes et parvulos esse ipsos adhuc deos, quibus tauros atque alias hostias cum periculo corruptionis suggeritis, quos oportebat adhuc mammis atque stillato lacte nutriri.

72. Et [3]) religiones vestrae multis annis praecedunt 95
nostram et eo sunt veriores, quod vetustatis auctoritate munitae sunt. Et quid eas prodest annis quam plurimis anteire, cum a certo coeperint tempore, aut spatii cuius sunt millia annorum duo, saeculorum tantis comparata cum millibus? Ac tamen ne causam tam longa [4]) prodere dissimulatione videamur, nisi molestum est, dicite, omnipotens et primus deus novella vobis videtur res esse, et qui eum venerantes colunt inauditas, incognitas, repentinas agitare atque inducere religiones? Estne illo antiquius quicquam, aut quod eum praecedat re, tempore, nomine, potest aliquid inveniri? Nonne solus ingenitus, immortalis et perpetuus solus est? Quis caput ac [5]) fons rerum est? Non ipse?

---

iidem Cod. Br. et ed. LB. idem vos ed. pr. In cett. iidem vos. 1) genitor Latinus cuius Cod. qui test. Rig. et Hild. post voc. genitor spatium vacuum habet rasura exortum. genitoris Latinus cuius ed. pr. et Urs. Aeneae, genitoris Latini. cuius? ed. Bas. Cant. Elm. Genitor is cuius? mg. Urs. et ed. Orell. Genitor is Ascanii? cuius ed. LB. — Nos dedimus locum ex conj. Hild. 2) Sic Codd. ed. LB. et Hild. In cett. haud.

3) Sic Codd. et ed. Hild. — In cett. At. 4) longam Codd. ed. pr. Urs. bonam ed. Bas. Cant. mg. Urs. Elm. Oberth. longa mg. Urs. ed. LB. Hild. 5) Sic Codd. test. Crus. et Livin. In edd. est.

Cui debet aeternitas hoc ipsum, quod [1]) nuncupatur aeternitas? Non ipsi? Infinita ut prodeant saecula, non ex eius perpetuitate perficitur? Indubitabile [2]) istud et verum. Non ergo quod *sequimur* novum est, sed nos sero addidicimus quidnam sequi oporteat *ac* colere [3]), aut ubinam *conveniat* et [4]) spem salutis adfigere et salutaria subsidia conlocare. Nondum enim adfulserat qui viam monstraret errantibus et caligine in altissima constitutis cognitionis lumen immitteret et ignorationis discuteret caecitatem.

73. Sed causa in huiusmodi *vertimur soli* [5]). Quid, vos Aegyptiaca numina, quibus Serapis atque Isis est nomen, non post Pisonem et Gabinium consules in numerum vestrorum retulistis deorum? [6]) Quid, Phrygiam matrem, cuius esse conditor indicatur vel Midas vel Dardanus [7]), non cum Hannibal Poenus res Italas raperet et terrarum exposceret principatum, et nosse et scire coepistis et memorabili religione sancire? [8]) Sacra Cereris matris non quod vobis incognita essent, adscita paulo ante, obtentum est ut Graeca dicantur [9]), novitatem ipsam testificante cognomine? Non doctorum in litteris continetur Apollinis nomen Pompiliana indigetamenta [10]) nescire? Ex quo apparet et liquidum est et hunc vobis fuisse incognitum, post autem aliquando [11]) coepisse esse et notum. Si quis igi-

---

aut. 1) quo ed. Oberth. et Orell. 2) indubile Cod. et Hild., qui defendit derivans ab antiquo verbo dubare, quod apud Festum servatum est. Sed vix dubium est, quin indubile scripturae compendii vitio corruptum sit ex indubitabile. — In seqq. Codd. ed. pr. et Urs. praebent quod sequitur. 3) oporteat colere Codd. ed. pr. et Urs. In cett. oporteat et colere, praeter Hild., quem secuti sumus. 4) convenire et Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. LB. Oberth. conveniat et ed. Elm. Orell. conveniret mg. Urs. et cj. Meurs.

5) vestitur solae Codd. vertitur sola ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. 6) a. U. C. 696. Cf. Tertull. Apol. 6. — In seqq. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. Orell. Italicas praebent invitis Codd. 7) V. Clem. Alex. Protr. 5. p. 12. ed. Potter. Diod. Sic. III, 58. ibique Wessel. 8) Cic. de Harusp. Resp. 13. Liv. XXIX, 11. 14. Arnob. VII, 46. 9) Cic. pro Balbo c. 24. Valer. Max. I, 1. Fest. s. v. Graeca sacra p. 97. ed. Müll. — Hartung II, 135. 10) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Oberth. Hild. In cett. indigitamento. — De indigetamentis v. Serv. ad Virg. Georg. I, 21. cf. J. A. Ambrosch Ueber die Religionsbücher der Römer. Bonn, 1843. 8. — De cultu Apollinis primum instituto v. Hartung II, 205 sq. Klausen Aen. I, 258. et 908 sq 11) aliquanto ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth.

tur vos interroget, cur eorum numinum, quorum modo fecimus mentionem, tam sero susceperitis cultum, responsuros vos certum est, aut quia illos nuper Deorum esse in numero nesciebamus, aut quia nunc sumus a vatibus moniti, aut quia in rebus asperrimis beneficiis eorum sumus auxiliisque servati. Quodsi hoc a vobis recte existimabitis dici, et ex nostris partibus ratione consimili existimatote esse responsum. Religio nostra nunc nata est: nunc enim missus advenit qui eam nobis ostenderet, qui in eius induceret veritatem, qui deus monstraret quid sit, qui ad eius nos cultum ab rebus opinabilibus avocaret.

74. Et quid, inquit, est visum deo regi ac principi, ut ante horas, quemadmodum dicitur, pauculas sospitator ad vos Christus caeli ex arcibus mitteretur? Interrogamus et nos [1]) contra: Quae causa, quae ratio est, ut non suis aliquando reddantur mensibus tempora, sed serius hiemes [2]), serius aestas atque autumnitas fiant? Cur post messes arefactas atque extincta frumenta nonnumquam decidant pluviae, quas rebus oportuit incolumibus labi et temporis [3]) opportunitatibus ministrari? Immo illud exquirimus potius, cur, si Herculem oportuit nasci, si Aesculapium, Mercurium, Liberum aliosque nonnullos, qui et conciliis adiungerentur deorum et mortalibus aliquid utilitatis adferrent, tam sero a Iove sint proditi, ut sola illos posteritas sciret, superiorum vero ignoraret antiquitas? Rationem aliquam fuisse dicetis. Ratio ergo et hic fuit, cur non nuper sed hodie sospitator nostri generis adveniret. Quaenam igitur ratio est? [4]) Non imus inficias nescire nos. Neque enim promptum est cuiquam dei mentem videre, aut quibus modis ordinaverit res suas. Homo animal caecum *est*, ipsum se nesciens, nullis potens [5]) rationibus consequi, quid oporteat fieri, quando vel quo genere: ipse rerum cunctarum 97
pater, moderator et dominus scit solus. Nec si ego nequivero causas vobis expromere, cur aliquid fiat illo vel hoc modo, continuo sequitur ut infacta [6]) fiant quae facta

1) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. In cett. vos. 2) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. hiems. 3) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. atque temporis. 4) est omissum in ed. Oberth. et Orell. 5) et ipsum — — nullis potens Codd. et — — ullis potens ed. pr. et Urs. et — ullis potest ed. Bas. Cant. mg. Urs. et — — nullis potest cett. edd. Nos recepimus emendationem Hild. 6) Sic

sunt et amittat res fidem, quae generibus virtutum tantis et potestatibus *protestata* [1]) indubitabilis esse monstrata est.

75. Tu opponas et referas: Cur tam sero emissus est sospitator? In infinitis [2]) perpetuis saeculis nihil omnino dicendum est serum. Ubi enim finis et initium nullum est, nihil praematurum est [3]), nihil tardum. Tempus enim a finibus et extremitatibus noscitur, quae habere non potest series et *immoderata* [4]) continuatio saeculorum. Quid enim si res ipsae quibus opem conveniebat ferri, opportunitatem istam temporis exigebant? Quid si alterius condicionis antiqua, alterius fuere sequentia? Quid si priscis aliter subveniri, aliter debuit [5]) posterioribus consuli? Nonne litteras auditis commemorantes vestras fuisse homines olim semideos, heroas cum immanibus corporibus atque vastis? Non infantes sub uberibus matrum centenarios legitis edidisse vagitum [6]), quorum ossa variis in regionibus eruta vix repertoribus fecerunt fidem humanorum reliquias esse membrorum? [7]) Potest ergo fieri, ut tum demum emiserit Christum deus omnipotens, deus solus, postquam gens hominum fractior et infirmior coepit nostra esse natura. Si quod hodie factum est, ante millia fieri potuisset annorum, fecisset istud rex summus, aut si post totidem millia id

---

Cod. et ed. Hild. In cett. infecta. cf. nos supra ad I, 39. infactum habet et Cod. opt. Paris. Tertull. Apol. c. 11. test. Hild. 1) potestatibus potestatum Codd. (prior voc. compunct. in Cod. Br. a m. sec.) et ed. pr. In cett. legitur: tantis et potestatum indub. Nos aliter, et rectius, si quid judicamus, locum emendavimus.

2) infinitis pro gloss. habet Hild. — In seqq. pro nihil omnino ed. pr. Cant. et Urs. habet nihilominus, quod correxit primum Gelenius. 3) Verba nihil praematurum est desiderantur in ed. Oberth. et Orell. 4) etiam moderata Codd. et ed. pr. 5) Inde a voce debuit Cod. Br. alia manu scriptus est usque ad finem libri. 6) centenarios — — vagitum Codd. In edd. est stentoreos — — vagitus. Sed recte Codd., si quidem Arnobius respicit ad Typhonem, cui centum capita adtribuit Apollod. I, 6, 3. (cf. Hesiod. Theog. v. 823. Hygin. Fab. 152. et schol. ad Aristoph. Nub. v. 335.), ad Briareum sive Aegaeonem, de quo v. Hom. Il. I, 403. Virg. Aen. X, 565. et VI, 287., denique ad totum illud Centimanorum et Gigantum (Ovid. Fast. V, 27.) et hominum immanium genus. — Centenarius adjectivum saepissime usurpari de numero maximo et indefinito pluribus argumentis C. Fea ad Winkelm. Stor. della Scult. tom. III, p. 351. 7) Herod. I, 68. Pausan. Lacon. c. 3. Gell. III, 10. Schotti Physica Curiosa III, 8, 1 sqq. et qui ibi citantur.

quod hodie factum est, debuisset impleri, nihil deum cogebat necessarias temporum non expectare mensuras. Rationibus fixis peraguntur res eius, et quod semel decretum est fieri nulla potest novitate mutari.

76. Cum ergo, *inquitis* [1]), omnipotenti servitis deo et eum habere confiditis [2]) salutis atque incolumitatis vestrae curam, cur persecutiones patitur perpeti vos tantas atque omnia genera poenarum et suppliciorum subire? Perquiramus [3]) et nos contra, cur et vos, cum tantos et tam in- 98
numeros colatis deos, cumque illis aedes [4]) constituatis sacras, simulacra effingatis ex auro, animantium mactetis greges, acerras omnes turis plenis conficiatis altaribus [5]), cur non immunes agitis tot discriminibus et procellis, quibus cotidie vos agunt exitiabiles multiplicesque fortunae? Cur, inquam, dii vestri cessant a vobis avertere tot morborum et valetudinum genera, naufragia, ruinas, incendia, pestilentias, sterilitatem, amissionem pignorum et proscriptionem bonorum, discordias, bella, simultates, captivitates urbium et sublatis ingenuitatibus servitutes? Sed et nobis in huiusmodi casibus minime auxiliatur deus. Prompta et manifesta causa est. Nihil est enim [6]) nobis promissum ad hanc vitam, nec in carunculae huius folliculo constitutis opis aliquid sponsum est auxiliique decretum; quinimmo edocti sumus minas omnes quaecumque sunt parvi ducere atque aestimare fortunae, ac si quando ingruerit vis quaepiam gravior, quam finem necesse sit consequi adscribere infortunio voluptatem [7]), nec timere nec fugere quo faci-

---

1) inquit si Cod. 2) Sic Codd. ed. LB. et Hild. — In cett. serviatis — — confidatis. — In seqq. nostrae pro vestrae habet ed. pr. et Urs. 3) Requirimus ed. LB. 4) illi saedes Cod. illi sedes ed. pr. illis sedes ed. Elm. et LB. 5) Verte: „da Ihr ihnen ganze Weihrauchfässer verbrennt.“ Verbo conficere pro consumere sic utitur Lucret. I, 904. acerra turis dixit Ovid. Fast. IV, 934. 6) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Hild. In cett. Nihil enim est. 7) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Hild. Cett. edd. consequi, eam nec timere sqq. ceteris omissis, quae pro gloss. habebant. Sed recte Codd., modo construas: ac si quando ingruerit vis quaepiam gravior, eam, quam finem (i. e. mortem) necesse sit consequi, voluptatem ipsi infortunio illi adscribere. Sic omnia sana sunt. Dicit igitur Arnobius, infortunium et ipsam mortem a Christianis haberi pro fonte aeternae salutis atque voluptatis.

lius exui corporalibus possimus *ex* vinculis [1]) et tenebrosam evadere caecitatem.

77. Itaque ista quam dicitis persecutionis asperitas liberatio nostra est, non persecutio, nec poenam vexatio inferat, sed ad lucem libertatis educet [2]). Ut si aliquis brutus ac stolidus in carcerem hominem *datum* inegressum [3]) quaestionum numquam adficere *sese gravibus* atque immanibus existimet poenis, nisi in ipsum saeviat carcerem, materiam eius comminuat atque urat tectum, parietem, ianuas partesque alias operis renudet, deiiciat, adfligat, nesciens hoc facto ei cui videatur officere dari ab se lucem et sceleratam eripi caecitatem: itidem et vos flammis, exiliis, cruciatibus, beluis, quibus corpora lancinatis et *divexatis* [4]) nostra, non vitam eripitis nobis, sed pelliculis *relevatis* [5]) et cutibus nos nescii, et quanto instatis et
99 pergitis in effigies has nostras speciesque saevire, tanto [6]) artis et gravibus *relevatis* nos vinculis et ad lumen efficitis circumcisis nexibus evolare.

78. Quare homines abstinete quaestionibus vacuis impedire spes vestras, nec, si aliter quam vos putatis aliquid se habet, vestris potius opinionibus credere quam rei debetis augustae. Urgent tempora periculis plena et exitiabiles imminent poenae: confugiamus ad salutarem deum nec rationem muneris exigamus oblati. Cum de animarum agatur [7]) salute ac de respectu nostri, aliquid et

---

1) et vinculis Cod. ed. pr. et Urs. e vinculis ed. Bas. Cant. Oberth. Orell. In cett. ex vinculis. — An forte a vinculis restituendum? Cf. supra ad I, 53.

2) vexatio inferat — — seducet Cod. In edd. est: inferet — — educet et pro vexatio ed. pr. Bas. et Urs. habent vexato. 3) natum inegressum Codd. ed. pr. et Urs. damnatum ingressum ed. Bas. Cant. mg. Urs. et Elm., quae tamen carcere pro carcerem praebet. In cett. in carcerem hominem datum quaestionum, omisso voc. inegressum, ex emend. mg. Urs. Sed retinendum erat inegressum, quod singulari significatione usurpatum videtur pro inegressibilem i. e. perpetuum, et conjungendum cum carcerem. — In seqq. pro sese gravibus Cod. praebet segregavimus. 4) diu vexetis Cod. diu vexatis ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. LB. In cett. divexatis ex emend. mg. Urs. 5) revelatis Codd. ed. pr. Bas. Cant. In cett. relevatis, quod primum reperitur in textu ed. Urs. — Atque eadem lectionis varietas extat paulo infra in voc. relevatis. 6) quanto — — — tanto Codd. et ed. Hild. In cett. quantum — — — tantum.

7) Sic Codd. et edd. praeter Elm. et LB. quae agitur habent ex

sine ratione faciendum est, ut Epictetum dixisse approbat Arrhianus [1]). Dubitamus, ambigimus, nec esse quod dicitur plenum fidei suspicamur: committamus nos deo, nec plus apud nos valeat incredulitas nostra, quam illius nominis et potentiae magnitudo, ne dum ipsi [2]) nobis argumenta conquirimus, quibus esse videatur falsum id quod esse nolimus atque abnutemus [3]) verum, obrepat dies extremus et inimicae mortis reperiamur in faucibus.

---

mg. Urs. 1) Epictet. Enchir. XXXII, 3. Schweigh. ad Epict. frr. n. 181. et Arrhiani Comment. I, 12. — In seqq. Dubitamus Hild. pro gloss. habet. 2) ipsis ed. Oberth. et Orell. — In seqq. Cod. praebet conquisimus, quod in textum recepit Hild. 3) Sic Codd. ed. LB. et Hild. In cett. adnitimur. — Subscriptio libri in Cod. Par. est: ARNOBII. ADVĒRS. NATIONES. LIB. II. EXP. INCIPIT. LIB. III.

ARNOBII
ADVERSUS NATIONES
LIBER TERTIUS.

100 1. Iamdudum quidem criminibus his omnibus maledictionibus potius, ut vera dicamus, ab excellentibus parte in hac viris, et veritatem istam commeritis nosse, satis plene accurateque responsum est, neque apex ullus ullius praetermissus est quaestionis, qui non sit modis mille et rationibus validissimis refutatus. Non est igitur necessarium parte in hac causae diutius immorari. Neque enim res stare [1]) sine adsertoribus non potest, religio Christiana aut eo esse comprobabitur vera, si adstipulatores habuerit plurimos et auctoritatem ab hominibus sumpserit. Suis illa contenta est viribus et veritatis propriae fundaminibus nititur, nec spoliatur vi sua, etiamsi nullum habeat vindicem, immo si linguae omnes contra faciant contraque nitantur, et ad fidem illius abrogandam [2]) consensionis unitae animositate conspirent.

2. Nunc ad ordinem revertamur, a quo sumus necessario paulo ante digressi, ne diutius interrupta defensio

---

1) Sic Codd. et ed. LB. quae tamen in seqq. potest et religio praebet. Cett. edd. Neque enim stare habent praeter Hild., qui restare emendatum recepit, quod utique non fecerit, verba si recte distinguere sciverit. 2) ad finem illius adrogandam Codd. test. Meursio, Rig. Crus. Anchersenio aliisque. Sed Hild fidem — adrogandam in Cod. Par. legit.

palmam criminis comprobati calumniatoribus concessisse dicatur. Subiiciunt enim haec: Si vobis divina res cordi est, cur alios nobiscum neque deos colitis neque adoratis, nec cum vestris gentibus communia sacra miscetis et religionum coniungitis ritus? Possumus interim dicere: Ad cultum divinitatis obeundum satis est nobis deus primus,
deus, inquam, primus, pater rerum ac dominus, constitu- 101
tor, moderatorque cunctorum, in hoc omne quod colendum est colimus, quod adorari convenit adoramus, quod obsequium venerationis exposcit venerationibus promeremur. Cum enim divinitatis ipsius teneamus caput, a quo ipsa divinitas divinorum omnium quaecumque sunt ducitur [1]), supervacuum putamus personaliter *ire* per singulos [2]), cum et ipsi qui sint et quae habeant nomina nesciamus, et cuius sint praeterea numeri neque liquidum neque compraehensum neque exploratum habere possimus.

3. Atque ut in terrestribus regnis necessitate nulla compellimur regalibus in familiis constitutos nominatim cum principibus adorare, sed in regum ipsorum cultu quicquid illis adnexum est tacita ut se sentit [3]) honorificentia compraehendi, non alia ratione quicumque hi dii sunt, quos esse nobis proponitis, si sunt progenies regia et principali oriuntur e capite, etiamsi nullos accipiant nominatim a nobis cultus, intellegunt se tamen honorari communiter cum suo rege atque in illius venerationibus contineri. Et hoc quidem a nobis fuerit ita prolatum, si modo liquet et constat praeter ipsum regem et principem esse *alia deûm* capita [4]), quae digesta et separata per numerum velut quemdam populum plebeiae multitudinis faciant. Neque nobis in aedibus sacris effigies pro diis illa et [5]) simulacra velitis ostendere, quae intellegitis vos quoque, *at* recusa-

---

1) dicitur ed. Oberth. et Orell. 2) Sic ed. Hild. In cett. edd. personas ire per singulas. Cod. habet: personaliter per singulos.

3) Sic Codd. et ed. Hild. tacita vi se sentit ed. pr. Bas. Cant. Urs. tacita se sentit mg. Urs. In cett. tacita et se sentit. 4) esse alienum capita Cod. quod ex Hild. conj. correximus. esse alia non capita ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. In cett. esse alia etiamnum capita. Cod. Br. praebet: esse non aliena capita. Rig. cj. esse alia numinum capita, quod placet. Alii aliter. 5) Sic Codd. ed. pr. Urs. Orell. et Hild. In cett. et illa.

tis [1]) et renuitis confiteri, vilissimi esse formas luti et fabrorum figmenta puerilia. Et cum de re loquimur divina vobiscum, hoc ut ostendatis exposcimus esse deos alios natura, vi, nomine, non in simulacris propositos quos videmus, sed in ea substantia, in qua conveniat aestimari tanti esse nominis oportere virtutem [2]).

4. Sed consilium non est parte in hac causae diutius inmorari, ne lites maximas concitare ac tumultuosa
102 conserere videamur velle certamina. Sit ista, ut praedicatis, plebs numinum, sint deorum innumerae gentilitates, adstipulamur, acquiescimus, conivemus nec in aliqua quaestione dubitabile istud abiguumque configimus. Illud tamen a vobis audire exposcimus et rogamus: Unde vobis compertum est vel quibus rationibus compraehensum, hine dii sint [3]), in caelo quos esse existimatis et colitis, an nescio qui alii opinionis et nominis inauditi? Potest enim fieri, ut et hi [4]) sint, quos esse non remini, et quos esse confiditis, in nulla inveniantur *parte* [5]) naturae. Neque enim caeli aliquando subvolastis ad sidera, singulorum facies atque ora vidistis, et quos esse memineritis illic deos, eosdem hic colere tamquam notos instituistis ac visos. Sed et illud rursus desideramus audire a vobis, ne inposita [6]) habeant haec nomina quibus eos vocatis, an ipsi haec sibi diebus imposuerint *lustricis* [7]). Si divina haec sunt et caelestia nomina, quis detulit ad vos ea? Sin autem a vobis appositas appellationes has habent, quemadmodum potuistis vocabula his dare, quos neque videbatis aliquando neque quales aut qui essent in ulla cognatione [8]) noratis?

---

1) et recusatis et rennuitis Codd. quoque et renuitis ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. quoque sed renuitis mg. Urs. et ed. Orell. sed recusatis et renuitis ed. Elm. quoque at recusatis et renuitis dedimus cum ed. LB. 2) virtutum ed. pr. et Hild. vitiose et sine sensu.

3) hine de (dii a m. sec.) sint Codd. hi dii sunt ed. pr. hine sint ed. Bas. Cant. Urs. Elm. 4) ut et hi Codd. test. Rig. Crusio aliisque. In edd. omnibus extat: ut hi. 5) partis Cod. vitiose. Hild. cj. parti. 6) Sic Codd. et ed. Hild. (cf. supra I, 10.) In cett. impositane. 7) lubidriis Cod. Par. ludibriis Cod. Br. ludricis ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. In cett. lustricis ex cj. Meursii et Heraldi. V. Macrob. Sat. I, 16. Fest. p. 120. ed. Müll. cf. Böttiger Kl. Schriften II, 362, 65, Lobeck Aglaoph. I, 434. Becker Gall. I, 26. 8) Sic Codd. et ed. Hild., qui jure defendit eam

5. Sed ut vultis et creditis atque ut vobis persuasum est, hi dii *sint*[1]), nominibus appellentur his etiam, quibus eos *populatim*[2]) censeri popularis vulgaritas ducit. Unde tamen *nostis*, *quot nominis* huius censum[3]) complent? An sint[4]) aliqui vobis in cognitione, *atque* in usum[5]) aliquando notitiamque perlati?[6]) Neque enim sciri est facile, definita et certa sit eorum numeri multitudo, an sine ulla populositatis[7]) summa sit nec computationis alicuius rationibus terminata. Fingamus enim vos deos mille percolere vel millia potius quinque, at in rerum natura potest forsitan fieri, ut deorum millia centum sint, potest ut hoc[8]) amplius, immo, quod diximus paulo ante, potest deorum summa esse nulla nec numerabili circumscriptione finita. Aut igitur et vos impii, qui praeter deos paucos reliquorum officia non obitis, aut si vobis veniam ceterorum ignorantiae postulatis, eamdem et nobis conciliabitis
veniam, si pro parte consimili eorum religionibus abstine- 103
mus, quos esse omnino nescimus.

6. Et tamen ne nos quisquam pervicaciter arbitretur sacramenta nolle suscipere ceterorum quaecumque sunt numinum. Devotas etenim mentes et manus protendimus supplices, neque aspernamus[9]) quocumque invitaveritis accedere: si modo discamus quinam isti sunt divini[10]),

---

lectionem (cf. Cic. de Div. I, 30.: „animus tenetur cognatione deorum."). In cett. cognitione.

1) sunt Cod. ed. pr. et Urs. 2) popularem Cod. populares habent edd. omnes praeter Hild., qui populatim, Casp. Barthii et Rigaltii emendationem, recepit. 3) vobis quae nominibus huius censum Codd. et ed. pr. et Urs., quae tamen sensum praebent. — vobis quae nominis huius sensum ed. Bas. et Cant. vobis quae nominibus his censum ed. Elm. et Oberth. vobis scire quot nominis huius censum compleant ed. LB. vobis quae nominibus his censum ed. Orell. qui nominis huius censum complent mg. Urs. prob. Hild. Nos dedimus locum ex nostra emendatione. 4) Sic Codd. ed. pr. et Urs. etsi sint ed. LB. In cett. an sunt. 5) in cognitione quae in usum Codd. in cognitione, in usum ed. pr. Bas. Cant. Urs. in cognitionem, in usum mg. Urs. et ed. Elm. LB. et Oberth. incogniti nomine in usum ed. Orell. 6) sc. ut illud vos doceant. 7) populositas ed. LB. 8) Sic Codd. ed. Elm. et LB. In cett. et hoc.

9) aspernamus Cod. et ed. Hild. In cett. aspernamur. In seqq. Cod. habet quodcunque. 10) Sic Cod. et ed. Hild. In cett.

quos nobis ingeritis et quos par sit adiungi summi regis ac principis venerationi. Saturnus, inquit, et Ianus est [1]), Minerva, Iuno, Apollo, Venus, Triptolemus, Hercules, Aesculapius et ceteri [2]), quibus magnificas aedes cunctis paene in urbibus religiosa consecravit antiquitas. Invitare nos forsitan ad istorum numinum potuissetis cultum, si non ipsi vos primi opinionum turpium foeditate talia de illis confingeretis, quae non modo illorum polluerent dignitatem, sed minime illos esse qualitatibus *comprobarent iis* [3]) adiunctis. Adduci enim primum hoc ut credamus non possumus, immortalem illam praestantissimamque naturam divisam esse per sexus, et esse partem unam mares, partem esse alteram feminas. Quem quidem locum plene iamdudum homines pectoris vivi tam Romanis litteris explicavere quam Graecis, et ante omnes Tullius Romani disertissimus generis [4]), nullam veritus impietatis invidiam, ingenue, constanter et libere quid super tali opinatione sentiret pietate cum maiore monstravit: a quo si res sumere iudicii veritate conscriptas non verborum luculentias pergeretis, perorata esset et haec [5]) causa, nec secundas, ut dicitur, actiones nobis ab infantibus [6]) postularet.

7. Sed quid aucupia verborum splendoremque sermonis peti ab hoc dicam, cum sciam esse non paucos, qui aversentur et fugiant libros de hoc eius, nec in aurem velint admittere lectionem opinionum suarum praesumpta
104 vincentem, cumque alios audiam mussitare indignanter et dicere, oportere statui per senatum, aboleantur ut haec scripta, quibus Christiana religio comprobetur et vetustatis opprimatur auctoritas? Quinimmo si fiditis exploratum vos dicere quicquam de diis vestris, erroris convincite Ciceronem, temeraria et impia dictitare refellitote [7]), redarguite,

---

divi. 1) Ianus et ed. LB. 2) Codd. hic quid praebeant a nemine accurate adnotatum est. Hercules atque alii et ceteri ed. pr. Bas. Cant. Urs. Hercules, Aesculapius et ceteri mg. Urs. Elm. LB. et Oberth. Atque sic esse in Codd. puto. Orell. et Hild. exhibent: Herc. Aesc. atque alii ceteri. 3) comprobaretis Codd. et edd. omnes praeter Orell. (quae comprobarent habet ex emend. Herald.) et Hild. 4) V. Kühner in libro: Ciceronis in philosophiam eiusque partes merita (Hamb. 1825.) p. 177 sq. 5) esset haec ed. Orell. ex cj. Daviesii. 6) sc. si compararemur cum Cicerone, Romanorum disertissimo.

7) Sic Cod. ed. LB. et Hild. dictare ed. pr. Urs. dicta re(?)

conprobate. Nam intercipere scripta et publicatam velle submergere lectionem non est deos defendere, sed veritatis testificationem timere.

8. Ac ne tamen et nobis inconsideratus aliquis calumniam moveat, tamquam deum quem colimus marem esse credamus, ea scilicet causa, quod eum, cum loquimur, pronuntiamus genere masculino, intellegat non sexum sed usu et familiaritate sermonis appellationem eius et significantiam [1]) promi. Non enim deus mas est, sed nomen eius generis masculini est, quod idem vos dicere religione in vestra non quitis. Nam consuestis in precibus: *Sive tu deus es sive dea* [2]) dicere, quae dubitationis exceptio dare vos diis sexum disiunctione ex ipsa declarat. Adduci ergo non possumus, ut corpora credamus deum. Nam *ex se* necesse est [3]) corpora, si sunt mares ac feminae, insignificata [4]) esse generum disiunctione. Quis enim vel exigui sensus nescit terrenorum ab illo animantium conditore non alia de causa generis diversi sexus institutos esse atque formatos, nisi ut per coitus et conubia [5]) corporum res caduca et labilis successionis perpetuae innovatione duraret?

9. Quid ergo? dicemus deos procreare, deos nasci, et idcirco additas genitalium membrorum partes, ut sufficere [6]) prolem possent, et nova *quaque suboriente* fetura, quicquid prior aetas abstulisset, recidiva [7]) substitutio subrogaret? Ergo si haec ita sunt, id est si dii procreant superi, et si per has leges experiuntur se sexus suntque immortales nec frigoribus fiunt senectutis effeti, sequitur

---

ed. Orell. dicta ed. Bas. Cant. Elm. Oberth. — In seqq. omnes edd. reprobate praebent praeter Hild., qui Codd. lectionem restituit.

1) significationem Cod. Br. 2) sive tu dea ed. pr. Bas. Cant. Urs. — De ipsa formula adeas Gell. II, 20. ibique Gron. Macrob. Sat. III, 9. Kopp ad Mart. Cap. II, §. 149. p. 199. In seqq. Codd. habent dubitationibus. 3) nam esse necesse est Codd. test. Rig. Crusio aliisque, quod correxi. In edd. est: Nam esse necesse est. 4) insignificata Cod. ed. LB. (quae in seqq. esse e generum distinctione habet) et Hild. vi significata ed. Bas. Cant. Elm. insignita esse generis distinctione mg. Urs. et Orell. Putamus restituendum esse: in se significata esse gen. disiunctione, facillima correctione. Alii cj. insignita certa esse. 5) Sic scribit Cod. fere semper.

6) suscipere Cod. Br. — In seqq. Codd. ed. pr. et Urs. habent: nova quaeque sunt oriente. 7) recidua Cod. a m. pr. re-

ut debeant plena esse diis omnia, neque innumeros caelos eorum capere multitudinem posse, siquidem et ipsi [1]) perpetuo generant et per suboles subolum multiplicata semper innumerabilitas ampliatur: aut si obscenitas coeundi, ita ut decet, ab diis abest, quae causa ratioque monstrabitur, cur insigniti sint his locis, quibus sexus se solent [2]) libidinum propriarum admonitionibus recognoscere? Neque enim veri est simile haberi haec frustra, aut *vim providam* in illis suam [3]) ludere voluisse naturam, ut eos his partibus aggeraret, quibus utendum non *esset.* Ut enim [4]) ad usus certos manus, pedes, oculi ceteraque constructio membrorum sua quaeque in officia constituta est, ita convenit credere in sui muneris functionem comparatas esse has partes [5]) aut confitendum est, in deorum corporibus esse aliquid vacuum, quod sit frustra atque inaniter fabricatum.

10. Quid dicitis o sancti atque inpolluti antistites religionum? Habent ergo dii sexus et genitalium membrorum circumferunt foeditates, quas ex oribus [6]) verecundis infame est suis appellationibus promere? Quid ergo iam superest, nisi ut eos credamus immundorum quadrupedum ritu in libidinum furias gestire, cupiditatibus rabidis ire in mutuas complexiones et ad postremum [7]) fractis dissolutisque corporibus voluptatis [8]) enervatione languescere? Et quoniam quaedam sunt feminarum generis propria, sequitur ut [9]) eas quoque credamus circumactis persolvere suas mensibus leges, fastidiosos ducere atque habere conceptus, aboriri, perferre, et praepropero partu septimanas [10]) edere aliquando feturas. O pura, o sancta atque ab omni turpitudinis labe disparata atque abiuncta divinitas! Havet et

---

cidiva a m. sec. 1) ipsi si Cod. ed. pr. Urs. Oberth. et Hild. In cett. si recte deletum est. 2) solet Cod. et ed. Hild. 3) aut inprovida in illis suam Codd. aut improvidentiam in illis suam ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. aut improvidam in illis suave ed. LB. et Orell. aut improvide vim in illis suam ed. Hild. Nos locum dedimus ex nostra emendatione. 4) est. sed ut enim Codd. ed. pr. Urs. Orell. Hild. vitiose. est. Sed enim ut ed. Bas. Cant. est. Ut enim ed. Elm. et LB. Nos dedimus correctionem mg. Urs. 5) has esse partes comparatas ed. LB.

6) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. Hild. In cett. quas etiam ex oribus ex mg. Urs. 7) Sic Codd. ed. Elm. LB. et Hild. In cett. et postremum. 8) voluntatis Cod. et ed. pr. 9) sequitur et ed. Oberth. et Orell. vitiose. 10) i. e. septem

animus [1]) atque ardet in chalcidicis illis magnis atque in palatiis caeli deos deasque conspicere intectis corporibus atque nudis, ab Iaccho [2]) Cererem, Musa ut praedicat Lucretia [3]), mammosam, Hellespontiacum Priapum [4]) inter deas virgines atque matres circumferentem res illas proeliorum semper in expeditionem [5]) paratas. Havet, inquam, videre deas gravidas, deas fetas gliscentibusque per dies 106
aluis intestini ponderis morositate cunctari, parturire alias tractu longo et manus obstetricias quaerere, illas [6]) telis gravibus et dolorum acuminibus fixas heiulare, *tortari* [7]), et inter haec omnia suppetias Iunonis implorare Lucinae. Nonne multo est rectius maledicere, conviciari atque alia ingerere diis probra, quam ut obtentu [8]) pio talia de his monstra opinionum indignitate praesumere?

11. Et [9]) audetis adscribere causam nobis offensionis deorum, cum, si iudicatio fiat, certissima in vobis reperiatur haec esse et in contumelia *alia* quam [10]) opinamini stare? Nam si dii, ut dicitis, adficiuntur ira et animorum indignationibus incalescunt, cur eos non putemus aegre atque acerrime sustinere, dari sibi a vobis sexus, quibus canes porcique formati sunt, et cum ita credatis, non aliter se fingi et ignominiosa cum ostentatione proponi? Ergo cum haec ita sint, miseriarum omnium causa vos estis, vos deos impellitis, vos excitatis infestare omnibus malis terras et nova quaeque cotidie struere, quibus ulcisci se possint tot a vobis iniuriis et maledictionibus exasperati. Maledictionibus, inquam, et iniuriis, *quas* [11])

---

mensium. Nove hoc dictum. 1) habet et animum Codd. et ed. Hild. habet etiamnum ed. pr. et Urs. In cett. Avet animus. — In seqq. ed. Bas. habet chalcioecis. 2) apud Iacchum ed. Bas. et Cant. Sed v. Lucret. IV, 1162. — Cf. Sainte-Croix Rech. sur les Myst. I, 198 sqq. Creuzer Symb. III, 335. Gerhard Prodr. p. 50. cum adn. et p. 403. 3) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. Lucretii. 4) Cf. Schol. Apoll. Rhod. I, 932. Etymol. M. s. v. Ἀβαρνίς et Prudent. c. Symm. I, 102 sqq. Zoega Bassiril. ant. II, tab. 80. p. 165 sqq. 5) expeditione Codd. et edd. expeditionem cj. Huet. et Livin. — In seqq. Codd. et ed. pr. Urs. et Hild. iterum habent Habet. 6) alias ed. LB. 7) hortari Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. 8) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. ut desideratur. Olim cj. quam sub obtentu.

9) Et deest in ed. Elm. 10) et in contumelia quam Codd. et edd. praeter Orell., quae: nec in contumelia praebet. 11) quam Codd. vitiose.

partim fabulis turpibus, partim opinionibus indecoris, quas vestri theologi, quas poetae, quas ipsi vos quoque ignominiosis celebratis in ritibus, res perditas invenietis humanas et abiecisse clavum deos, si modo illorum curam spectat mortalium regere atque administrare fortunas. Nam nobis quidem cur irascantur non habent, quos vident et sentiunt neque se colere neque deridere, quod dicitur, et honestius quam vos multo de sui nominis dignitate existimare, quam credere [1]).

12. De sexu hactenus. Nunc ad speciem veniamus et formas, quibus esse descriptos deos superos creditis, quibus immo formatis et templorum amplissimis conlocatis in sedibus. Neque quisquam Iudaeicas [2]) in hoc loco nobis opponat et Sadducaei generis fabulas, tamquam formas
107 tribuant et *os* deo [3]) (hoc enim putatur in eorum litteris *dicier et vel* re certa [4]) atque auctoritate firmari): quae aut nihil ad nos attinent nec ex aliqua portione quicquam habent commune nobiscum, aut si sunt, *ut* creditur [5]), sociae, quaerendi sunt vobis altioris intellegentiae doctores, per quos possitis addiscere, quibus modis conveniat litterarum illarum nubes atque involucra relaxare. Nostra de hoc sententia talis est. Naturam omnem divinam, quae neque esse coeperit aliquando nec vitalem ad terminum sit aliquando ventura, lineamentis carere corporeis neque ullas formarum effigies possidere, quibus extima circumscriptio membrorum solet coagmenta finire. Quicquid enim tale est, mortale esse arbitramur et labile; nec obtinere

---

1) Sic Codd. ed. pr. Urs. et Hild. Et recte, ut videtur. Supplendum est vos. Similes repetitiones apud Arnob. habes II, 59. si aliquid sciri — si posse. VII, 19. nonne solvi — nonne rationes.

2) Iudeicas Cod. ed. pr. et Hild. Tuetur hanc adjectivi formationem verbum iudaeidiare acrosticho firmatum ap. Commodianum, poetam Afrum, Instruct. c. 37. 3) tribuant et nos Cod. tribuant et os ed. LB. et Hild. In cett. tribuamus et nos. — Ceterum recte adnotat Orell. h. l. Arnobium videri Sadducaeos, qui omnem traditionem veterem rejiciebant ideoque increduli habebantur, confudisse cum Pharisaeis aliisque Iudaeorum magistris talium fabularum auctoribus. 4) dici et ut vel re certa Codd. ed. pr. Cant. Urs. LB. Oberth. Hild. dici et lege certaque auctoritate ed. Bas. mg. Urs. dici et velut (veluti Orell.) re certa ed. Elm. et Orell. Nos dedimus locum ex nostra emendatione. 5) sunt creditur Codd. sunt creditae ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. sunt credita, socii mg. Urs. ed. Elm. In cett. sunt ut creditur.

perpetuam posse credimus aevitatem quod extremis coercitum finibus necessaria circumcludit extremitas.

13. At vero vos deos parum est formarum quod amplectimini mensione, filo et atterminatis [1]) humano, et quod indignius multo est, terrenorum corporum circumcaesura finitis. Quid ergo dicemus? Caput deos gestare tereti rotunditate collectum, retinaculis nervorum dorso inligatum ac pectori, et ad cervicum necessarias flexiones consertionibus verticum [2]) atque ossea substructione fulciri? Quod si accipiemus ut verum sit, aures etiam sequitur ut habeant curvis perterebratas anfractibus, oculorum orbiculos mobiles, superciliorum marginibus obumbratos, suspensum imbricem narium, *munctionibus mucculentis* [3]) et spiritali commeabilem tractui, subactionibus ciborum dentes trini generis atque in officia trina compositos, manus ministras operum, articulis digitis et cubitorum mobilitate tractabiles, corporibus sustinendis pedes explicandis gressibus et suggerendis anticipationibus itionum. Quodsi ea quae prompta sunt, consentaneum est et illa portari [4]), quae sub costis earumque sub cratibus cutes contegunt atque omentorum membranulae, gurguliones, ventriculos, 108
lienes [5]), pulmones, vesiculas, iecora, intestinorum volubilium tractus et per omnia viscera commeantes purpurei sanguinis venas cum arteriis spiritalibus [6]) coniugatas.

14. An numquid caelestium corpora foeditatibus his carent, et quoniam cibis mortalibus abstinentur [7]), edentulos eos esse parvulûm credendum est ritu et viduatos interioribus cunctis tamquam utres sufflatos turgidorum corporum inanitate pendere? Quid quod, si haec ita sunt, erit vobis necessarium contueri, similesne sint dii omnes, an formarum dispari circumscriptione teneantur. Si enim

---

1) Sic Codd. ed. LB. Orell. et Hild. filo etiam aterm. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. filo etiam determ. ed. Elm. 2) Nove hoc dictum pro „verticulorum". vertebrarum pro verticum habet mg. Urs. et ed. Elm. verticularum ed. Orell. ex cj. Dousae. 3) unctionibus munculentis Cod. 4) putari ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. 5) venas Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. vitiose. renes ed. Hild. ex cj. Stewechii et Meursii. In cett. lienes ex emendat. mg. Urs. 6) Cf. Gell. XVIII, 10. et Pollux Onom. II, §. 216.

7) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. abstinent. — In seqq. edd. omnes praeter princ. et Hild. parvulorum habent.

par cunctis atque una est omnibus similitudinis species, non absurdum est credere errare eos fallique cognitionis in mutuae comprachensione. Sin autem gerunt discrimen in vultibus, sequitur ut intellegi debeat, non alia de causa dissimilitudines his datas, nisi ut singuli se possent differentium signorum proprietatibus noscitare. Ergo esse dicendum est quosdam capitones, cilunculos [1]), frontones, labeones, in his alios mentones, naevimos [2]) atque nasicas, hos displosis naribus, illos resimis, nonnullos turgentibus malis aut buccarum incumulatione [3]) *saccibucces*, nanos, longos, medios, macilentos, pingues, crassos, hos capillorum intortionibus crispulos, caluitiis alios et glabritatibus rasos: neque opinari nos falso vestra et [4]) produnt atque indicant officina [5]), siquidem cum facitis atque informatis Deos, hos crinitos effingitis, alios leves, senes, iuvenes, pueros, aquilios [6]), caesios, ravos, seminudos, intectos aut, ne frigus incommodet, fluidarum vestium superiectione perfusos.

15. Quisquamne est hominum rationis alicuius sapore contactus, qui pilos et lanugines credat in deorum corporibus nasci, qui annorum in illis inesse discrimina, qui et per varias tegminum atque amictuum formas vestitos hos ire atque ab aestibus sese frigoribusque tutari? Quod qui habet verum, et hoc necesse est tamquam verum
109 accipiat: esse deos fullones, esse tonsores, qui vel sacras eluant vestes vel capillos imminuant silvescentium crinium velleribus involutos. Itane istud non turpe, non impietatis

1) Sic Codd. et edd. praeter mg. Urs. Elm. et LB., quae silunculos habent. 2) naevimos Codd. test. Rig., Crusio aliisque (Hild. affirmat naevinos in eo extare quod et in suam ed. recepit) et sic etiam ed. pr. et Urs. — In cett. naevios. Fortasse naevitos emendandum est. 3) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. cumulatione. — In seqq. Codd. ed. pr. et Urs. sacrivoces habent, acrivoces ed. Bas. Cant. mg. Urs. Elm. Oberth. saccibucces ed. LB. et Orell. ex cj. Salm. flaccibucces cj. Hild. 4) Sic Codd. et ed. Hild. vestrae ed. Bas. Cett. edd. vestrae et. 5) Sic Codd. quam lectionem retinui cum Hild., probatam certe uno exemplo, ab Ducangio in Gloss. Med. et Inf. Aet. prolato ex Eadmeri Vita S. Wilfridi: „officina regularia decenter constructa et tegulis ligneis tecta.“ — In cett. edd. est officinae. 6) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. aquilos. Firmatur Codd. lectio glossa Placidi: „Diaquilii (leg. Dî aquilii), inferi. Aquilosi (leg. Aquilios) antiqui nigros dicebant.“ —

et contumeliae plenum est, moribundi et caduci animantis lineamenta diis dare, insignire his partibus, quas enumerare, quas persequi probus audeat nemo nec sine summae foeditatis horrore mentis imaginatione concipere? Hoccine est illud fastidium vestrum, sapientia haec adrogans, qua despuitis nos ut rudes, atque omnem scientiam remini rerum vobis divinarum patere? Aegyptiorum ridetis aenigmata, quod mutorum animantium formas divinis inseruerint causis, easdemque quod species multo ture accipiant et reliquo caerimoniarum paratu: vos effigies hominum tamquam deorum veneramini potestates, nec pudet his ora terreni animalis imponere, erroris alios et stultitiae condemnare, et in erroris eiusdem similitudine ac vitio depraehendi.

16. Nisi forte dicetis alias quidem inesse diis formas et honoris [1]) et *dicis* causa species vos eis accommodavisse mortalium, quod maioris multo est contumeliae, quam erroris aliquid ignoratione fecisse. Nam si vos fateremini id quod vestra suspicio credidisset formamentis [2]) attribuisse divinis, minus erat iniuriae praesumpta in opinatione peccasse. Nunc vero cum aliud creditis et aliud fingitis, et in eos estis contumeliosi, quibus id adtribuitis [3]), quod eis confitemini non esse, et inreligiosi esse monstramini, cum id adoratis quod fingitis, non quod in re esse ipsaque in veritate censetis [4]). Si aselluli, canes, porci humanum aliquid saperent fingendique haberent artes, îdemque nos vellent cultu aliquo prosequi et statuarum consecrationibus honorare, quantas nobis irarum flammas, indignationum quos turbines concitarent, si suorum corporum formas nostra vellent portare atque obtinere simulacra? Quantas, inquam, irarum flammas suffunderent, excitarent [5]),

---

1) s e d h o n o r i s mg. Urs. et ed. LB. — In seqq. Cod. corrupte habet: d o t i s c a u s a cum ed. pr. Bas. Cant. Urs. d i c i s c a u s a emendarunt Lips. et Rig. 2) f o r m a m m e n t i s ed. pr. Bas. Cant. Urs., quae tamen in mg. verum habet. 3) i t a t r i b u i t i s Cod. a m. pr. et ed. pr. atque Urs. — In seqq. correxi e i s pro e o s, quod Codd. et edd. habent. 4) v e r i t a t e e s t c e n s e t i s Cod. Par. ed. LB. Oberth. Orell. Hild. v e r i t a t e c e n s e t i s Cod. Br. v e r i t a t e e s s e c e n s e t i s ed. pr. Bas. Cant. Urs. n o n q u o d r e a p s e i n v e r i t a t e e s s e c e n s e t i s mg. Urs. et ed. Elm. prob. Heraldo. 5) e x c i t a r e n t pro gloss. habeo cum Hild. aliisque.

110 si urbis conditor Romulus asinina staret in facie, si sanctus Pompilius in canina, si porcina sub specie [1]) nomen esset Catonis aut Marci Ciceronis inscriptum? Ita ergo stoliditatem vestram non rideri, si rident, vestris ab numinibus remini, aut quoniam censetis adfici eos ira, non insanire, non furere, neque pro iniuriis et contumeliis tantis ultum ire se velle iacularique in vos ea, quae dolor suetus est iacere et offensionis acerbitas comminisci? Quanto fuerat rectius elephantorum his formas, pantherarum aut tigridum, taurorum equorumque donare? Nam quid in homine pulcrum est, quid, quaeso, admirabile vel decorum, nisi quod et clurino [2]) cum pecore nescio quis auctor voluit esse commune? [3])

17. Sed si vobis, inquiunt, nostra opinatio displicet, vos demonstrate, vos dicite, qua sit deus praeditus forma. Si veram vultis audire sententiam: aut nullam habet deus formam, aut si informatus est aliqua, ea quae sit profecto nescimus. Neque enim quod vidimus numquam nescire esse ducimus turpe, aut ea re prohibemur [4]) aliorum sententias refutare, quia super hoc nostram nullam ipsi sententiam promimus. Ut enim si vitreus esse dicatur mundus, si argenteus, ferreus vel ex fragili conglobatus [5]) et fabricatus *esse* testa, non dubitemus falsum esse contendere, quamvis quae sit eius materia nesciamus: ita cum de specie agatur dei, quam perhibetis convincimus non esse, etiam si quae sit minus possumus explicare.

18. Quid ergo, inquiet aliquis, non audit deus, non loquitur, non ante se positas res videt, non intuetur? Suo forsitan genere, non nostro. Neque enim veri aliquid scire tanta in re possumus aut suspicionibus indagare, quas esse apud nos liquet instabiles, lubricas et vanorum similitudines somniorum. Si enim dixerimus iisdem illum [6]) ra-

---

1) in specie Cod. Br. 2) Alii durino, alii clurino in Codd. legebant. veterino habent ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. 3) V. Cic. N. D. I, 35.

4) prohibemus Codd. ed. pr. et Urs. vitiose. 5) condolatus praebet ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm., quod vitium inde est ortum, quia in Cod. scriptum extat: conclobatus, eodem errore atque paulo supra in clurino. — In seqq. Cod. et ed. pr. habent fabricatus est testa, quod in fabr. esse testa mutavimus. In edd. est: fabricatus testa.

6) illum deest in ed. Oberth. et Orell.

tionibus videre quibus et nos videmus, sequitur ut intellegi
debeat superiectas pupulis [1]) eum habere membranulas,
conivere, nictare, radiis aut imaginibus cernere, aut quod
oculis commune est omnibus, sine alterius luminis com- 111
mixtione nihil omnino conspicere. Quod ipsum similiter de auditu ac de eloquii forma et verborum prolatione dicendum est. Si per aures audiat, eas quoque habere flexuosis tramitibus perforatas, qua inrepere vox possit sensum nuntiatura sermonis, aut si verba ore funduntur, labia habere cum dentibus, quorum inflictu et mobilitate multiiuga lingua sonos articulet et vocem in verba conformet.

19. Ac si [2]) nostri animi motum non recusatis audire, tantum abest, ut nos deo corporalia lineamenta tribuamus, ut animorum etiam decora ipsasque virtutes, quibus eminere vix concessum est paucis, tantae rei vereamur adscribere. Quis enim deum dixerit fortem, constantem, frugi, sapientem? quis probum, quis sobrium, quis immo aliquid nosse, quis intellegere, quis providere, quis ad fines officiorum certos actionum suarum decreta dirigentem? Humana [3]) sunt haec bona, et ex oppositione vitiorum existimationem meruerunt habere laudabilem. Quis est autem tam obtunsi pectoris, tam bruti, qui humanis bonis deum esse dicat magnum aut ideo nominis maiestate praecellere, quod vitiorum careat foeditate? Quicquid de deo dixeris, quicquid tacitae mentis cogitatione conceperis, in humanum transilit et corrumpitur sensum, nec habet propriae significationis notam, quod nostris dicitur verbis atque ad negotia humana compositis. Unus est hominis intellectus de dei natura certissimus, si scias et sentias nihil de illo posse mortali oratione depromi.

20. Et haec vero prima est vestrorum numinum contumelia, quam de formis et sexibus boni scilicet vindices et religiosi constituistis auctores. Illud vero quod sequitur quale est, quod deos nobis [4]) inducitis alios fabros, alios medicos, alios lanarios, nautas, citharistas, auloedos,

---

1) populis Codd. pupillis ed. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth.

2) ac si Codd. In edd. ac desideratur. 3) dirigere mg. Urs. Elm. Corrigendum fortasse: dirigere? Tam humana.

4) Sic Cod. prob. et Rig. In edd. est vobis.

venatores, pastores et, quod superat [1]), rusticos? Ille [2]), inquit, musicus deus est, et hic alter divinus [3]) est. Ceteri enim dii [4]) non sunt et ventura praedicere inscitia nesciunt atque ignorantia futurorum. Obstetriciis [5]) ille informatus artibus, medicorum alius institutus est disciplinis. Ergone singuli sua in re pollent, nec in auxilium vocati alienis possunt in partibus subvenire? Hic in sermone facundus est atque in verborum continuationibus promptus: bardi enim sunt alii, nec possunt aliquid scitum, si oratio facienda est, eloqui.

21. Et rogo [6]), quae ratio est, quae tam dura necessitas, quae causa, ut artificia haec superi tamquam viles noverint atque habeant sellularii? In caelo enim cantatur et psallitur: ut intervalla et numeros vocum novem conserant scitulae [7]) ac modulentur sorores? Sunt in sidereis *molibus* [8]) silvae, sunt lustra, sunt nemora: venationum praepotens habetur [9]) in expeditionibus Diana? Imminentia dii nesciunt et sortibus vivunt agitanturque fatalibus: ut quid cuique crastinus dies ferat aut hora, Latonius explicet atque aperiat vates? Ipse alio impletur deo et vi numinis premitur exagitaturque maioris, ut merito dicatur habeaturque divinus? Corripiuntur dii morbis et vulnerari, vexari aliqua ex re possunt: ut cum exegerit ratio, auxiliator subveniat Epidaurius? Parturiunt, pariunt: ut difficiles puerperiorum tricas Iuno mulceat corripiatque Lucina? Rem rusticam tractant aut curant militaria munera: ut flammis potens [10]) Vulcanus fabricetur his enses aut ruris ferramenta producat? Vestis indigent tegmine: ut virgo Tritonia *curiose iis* [11]) stamen neat, et qualitate pro temporis aut trilices tunicas aut de serico et *lino properet*? [12]) Accusant et diluunt crimina: ut Atlantea progenies eloquii primas ferat studiosa exercitatione quaesiti?

1) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Hild. In cett. supererat ex emend. mg. Urs. et Guilielmi. 2) Sic Codd. ed. LB. et Hild. In cett. Et ille. 3) i. e. divinans. 4) divini mg. Urs. 5) Sic Codd. et ed. LB. Oberth. Orell. Hild. In cett. obstetricis.

6) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. At rogo. 7) Legendum fortasse scitule. 8) motibus Codd. ed. LB. et Hild. In cett. montibus. Nos conjecimus molibus. 9) Sic Codd. ed. pr. et Urs. In cett. nemora, ut venat. praep. habeatur. 10) Sic Codd. ed. pr. Urs. et Hild. In cett. flammipotens. 11) curiosius Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. 12) et imponere Codd.

* [illegible] (P. 19) * curiosius
o de serico det imponere

22. Sed erras [1]), inquit, et falleris: non enim ipsi
opifices dii sunt, sed ingeniis hominum subiiciunt has artes,
atque ut vita sit instructior, tradunt scienda mortalibus.
Sed qui aliquam subiicit [2]) ignaro ac nescio disciplinam,
sollertemque *hunc* [3]) efficere nonnullius operis scientia con- 113
tendit, sciat ipse necesse est primus id quod alterum co-
lere [4]) constituit. Neque enim traditor alicuius esse scien-
tiae potis est, ut non eius [5]), quod tradit, praecepta habeat
cognita et rationem teneat exercitatissime compraehensam.
Dii ergo sunt artifices primi: sunt, sive [6]) quod, ipsi ut di-
citis, subdunt scientiam mentibus, sive quod immortales et
geniti numquam genus omne terrenum vetustate temporis
antecedunt. Hoc est ergo quod quaeritur, cum sit nullus
apud superos artibus his locus, neque usus illorum neque
natura deposcat ingeniosum aliquid aut sellularium scire:
cur esse dicatis in aliis perceptionibus [7]) *ignarures* et
habere sollertias, in quibus singuli se vincant [8]) scientiarum
cognitione discreti?

23. Nisi forte hoc dicitis, deos artifices non esse, sed eos his artibus praesidere, curare, immo sub illorum

---

mendosissime. de serico imponat ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. de serico et sine onere imponat ed. LB. Oberth. de serico componat ed. Orell. de serico et lino tortet ed. Hild. Nos nostram emendationem recepimus.

1) quaesitis et erras Cod., unde Rig. et Hild. recte emendarunt Sed erras. ed. pr. et Urs. Et erras, cett. Erras simpliciter praebent. — In seqq. mg. Urs. et ed. LB. inquitis habent. 2) subicit (et paulo supra subiciunt) Cod., et ita constanter scripta esse in eo videntur composita verbi jacere. 3) his Cod. ed. pr. Bas. Cant. sic cj. Stewech. In cett. hunc ex emend. Ursini. 4) callere mg. Urs. prob. Stewechio. docere ed. LB. quo alterum colere cj. Hild. 5) eius deest in ed. Oberth. et Orell. — In seqq. Crus. percepta invenit in Cod. pro praecepta. 6) sunt artifices primi sunt Codd. ed. pr. et Urs. sunt artifices primi sive ed. Bas. Cant. mg. Urs. Elm. Oberth. Orell. sunto artifices, primi sunto ed. LB. sunt artif. sunt primi sive ed. Hild. vitiose. 7) Sic Codd. et edd. praeter Elm., quae praeceptionibus (ex mg. Urs.) et LB., quae aliis alios percept. praebet. — In seqq. Codd. ignarores et habent. gnariores et ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. ignarures sed ed. Hild. In cett. gnarures et ex cj. Scaligeri. — In seqq. verba: et habere desiderantur in Cod. Br. 8) singulis evincant Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Hild. singuli se vincant mg. Urs. prob. Meurs. et Livin., et ed. Oberth. et Orell. (cf. infra c. 29.: „Cum enim singulis singulos anteire" sqq.) singuli emineant ed. LB.

posita esse tutela omnia, quae administramus, quae gerimus, atque ut bene ac feliciter cedant, illorum provisione curari. Quod quidem merito dici ac probabiliter videretur, si ad voluntatem semper sententiamque procederent ea quae obimus, quae gerimus aut in negotiis periclitamur humanis. Cum vero in contrarium cotidie res vertantur, neque ad propositum voluntatis actionum respondeant fines, ludentis est dicere deos nobis superesse custodes, quos suspicio finxit nostra, non explorata veritas comprachendit. Permarini tutissimas praestant commeantibus [1]) navigationes: sed cur [2]) insanum mare tam frequentes *exposcit* [3]) crudelium naufragiorum ruinas? Salutaria et fida consilia nostris suggerit cogitationibus Consus [4]): et in contrarios exitus cur assidue vertitur placitorum inopinata mutatio? Armentorum et pecorum gregibus Pales praesunt Inuusque custodes [5]): et cur saeva contagia et pestilentes morbos ab aestivis avertere cessatione inimica non curant? Flora illa *meretrix* [6]) et sancta obscenitate ludorum bene curat ut
114 arva florescant: et cur cotidie gemmulas et pubescentes herbas adurit atque interficit nocentissimum frigus? Puer-

1) per maria (marii a m. sec.) tutissimas praestant commeantibus Cod. quod felicissime emendavi. In edd. omnibus ex correctione Sabaei legitur: Per maria tutiss. praestat Portunus commeantibus sqq. Permarini qui hic appellantur sunt Lares permarini, *θεοὶ διαπόντιοι,* ut Gloss. explicant. Fast. Praenest. (Orell. Inscr. Lat. II, p. 410.) d. 22. Decembr.: „Laribus permarinis in portubus (Tiberis) . . . . pollucent.“ Permarini lares memorantur etiam ap. Front. III, 9. p. 73. ed. Mai, ubi male Cod. rescr. praebet promarinos. Praeterea cf. Hertzb. de Diis Rom. Patr. etc. c. 22. p. 51. 2) et cur emendat Rig., et recte, ut mihi quidem videtur. Sed nolui a Codd. auctoritate recedere. 3) exposuit Codd. et edd. exposcit dedimus ex cj. Petr. Junii. 4) Serv. ad Aen. VIII, 636. Schol. in Cic. Verr. I, 10. p. 142. ed. Orell. Hartung Rel. der Röm. II, 87 sqq. Kopp ad Mart. Cap. I, §. 55. p. 100. Creuzer Symb. II, 608 sqq. 5) De Pale v. Klausen Aen. II, 879 sqq. 658 sqq. Müller Etr. II, 87 sqq. Hartung II, 148 sqq. — De Inuo Macrob. I, 22. Serv. ad Aen. VI. 776. Arntzen ad Aur. Vict. de Orig. G. R. c. 4. p. 11. Kopp ad Mart. Cap. I, §. 50. p. 96. sqq. et Hartung II, 178. 6) genetrix Codd. ed. pr. Bas. Cant. LB. Oberth. prob. Lerschio. In cett. meretrix ex mg. Urs. probb. Guyeto, Rig. et Hild., qui recte judicat genetrix esse emendationem librarii stolidi, qui deam meretricem appellari non posse opinatus sit et hinc genetrix pudice emendaverit. — Cf. Min. Fel. Oct. c. 25. ibique Intt. Lact. Inst. I, 20. Schol. ad Juven. Sat. VI, 250. Hartung II, 141 sq. Cf. infra

periis Iuno praeposita est et auxiliatur genetricibus fetis: et matrum intereunt cur cotidie millia parricidalibus nixibus interemptae? In tutela Vulcani est ignis et materies eius in illius regimine constituta est: et cur aedes frequentissime sacras atque urbium portiones ad cinerem patitur flammarum voracitate conlabi? Divinationis scientiam largitur hariolantibus Pythius: et cur obliquata, dubia [1]), cur obscuritatibus submersa caligine dat saepius subministratque [2]) responsa? Aesculapius officiis et medendi artibus praeest: et cur plura morborum et valetudinum genera ad sanitatem nequeunt incolumitatemque perduci, immo sub ipsis fiunt curantium manibus atrociora? *Curat* [3]) Mercurius ceromas [4]), pugillatibus et luctationibus praeest [5]): et cur invictos omnes non perficit quibus praeest, cur unius in officio praesidatus hos victoriae compotes, alios vero perpetitur ignominiosa infirmitate rideri?

24. Tutelatoribus [6]), inquit, supplicat diis nemo, et idcirco singuli familiaribus officiis atque auxiliis desunt. Nisi enim tura et salsas accipiant fruges, benefacere dii nequeunt, et nisi pecorum sanguine delibutas suas conspexerint arulas, suos deserunt atque abiiciunt praesidiatus? [7]) Atquin ego rebar paulo ante, spontaneas esse numinum benignitates ultroque ab his fluere inexpectata benivolentiae munera. Numquid enim rex poli libamine aliquo exambitur aut hostia, ut omnia ista quibus vivitur commoda [8]) mortalium gentibus largiatur? Non fervorem genitalem solis deus noctis et tempora, ventos, pluvias, fruges cunctis subministrat aequaliter × bonis, malis, iniustis, *iustis*,

---

ad VII, 33. 1) dubia pro gloss. habet Hild. obliqua ac dubia legitur in ed. LB. et Oberth. In seqq. obscuritatum emendat mg. Urs. 2) Sic Codd. et edd. praeter pr. Bas. Cant. Urs., (in cujus mg. primum reperitur subministratque), quae praebent submonstrat. 3) atrociora cura Codd. et ed. Oberth. ex emend. Stewechii. atrociora curae? ed. pr. Bas. Cant. atrociora? Mercurius ed. Urs. Elm. et cj. Herald. 4) Sic Codd. ed. LB. et Hild. In cett. ceroma. — Cf. Prud. c. Symm. II, 4 sq. Kopp ad Mart. Cap. II, §. 100. p. 141. 5) praestat mendose habent ed. pr. Bas. Cant. Elm. Oberth. In cett. praeest ex Codd. et mg. Urs.

6) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. Tutelaribus. — V. Macrob. Sat. III, 9. 7) Sic Cod. teste Rig. et Crusio. Hild. legit praesidatus. 8) commota ed. Oberth. et Hild. vitiose. — In seqq. mortalium generi habet mg. Urs. et ed. LB.

× Löfstedt: bonis, malis, ⟨iustis⟩, iniustis, servis, pauperibus, divitibus. see II, 64

ingenuis [1]), servis, pauperibus, divitibus? Hoc est enim proprium dei potentis ac veri, inexorata [2]) beneficia praebere fessis atque invalidis rebus et multiformi semper asperitate vallatis. Nam sacrificiis editis id quod poscaris adnuere, non est istud postulantibus subvenire, sed benignitatis propriae munificentiam venditare. Ludimus et lascivimus tanta in re homines, et qui sit [3]) deus obliti, quid istius magnificentia nominis, quicquid vile vel sordidum suspiciosa potuimus credulitate confingere, divis tutelaribus adrogamus.

25. Unctionibus, inquit, superest Unxia [4]), cingulorum Cinxia replicationi [5]), Vita et Potua [6]) sanctissimae victui potuique procurant. O egregia numinum et singularis interpretatio potestatum: nisi postes virorum adipali unguine oblinerentur ab sponsis, nisi virginalia vincula iam feruentes dissoluerent atque imminentes mariti, nisi potarent et manderent homines, dii nomina non haberent? Quid, quod non contenti tam deformibus subdidisse atque implicuisse deos curis, naturas his etiam feras, truculentas, immanes, malis gaudentes semper et humani generis adtribuitis vastitate [7]).

---

1) malis iniustis ingenuis servis Codd. malis, iniustis, servis ed. pr. Bas. Cant. Urs. malis, iustis, iniustis, ingenuis, servis mg. Urs. cum asterisco. — In cett. malis, iustis, ingenuis, servis, praeter Hild. quam sumus secuti. 2) inexorta Cod. Br. vitiose. 3) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. et quid sit.

4) Serv. ad Aen. IV, 459. Cf. Böttiger Ideen z. Kunstmyth. II, 243. Kopp ad Mart. Cap. II, §. 149. 5) Fest. p. 63. ed. Müll. Kopp ad Martian. Cap. l. l. 6) vita et potua Codd. Victua et Potua mg. Urs. In edd. est: Victa et Potua. Equidem adstipulor Meursii judicio, qui corrigit: Vica et Pota. Nullam enim fidem facere potest locus interpolatus. Cic. de Legg. II, 11., ubi nomina harum dearum a vincendo et potiundo derivantur. Neque ex Livii II, 7. (ubi cf. Drakenb.) aut Plut. Val. Poplic. c. 10. locis ullo modo potest evinci, bellicas deas fuisse Vicam et Potam, sive Vicam Potam, ut fere appellabantur, quippe uno sacello junctae ideoque tanquam in unum numen conflatae. Immo sunt eaedem deae, quas Varro ap. August. C. D. IV, 11. et ap. Non. p. 108. Edusam et Potinam appellat (cf. Donat. ad Terent. Phorm. I, 1, 14. ibique Lindenbrog.) atque hinc explicandus est etiam jocus Senecae Apocolocynth. p. 960. (826. ed. Lips.), ubi Diespiter Vicae Potae filius nominatur. 7) Sic Codd. mg. Urs. ed. LB. Oberth. Orell. Hild. In cett. vastitatem.

26. Non commemorabimus hoc loco deam Lavernam furum, Bellonas, Discordias, Furias [1]), et laeva illa quae constituitis numina taciturnitatis silentio praeterimus [2]). Martem ipsum ponemus in medio et speciosam illam cupidinum matrem, ex quibus unum praeficitis proeliis, amoribus alteram [3]) et cupiditatis ardori. Potestatem, inquit, bellorum Mars habet. Utrumne ut mota compescat, an ut cessantia et quieta [4]) commoveat? Nam si sedator militaris insaniae est, cur cotidie bella non desunt? Sin autem conditor [5]) illorum est, deum ergo dicemus in voluptatis suae dulcedinem collidere orbem totum, discordiarum et discriminum causas inter gentes serere terrarum longinquitate diiunctas [6]), conducere ex diverso tot mortalium millia et intra verbi unius moras campos cadaveribus aggerare, sanguineos praecipitare torrentes, fundatissima delere imperia, aequare urbes solo [7]), libertatem ingenuis abrogare et servitutis condicionem imponere, dissensionibus gaudere civilibus, commorientium fratrum parricida nece, et ad ultimum filiorum et patrum parricidali congres- 116
sionis horrore.

27. Quod ipsum licebit in Venerem pari atque eadem ratione traducere. Nam si amoris haec flammas, sicut perhibetis et creditis, cogitationibus subdit humanis, sequitur ut intellegi debeat, quicquid labis et criminis ab insania proficiscitur *tali*, *id* Veneriis *debere* [8]) vulneribus imputari. Ergone dea cogente in vilissimi nominis scorta suam saepius produnt etiam nobiles dignitatem, disuniuntur [9])

---

1) De Laverna v. Intt. ad Horat. Ep. I, 16, 60. et ad Petron. c. 140. Fest. p. 117. ed. Müll. Hartung II, 53 sq. et inpr. Gerhard Prodr. I, p. 56. cum adnott. cf. p. 219 et 110. — De Bellona Hartung II, 270 sq. — De Discordia Kopp ad Mart. Cap. I, §. 47. p. 94. — De Furiis cf. Böttiger Kl. Schr. I, 189 sqq. 2) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. In cett. *praeteribimus*. 3) *alterum* Codd. ed. pr. Bas. Urs. 4) Sic Codd. et edd. Hild. cj. *quietata*. Male. V. Serv. ad Virg. Ecl. VIII, 4. et cf. Senec. Herc. Oct. v. 1585. 5) *concitor* cj. Hild. 6) Edd. omnes praeter LB. et Hild. habent *disiunctas*. 7) *soli* Cod. *solis* ed. Hild.

8) *talibus Veneriis debeat* Codd. (non *debere*, ut Hild. scribit) *talibus venereis debeat* ed. pr. Cant. Urs. *talibus Venereis debere* ed. Bas. *tali, Venereis debere* ed. Elm. In cett. *tali, id Venereis debere*. 9) *dissuriuntur* Codd. *dissuuntur* ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. In cett. *disuni-*

tenacium matrimoniorum nexus, *in* incestas libidines necessitudo sanguinis inardescit, insaniunt in liberos matres, patres virginum suarum vota in se vertunt, contra decus aetatis senes in obscenos ingemunt curis iuvenalibus [1]) adpetitus, sapientes et fortes viri solvunt decreta constantiae virilitatis vigore mollito, innectuntur cervicibus laquei, conscenduntur ardentes rogi, et per vastas atque altissimas rupes iaciunt se passim voluntariis saltibus praecipitati?

28. Quisquamne est hominum rationis alicuius primordiis indutus [2]), qui divinitatis constantiam tam foedis polluat aut contaminet moribus? qui naturas attribuat diis tales, quas in agrestibus beluis lenitudo saepe permulsit atque extenuavit humana? Ubinam quaeso est illud quod ab omni perturbationis adfectu dii procul amoti sunt, quod lenes, placidi, mites, quod in genere virtutis unito perfectionis apicem atque ipsius retinent [3]) sapientiae summitatem? aut cur eos oramus, ut a nobis adversa atque inimica propellant, si malorum omnium, quibus cotidie carpimur, ipsi esse nobis reperiuntur auctores? Quantumlibet nos impios, irreligiosos vocetis aut atheos, numquam fidem facietis esse amorum deos, esse bellorum, esse qui discordias conserant, qui furialibus stimulis animos inquietent. Aut enim verissime dii sunt, et ea quae commemorastis non faciunt: *faciunt* ea quae dicitis, sine [4]) ulla dubitatione dii non sunt.

29. Et tamen possemus utcumque accipere a vobis
117 has mentes impiarum plenissimas fictionum, si non multa de diis ipsi tam contraria promentes dissoluentiaque ipsa [5]) sustinere animi compelleretis adsensum. Cum enim singulis singulos [6]) anteire interioris contenditis scientiae laude,

---

untur. — In seqq. Codd.: nexus incestas libidines habent. nexus incesta libidine ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. In cett. in incestas ex emend. Stewechii. 1) Sic Cod. ed. LB. et Hild. In cett. iuvenilibus.

2) Sic Codd. ed. Orell. et Hild. In cett. imbutus. 3) retinet ed. pr. et Urs. 4) non faciunt ea quae dicitis sine Codd. Edd. habent: non faciunt, aut si ea, quae dicitis, faciunt, sine sqq. praeter Hild., cujus emendationem probabilissimam, quippe facillimam, recepi, quamquam non negaverim, quin conjunctionis conditionalis et particulae disjunctivae defectus haud parvo incommodo sint, ita ut paene pronior sim putare, in Cod. aliquot verba hic excidisse.

5) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. In cett. se ipsa. 6) Sic

et deos ipsos quos opinamini tollitis et reponitis alios, quos manifestum est non esse, et alius *alios* deos eisdem [1]) dicitis rebus, et innumeros esse conscribitis quos esse singulos semper consensio accepit humana. Incipiamus ergo solemniter ab Iano et nos patre, quem quidam ex vobis mundum, annum alii solemve [2]) esse prodidere nonnulli. Quod si accipiemus ut verum sit, sequitur ut intellegi debeat nullum unquam fuisse Ianum, quem ferunt Caelo atque Hecata [3]) procreatum in Italia regnasse primum, Ianiculi oppidi conditorem, patrem Fonti [4]), Vulturni generum, Iuturnae maritum [5]), atque ita per vos dei nomen eraditur, quem in cunctis anteponitis precibus et viam vobis [6]) pandere deorum ad audientiam creditis. Rursus vero si Ianus est annus, deus esse nec sic potest. Quis enim annum ignorat temporis esse circumscriptionem statam, nec habere vim numinis id quod spatiis mensum [7]) et dierum dinumeratione conclusum est? Quod ipsum licebit in Saturnum non absimili ratione traducere. Nam si tempus significatur hoc nomine, Graecorum ut interpretes autumant, ut quod *ΚΡΟΝΟΣ* est habeatur *ΧΡΟΝΟΣ* [8]), nullum est Saturnium nomen. Quis est enim tam demens, qui tempus esse dicat Deum, quod mensura cuiusdam est spatii in continua

Codd. ed. pr. Urs. Hild. in singulis singulos mg. Urs. ed. LB. In cett. singuli singulos. 1) alius aliud deos eisdem Codd. alios alius deos in eisdem ed. LB. alius alios deos eisdem ed. Hild. In cett. alius aliud de eisdem praeter Cant. quae de eiusdem habet. 2) aliis sollemne Cod. alii solemque ed. Hild. In cett. alii solem esse. — De re cf. Macrob. Sat. I, 9. Böttiger Ideen z. Kunstmyth. I, 247 sqq. Hartung II, 218 sqq. Klausen Aen. II, 710 sqq. Buttmann Mytholog. II, 70 sqq. Merkel Proleg. ad Ovid. Fast. p. CCXXVII. 3) Hecate edd. omnes praeter LB. et Hild. — V. Virg. Aen. III, 358. Macrob. l. l. 4) Sic Codd. et edd. praeter Bas. quae Fauni pro Fonti habet. Sed vix dubium est, quin sit cum Meursio rescribendum Fontis. De Fonte deo v. Mart. Cap. I, §. 46. p. 98. ibique Kopp. Varro L. L. VI, 22. Cic. de Legg. II, 22., ubi Codd. lectio Fontis retinenda est. V. Intt. ad Cic. N. D. III, 20. Orell. Inscr. Lat. I, p. 220. in tab. Fratrum Arval. et II, p. 412. in Kalend. Amitern. ad d. 13. Oct. Cf. Klausen Aen. II, 710 sqq. Hartung II, 100 sqq. 5) Serv. ad Aen. XII, 139. — Cf. Merkel l. l. p. CXLVIII et CCV. — De Volturno cf. Varro L. L. VII, 45. Fest. s. v. Volturnalia p. 379. ed. Müll. 6) nobis Cod. ed. pr. Bas. Cant. Urs. 7) Sic Cod. (sed mensuum a m. sec. corr.) ed. LB. et Hild. In cett. mensium. 8) chronos est habeatur *ΧΡΟΝΟΣ* Cod. *κρόνος* est hab. *χρόνος* ed. Hild. In cett. chronos est hab. Cro-

et alius aliud de eisdem dicitis rebus.

serie perpetuitatis inclusi? Atque ita ex ordine tolletur et iste caelestium, quem Caelo esse editum patre, magnorum esse procreatorem deorum, vitisatorem falciferum [1]) vetustas edidit prisca et minorum transmisit aetati.

30. Nam quid de ipso dicemus Iove, quem solem esse dictitavere sapientes, agitantem pinnatos currus [2]) turba consequente divorum, aethera nonnulli flagrantem vi
118 flammea [3]) atque ardoris inextinguibili vastitate? Quod si liquet et constat, nullus ergo omnino est vobis auctoribus Iuppiter, qui patre editus Saturno atque Ope matre [4]), ut genitoris evaderet rabiem, in Cretensium finibus memoratur esse celatus. Iam vero Iunonem opinatio nonne consimilis deorum tollit e censu? Nam si aer illa est [5]), quemadmodum vos ludere ac dictare consuestis Graeci nominis praeposteritate repetita, nulla soror et coniunx [6]) omnipotentis reperietur Iovis, nulla Fluvionia [7]), nulla Pomana [8]), nulla Ossipagina, nulla Februtis [9]), Populonia, Cinxia, Caprotina [10]), atque ita reperietur inanissima esse istius nominis fictio, opinionis vacuae celebritate vulgata.

31. Aristoteles, ut Granius [11]) memorat, vir ingenio

---

nos. — Cf. Lactant. I, 12. Macrob. Sat. I, 8. 22. Cic. N. D. II. 25. August. C. D. VII, 19. 1) Videtur hoc haustum ex male intellecto loco Virg. Aen. VII, 179. Sed cf. infra VI, 12.

2) Macrob. Sat. I, 23. — Cf. Plat. Phaedr. p. 246. ibique Intt. 3) Cic. N. D. I, 15. II, 26. Serv. ad Aen. I, 47. Macrob. Sat. I, 4. Kopp ad Mart. Cap. I, §. 67. p. 110. et II. §. 150. — In seqq. mg. Urs. et ed. Elm. 4) Voc. matre deest in Cod. Br. 5) Cic. N. D. II, 26. Macrob. in Somn. Scip. I, 17. et Sat. III, 3. Euseb. Praep. Ev. III, 11. Kopp ad Mart. Cap. l. l. Münter ad Firm. Mat. c. 4. 6) Sic Cod. constanter. 7) Ita Cod. a m. sec. (Fluoionia a m. pr.) et ed. pr. Bas. Cant. Urs. LB. Oberth. Hild. In cett. Fluonia. — Cf. Fest. p. 92. ed. Müll., ubi Fluonia (et sic etiam in Gloss. Par., quas Hild. descripsit) et Tertull. adv. Nat. II, 11. ubi secundum Cod. Agobardi Fluviona legitur. Fluvonia cj. Hild. — Cf. August. C. D. VII, 2. Hartung II, 71. 8) Sic Cod. In edd. est Pomona. Equidem puto Pronuba (pnuua, ut Cod. scribere solet) et hoc corruptum esse in Pomana. 9) Putarunt Opigena esse emendandum pro Ossipagina ex Festo. Cf. tamen Arnob. IV, 7. Creuzer Symb. II, 560. — Pro Februtis Hild. cj. Februlis ex Fest. p. 85. Cf. Kopp ad Mart. Cap. II, §. 149. p. 200. 10) De Populonia Macrob. Sat. III, 12. Hartung II, 44. Kopp ad Mart. Cap. l. l. Panofka Terrac. p. 81. adn. 34. — De Cinxia Hartung II, 71. — De Caprotina Varro L. L. VI, 18. Macrob. Sat. I, 11. Hartung II, 66. Panofka Terrac. tab. X. p. 33 sqq. et p. 38.

11) Censorin. D. N. c. 3. Ambrosch in libro: Ueber die Re-

praepotens atque in doctrina praecipuus, Minervam esse Lunam [1]) probabilibus argumentis explicat et litterata auctoritate demonstrat. Eamdem hanc alii aetherium verticem et summitatis [2]) ipsius esse summam dixerunt, memoriam nonnulli, unde ipsum nomen Minerva quasi quaedam Meminerva formatum est [3]). Quod si accipit res fidem, nulla est ergo Mentis [4]) filia, nulla Victoriae, nulla Iovis elata [5]) de cerebro inventrix oleae, nulla magisteriis artium et disciplinarum varietatibus erudita. Quod aqua nubat terram, appellatus est, inquiunt, cognominatusque Neptunus [6]). Si ergo liquoris obtentio nominis huius appellatione signatur, nullus deus est omnino Neptunus, atque ita tollitur et removetur e medio Stygii frater Iovis Olympiique germanus, tridenti armatus ferro, pistricum dominus atque maenarum [7]), rex salsorum gurgitum et tremebundi motator sali [8]).

32. Mercurius etiam quasi quidam medicurrius dictus est, et quod inter loquentes duo [9]) media currat et reciprocetur oratio, nominis huius concinnata est qualitas. Ergo si haec ita sunt, non est dei Mercurius nomen, sed

---

ligionsbücher der Römer (Bonn 1843.) p. 2 sq. adn. 1) Euseb. Praep. Ev. III, 11. Procl. Hymn. in Min. 25. Kopp. ad Mart. Cap. I, §. 30. p. 84. VI, §. 567. p. 482. 2) summitatem ed. Hild. vitiose. — Euseb. Praep. Ev. III, 3. Diod. Sic. I, 12. Macrob. Sat. III, 4. I, 17. August. C. D. VIII, 16. 3) Fest. p. 123. ed. Müll. Isid. Orig. VIII, 11. Aliter Cic. N. D. II, 26. ibique Creuz. Sed v. Lanzi Saggio di lingua Etr. p. 199 sqq. 4) Metis Cod. Br. et Cod. Par. a m. pr. (prob. Meursio), sed a m. sec. habet Mentis. Cf. Gell. XIII, 37. Hesiod. Theog. v. 885. Hartung II, 262. — In seqq. nisi forte cum Nourryo aliisque restituendum sit Victoria (Pausan. I, c. 42. Soph. Philoct. 134. Creuzer Symb. IV, 204 sqq. Böttiger Kl. Schr. II, 174 sqq.), errasse censendus est Arnobius, siquidem ex aliis monumentis constat Victoriam non matrem Minervae fuisse, sed tantum cum illa educatam. Dion. Hal. I, 26. 5) Sic Cod. Par. enata Cod. Br. et ed. LB. nata mg. Urs. et ed. Elm. 6) Varro L. L. V, 72. Aliter Cic. N. D. II, 26. (ubi v. Davies., Creuzer et Wyttenb. p. 754.) et ex eo Firmic. Mat. c. 18. ubi v. Münter. 7) Böttiger Kl. Schr. II, 61 sqq. Heins. ad Ovid. Fast. II, 578. et Advers. p. 619. Harduin ad Plin. XXXII, 11. — In seqq. falsorum pro salsorum vitiose legitur in ed. LB. Oberth. et Hild. 8) soli Cod. Br. et ed. Orell. ex emend. Meursii. In Cod. Par. et cett. edd. sali legitur.

9) Sic Cod. ed. pr. Urs. Orell. Hild. In cett. duos. — De re v. Isid. Orig. VIII, 11. August. C. D. VII, 14. Serv. ad Aen. VIII, 138. et aliter statuentes Fest. p. 124. s. v. Mercurius, et Fulg. Mythol. I, 18.

sermonis reciprocantis et vocis, atque ita hoc acto [1]) aboletur et extinguitur caducetor [2]) ille Cyllenius in algido
119 fusus monte, verborum [3]) excogitator et nominum, nundinarum, mercium commerciorumque mutator. Terram quidam e vobis, quod cunctis sufficiat animantibus victum, Matrem esse dixerunt Magnam, eamdem hanc alii, quod salutarium seminum frugem gerat, Cererem esse pronuntiant, nonnulli autem Vestam [4]), quod in mundo stet sola, ceteris eius partibus mobilitate in perpetua constitutis. Quodsi ratione profertur et adseveratur certa, trina pariter numina [5]) vobis interpretibus nulla sunt: non Ceres, non Vesta deorum esse computabuntur in fastis, non ipsa denique Mater Deum, quam Nigidius [6]) autumat matrimonium tenuisse Saturni, dea recte poterit nuncupari, siquidem unius terrae haec sunt omnia nomina et his sola praedicationibus indicatur.

33. Praetermittimus hoc loco satietatis [7]) fuga Vulcanum, quem esse omnes ignem pari vocis pronuntiatis adsensu [8]), quod ad cunctos veniat, Venerem [9]), et quod sata in lucem proserpant, cognominatam esse Proserpinam [10]): qua rursus in parte trium capita numinum tollitis, siquidem primum elementi est nomen, non sentiens [11]) vocabulum potestatis, libidinis alterum [12]) per cuncta animantia diffusae, tertium vero significat attollentia se ger-

---

Vel. Long. p. 2236. ed. Putsch. 1) Sic Cod. ed. pr. Urs. et Hild. In cett. hoc pacto. 2) Sic Cod. et ed. Hild. caducitor ed. LB. In cett. caduceator. 3) monte verte verborum ed. LB. et monte vertice verborum ed. Orell. mendose. 4) V. Isid. Orig. XI, 11. Intt. ad Cic. N. D. II, 26. et Plat. Phaedr. p. 247. Ovid. Fast. VI, 299. August. C. D. IV, 10. Cf. Creuzer Symb. II, 622 sqq. Gerhard Hyperbor. Röm. Studien I, 61 sqq. 5) nomina ed. Oberth. et Orell. — In seqq. ed. Hild. factis vitiose exhibet pro fastis. 6) V. Rutgersii V. L. III, 16. p. 246. 298 ubi frr. ejus collecta sunt et inprimis M. Hertz de P. Nigidii Studiis atque Operibus. (Berol. 1845. 8.)

7) satietatibus Cod. vitiose. 8) voce pronunt. adsensu Cod. voce pron. assensuque ed. Hild. In cett. vocis pron. assensu. 9) Cic. N. D. II, 27. ubi v. Creuzer et Wyttenb. adn. p. 755. et 788. — Aliter Varro L. L. V, 62. Isid. Orig. VIII, 11. cf. Firm. Mat. c. 18. ibique Münter. 10) Cic. N. D. II, 26. Isid. l. l. Fulgent. Myth. I, 9. Firm. Mat. l. l. ibique Münter. 11) Sic Cod. ed. pr. Urs. LB. Hild., qui recte explicat sentiens per metathesin positum esse pro sentientis, quod habent cett. edd. 12) altera

mina et frugum subcrescentium motiones. Quid, cum Liberum, Apollinem, Solem unum esse contenditis numen vocabulis amplificatum tribus, nonne sententiis vestris deorum imminuitur census et opinio praedicata dilabitur? Nam si verum est solem eumdem Liberum esse eumdemque Apollinem [1]), sequitur ut in rerum natura neque Apollo sit aliquis neque Liber, atque ita per vos ipsos aboletur [2]), eraditur Semeleius, Pythius, alter feculentae [3]) hilaritatis dator, Sminthiorum alter pernicies murum [4]).

34. Non indocti apud vos viri [5]), neque quod induxerit libido garrientes, Dianam, Cererem, Lunam caput esse unius dei triviali [6]) germanitate pronuntiant; neque ut sunt trinae dissimilitudines nominum, personarum dissi- 120
dentias [7]) tres esse: Lunam his [8]) omnibus vocari atque in eius vocamen reliquorum seriem coacervatam esse cognominum. Quodsi exploratum, si fixum est atque ita si esse [9]) rei veritas monstrat, cassum iterum [10]) nomen est Cereris, cassum Dianae, atque ita perducitur res eo, ut et illa frugum, sicut perhibetis, inventrix vobis ducibus atque auctoribus nulla sit, et exspolietur Apollo germana, quam quondam puris in fontibus abluentem membrorum sordes corniger ille [11]) venator inspexit et poenam curiositatis invenit.

35. In philosophiae memorabilis [12]) studio atque ad istius nominis columen vobis laudatoribus elevati universam istam molem mundi, cuius omnes amplexibus ambimur, te-

---

Cod. 1) Macrob. Sat. I, 17. 18. J. Lydus de Mens. IV, p. 81—83. Firm. Mat. c. 7. Lobeck Aglaoph. I, 78 sqq. 460 sqq. 296. 614. Creuzer Symb. III, 87. 2) aboletur pro gloss. habet Hild. 3) poculentae cj. Rig. Sed v. Sidon. Apoll. Ep. I, 6. cf. Horat. A. P. v. 276. Kopp ad Mart. Cap. I, §. 82. p. 123. 4) Eustath. ad Il. I, 39. Kopp ad Mart. Cap. III, §. 242. p. 271. Klausen Aen. I, 71 sqq. —

5) Stoici. Serv. ad Virg. Georg. I, 7. 6) i. e. triplici, quod nove dictum est. — De re v. Creuzer Symb. II, 151 sqq. 188 sqq. IV, 78 sqq. Lobeck Aglaoph. I, 79. 171. II, 1062. 7) diffidentias Cod. et ed. Hild. In cett. differentias. 8) luna his Cod. lunam his ed. LB. lunam enim his mg. Urs. et ed. Elm. Lunam in ed. Hild. In cett. lunam in his. 9) atque ita se esse Cod. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. atque ita esse mg. Urs. ed. Elm. LB. — Verba: cognominum — — — ita si esse desunt in Cod. Br. 10) item mg. Urs. ed. Elm. et LB. 11) V. Ovid. Met. III, 131. ibique Intt.

12) memorabili Cod. ed. pr. Urs. Edd. memorabiles. —

gimur ac sustinemur, animans [1]) esse unum, sapiens, rationale, consultum probabili adseveratione definiunt: quorum si est vera et fixa *ac* certa [2]) sententia, etiam illi continuo desinent dii esse, quos in eius portionibus paulo ante immutatis nominibus constituebatis. Ut enim homo unus nequit permanente sui corporis integritate in homines multos scindi, neque homines rursus *multi disiunctionis* [3]) differentia conservata in unius sensus simplicitatem [4]) conflari, ita si mundus unum est animal et unius mentis agitatione motatur, nec in plura potest numina dissipari nec, si eius particulae dii sunt, in unius animantis conscientiam cogi atque verti [5]). Luna, sol, tellus, aether, astra membra sunt et mundi partes: quod si partes et membra sunt, animalia utique sui nominis non sunt: neque enim partes hoc ipsum esse, quod totum est, aliqua in re possunt, aut sibi sapere, sibi sentire, quod sine totius animantis adsensu nullis propriis adficiatur e motibus: quo constituto ac posito summa omnis illuc redit, ut neque sol deus sit neque luna neque aether tellus et cetera. Sunt enim partes mundi, non specialia numinum nomina, atque ita perficitur, omnia vobis turbantibus miscentibusque divina, ut in
121 rerum natura unus deus constituatur mundus, explosis omnibus ceteris, quinimmo [6]) inaniter, vacue et sine ulla substantia constitutis.

36. Si totidem nos modis totidemque sententiis deorum vestrorum subrueremus fidem, nulli esset dubium, quin ira et rabie concitati ignes, feras et gladios atque alia postularetis suppliciorum in nos genera, quibus sitim soletis vestram nostri sanguinis adpetitione proluere. Cum

---

In seqq. culmen habet ed. Bas. mg. Urs. et cj. Stew. 1) animas Codd. animans ed. LB. et Hild. In cett. animal. — V. Plat. Tim. p. 30. — In seqq. Cod. Par. et Br. test. Crusio aliisque rationale habet (et sic ed. LB.) pro rationabile, quod Hild. in Cod. legit quodque in plerisque edd. est. 2) fixa certa Codd. et edd. praeter Hild., quam secuti sumus. vera fixa et certa mg. Urs. et cj. Cant. 3) rursus multitudinis iunctionis Cod. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. (quae tamen iunctionis uncinis inclusum habet.) In cett. multi disiunctionis ex emend. mg. Urs. — In seqq. ed. LB. dissidentias habet pro differentias. 4) simplicitatemque Codd. ed. pr. et Urs. — In seqq. Codd. si ita habent pro ita si et Cod. Br. est unum pro unum est. 5) uter Cod. vitiose. vertier cj. Hild. 6) omnino mg. Urs.

vero per vos ipsos prope omnis gens numinum sub ostentatione [1]) tollatur ingeniorum atque doctrinae, audetis intendere nostri nominis causa res humanas ab diis premi, cum quidem [2]), si verum est esse illos uspiam atque incalescere irarum flammis, nihil habeant iustius, propter quod in vos [3]) saeviant, quam quod eos negatis subsistere neque una [4]) esse in parte naturae.

37. Musas Mnaseas [5]) est auctor filias esse Telluris et Caeli, Iovis ceteri praedicant ex Memoria uxore vel Mente, has quidam virgines, alii matres fuisse conscribunt [6]). Libet enim iam paucis etiam illas partes attingere, quibus alius aliud eadem de re dicere opinionum diversitate monstramini. Ephorus [7]) has igitur numero esse tris effert, Mnaseas quem diximus quatuor, Myrtilus [8]) inducit septem, octo adseverat Crates [9]), ad extremum Hesiodus [10]) novem cum nominibus prodit, diis caelum et sidera locupletans. Nisi fallimur, ista dissensio nihil scientium verum est, non ab rei veritate descendens. Nam si liquido sciretur quid sit, una *esset* vox [11]) omnium, et in eiusdem sententiae finem cunctorum pergeret et conveniret adsensio.

38. Quonam modo igitur religionis potestis integrare vim plenam, cum circa ipsos erretis deos, aut ad venerabiles invitare nos cultus, cum nihil nos certi de ipsorum

---

1) ostentationem Cod. 2) Sic Cod. ed. LB. Oberth. Orell. Hild. In cett. quidam. — In seqq. Cod. praebet liberum et esse pro si verum est esse. 3) in nos Cod. Par. teste Crusio. 4) Sic Cod. ed. pr. Cant. Urs. Oberth. Orell. Hild. In cett. ulla.

5) De Mnasea Patrensi v. Voss. de Hist. Gr. I, 21. p. 134. 6) De Musarum mythologia v. Fr. Chr. Petersen in Münteri Miscell. Hafn. I, 1. 77 sqq. Heyne Opusc. Acad. II, 310. Voss ad Virg. Ecl. VII, 21. X, 1. Buttm. Mythol. I, 273 sqq. Herrmann Opusc. II, 288. Creuzer Symb. III, 266 sqq. I, 472 sqq. 7) V. de eo Voss. l. l. I, 7. p. 30. et inpr. Marx, qui Ephori Cumaei frr. collegit et illustrata edidit Carlsr. 1815., p. 264. — In seqq. Cod. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Hild. tris praebent. In cett. tres. 8) Murtylus Cod. V. Voss. l. l. p. 391. — Septem Musas inducit etiam Epicharmus, teste Tzetze schol. in Hesiod. *E. κ. H.* p. 6. ed. Heins. 9) Procul dubio intelligendus est Crates Malotes, Grammaticus ille celeberrimus et Homeri interpres. 10) Hesiod. Theog. 75 sq. cf. Kopp ad Mart. Cap. II, §. 117. p. 160. — In seqq. ed. Oberth. et Orell. vitiose praebent numinibus pro nominibus. — De Musis deque eorum numero v. praeterea Cic. N. D. III, 21. p. 589 sqq. ibique Creuzer. 11) una eis vox Codd. unanimis vox ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. unanimis esset vox ed. Oberth. Orell. In cett. una esset vox.

numinum comprachensione doceatis? Ut enim de mediis conticiscamus [1]) auctoribus, aut ille primus eradit atque interficit sex divas Musas, si esse illas constat novem, aut iste ultimus et extremus sex adponit, quae nullae sunt,
122 tribus solis in veritate constantibus, ut neque sciri possit aut comprachendi, quaenam debeant addi, quae demi, et in periculum deducatur religionis ipsius susceptio, aut id quod non est colens aut quod sit fortasse praeteriens. Novensiles [2]) Piso [3]) deos esse credit novem in Sabinis apud Trebiam constitutos. Hos Granius Musas putat, consensum adcommodans Aelio [4]), novenarium numerum tradit Varro, quod in movendis rebus potentissimus semper habeatur et maximus [5]), novitatum Cornificius [6]) praesides, quod curantibus his omnia novitate integrentur et constent, deos novem Manilius [7]) quibus solis Iuppiter potestatem iaciendi sui permiserit fulminis [8]). Cincius [9]) numina peregrina novitate ex ipsa appellata pronuntiat; nam solere Romanos religiones [10]) urbium superatarum partim privatim per familias spargere, partim publice consecrare, ac ne aliqui [11]) deorum multitudine aut ignorantia praeteriretur, brevitatis et compendii causa uno pariter nomine cunctos Novensiles invocari.

39. Sunt praeterea nonnulli, qui ex hominibus divos factos hac praedicant appellatione signari, ut est Hercules,

---

1) Sic Cod. a m. pr. et ed. LB. et Hild. In Cod. a m. sec. et in cett. conticescamus. 2) V. de his diis Nic. Loens. Misc. Epiphyll. IV, 15. (in Grut. Lamp. V, p. 421.) Müller Etr. II, 84 sqq. Hartung I, 94. cf. Kopp ad Mart. Cap. p. 93 sq. 3) L. Calpurnius Piso Frugi, Annalium scriptor. Voss. de Histor. Lat. I, 6. Lachmann de Font. Livii I, p. 32 sq. Krause Vitae et Frr. Histor. Rom. p. 139 sqq. Liebaldt de L. Pisone Annalium scriptore Naumb. 1836. 4. 4) V. J. A. C. van Heusde Disquis. de L. Aelio Stilone etc. Traject. ad Rhen. 1839. 8. De Granio v. supra ad c. 31. 5) Cf. Censorin. D. N. c. 14. et Kopp ad Mart. Cap. VII, §. 741. p. 595 sqq. Petersen in Münteri Misc. Hafn. I, 1, 105 sq. et nos infra ad VI, 17. Ceterum pro in movendis mg. Urs. emendat innovandis et Hild. cj. in novandis. 6) Osann Beitr. z. Röm. Literaturgesch. p. 390. Bähr Röm. Literaturgesch. II, p. 586. 7) Voss. de Hist. Lat. I, 9. Krause l. l. p. 297 sq. 8) Plin. II, 52. Seneca N. Q. II, 41. 9) V. M. Hertz de Luciis Cinciis (Berol. 1842. 8.) p. 57 sqq. 10) regiones Codd. quod emendarunt Salm. et Modius; Rom. deos omnes urbium ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. 11) aliquid Cod. et edd. praeter Orell., quae aliquis (ex emend. Heraldi) et Hild., quae aliqui habet.

Romulus, Aesculapius, Liber, Aeneas. Sententiae, ut apparent [1]), diversae sunt hae omnes, neque fieri per rerum naturam potest, ut qui opinionibus differunt veritatis unius habeantur auctores. Si enim Pisonis sententia vera est, Aelius et Granius mentiuntur, si quod dicitur ab his certum est, peritissimus errat Varro, qui rebus in *substantia* [2]) constitutis inanissimas subdit et res cassas [3]). Si novenarius numerus cognomen *Novensilium* [4]) ducit, Cornificius *labare* convincitur, qui novitati praesidentibus divis alienae potentiae vim donat. Quodsi opinio Cornificii vera est, imprudens Cincius invenitur, qui urbium victarum deos potestate afficit *Novensilium* [5]) numinum. Quodsi hi sunt quos Cincius praedicat, Manilius dicere reperietur falsum, qui alieni fulminis iaculatores sub istius vocaminis appella- 123
tione concludit. Quodsi exploratum et verum est id quod Manilius autumat, in errore sunt hi maximo, qui honoribus divinis auctos consecratosque mortales ob novitatem [6]) honoris existimant nuncupari. Quodsi Novensiles hi sunt qui meruerunt ad sidera sublevari, postquam sunt vitae mortalitate defuncti, nulli prorsus Novensiles dii sunt. Ut enim servi, milites, magistri non sunt personarum subiacentium nomina, sed officiorum condicionum et munerum, ita cum Novensiles dicimus esse nomen eorum [7]) qui ex hominibus meruerunt dii esse, manifestum et promptum est non per-

---

1) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. apparet. — In seqq. hae omnes Hild. in Cod. esse dicit haec omnes, quam formam pronom. feminini archaicam recepit, cit. Eckst. ad Vossii Aristarch. III, p. 925. Bentl. ad Terent. Andr. I, 1, 99. et IV, 1, 32. Hild. ad Apul. I, p. 216. 2) in stantia (sic) Cod. 3) inanissima subdit et re cassa ed. LB. inanissimas subdit res et cassas cj. Dalec. et Meurs. Malim inanissima subdit et res cassas. 4) Novensium Cod. — In seqq. ed. Elm. et Orell. labare habent, quod prob. Baluzzio, Stewech., Petr. Junius et Colvius, balare quod Cod. et cett. edd. praebent (prob. Heins. ad Petr. p. 371. ed. Burm.), Hild. temerarie studet defendere ex loco Varr. R. R. III, 2., cujus rationem iste omnino non intellexisse se probat. Fortasse emendandum est: blatare ex Gloss. Vett.: „Blato, ματαιολόγος. blattat, φλυαρεῖ.“ 5) Novensium Cod. uti et infra ad fin. cap. 6) ab novitatem Cod. ab novitate ed. LB. ob novitatis honorem cj. Meurs. 7) dicimus si omnes istud deorum si omnes nomen deorum ed. pr. et Urs. dicimus esse nomen eorum ed. Bas. Cant. Elm. Oberth. Hild. dicimus nomen esse deorum ed. Orell. Nos recepimus emend. ed. LB.

sonas specialiter definitas, sed novitatem ipsam cognomine *Novensilium* nuncupari.

40. Nigidius Penates deos Neptunum esse atque Apollinem prodidit, qui quondam muris *Ilium mortalium* [1]) condicione adiuncta cinxerunt. Idem rursus in libro sexto exponit et decimo, disciplinas Etruscas sequens, genera esse Penatium quatuor et esse Iovis ex his alios [2]), alios Neptuni, inferorum tertios, mortalium hominum quartos, inexplicabile nescio quid dicens. Caesius et ipse ad sequens [3]) Fortunam arbitratur et Cererem, Genium Iovialem ac Palem, sed non illam feminam quam vulgaritas accipit, sed masculini nescio quem generis ministrum Iovis ac vilicum [4]). Varro qui sunt introrsus atque in intimis penetralibus caeli deos esse censet, quos loquimur, nec eorum numerum nec nomina sciri. Hos Consentes et Complices [5])

---

1) quondam muris immortalium Cod., quod emendavi. In edd. est quondam muris urbem Ilium condicione praeter ed. LB. quae muris Troicum Ilium conditione habet. — De re cf. Macrob. Sat. III, 4. — De diis Penatibus in universum v. Hertzberg in libro de Diis Rom. Patriis (Hal. 1840.) p. 62 sqq. Jerem. Müller Diss. de Diis Rom. Laribus et Penatibus Hafn. 1811. Klausen Aen. II, 636 sqq. Müller Etr. II, 81 sqq. Hartung I, 71 sqq. 2) Cf. Mart. Cap. I, §. 41. p. 87. 3) adsequens Cod. et ed. Hild. assequens ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. id sequens ed. LB. eas sequens ed. Oberth. et cj. Livin. has sequens ed. Orell. ex cj. Cant. Equidem h. l. adsequens, si vera et lectio, sic positum puto ut fere significet: se adsecutum esse putans, sc. quinam Penates sint. Emendatio eas sequens, quae facilis est defenditur verbis Servii ad Aen. II, 325. (cf. schol. Apollon. I, 608.), ubi tradit Tuscos Penates Cererem, Palem et Fortunam dixisse. — Caesius (pro quo Delrius cj. Cassius, intelligens Cassium Heminam, cit. Macrob. Sat. III, 4.) haud dubie est Caesius Bassus, grammaticus nobilis, de quo cf. O. Jahn Prolegg. ad Pers. p. XXVIII, not. et Osann ad Cornut. d. N. D. p. 389. Caesii Bassi cujusdam liber inventus est a. MCCCCXCIV. in coenobio Bobbiensi, teste Volaterrano, ut scribit Theod. Cant. in adnott. inedd. — De Fortuna v. Hartung II, 233 sqq. Klausen Aen. II, 763. Creuzer Symb. IV, 212 sqq. Gerhard Prodr. p. 45 sqq. cf. Müller Etr. II, 54. 88. — De Genio Joviali v. Varr. ap. August. C. D. VII, 2. et 13. Fest. p. 94. ed. Müll. Hartung I, 37. Klausen Aen. II, 1014 sqq. Müller Etr. II, 89 sqq. — De Pale v. Martian. Cap. I, §. 50. ubi cf. Kopp. Serv. ad Georg. III, 1. 4) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. villicum. 5) Cf. August. C. D. IV, 23. Intt. de Ovid. Met. VI, 73. Mart. Cap. I, §. 42. ibique Kopp. Varr. R. R. I, 1. Orell. Inscr. Lat. I, p. 364. Salm. Ep. ad Menag. p. 13. Schelling über die Gotth. v. Samothr. (Stuttg. 1815.) p. 39. 107. 115. Müller Etr. II, 87 sqq. cf.

Etrusci aiunt et nominant, quod una oriantur et occidant
una, sex mares et totidem feminas, nominibus ignotis et
miserationis parcissimae [1]; sed eos summi Iovis consiliarios
ac principes existimari. Nec defuerunt qui scriberent Io-
vem, Iunonem ac Minervam deos Penates existere [2], sine
quibus vivere ac sapere nequeamus, sed qui penitus nos
regant ratione, calore ac spiritu. Ut videtis, et hic quo-
que nihil concinens [3] dicitur, nihil una pronuntiatione fini- 124
tur, nec est aliquid fidum, quo insistere mens possit veri-
tati *sua* proxime *suspicione* [4] coniiciens. Ita enim labant
sententiae alteraque opinione ab [5] altera convellitur, ut
aut nihil ex omnibus verum sit, aut si ab aliquo dicitur,
tot rerum diversitatibus nesciatur.

41. Possumus si videtur, summatim aliquid et de Laribus dicere, quos arbitratur vulgus vicorum atque itinerum deos esse [6], ex eo quod Graecia vicos cognominat *ΛΑΥΡΑΣ* [7]. In diversis Nigidius scriptis modo tectorum domûmque custodes [8], modo Curetas illos, qui occultasse perhibentur Iovis aeribus aliquando vagitum [9], modo Digitos Samothracios, quos quinque [10] indicant Graeci Idaeos Dactylos nuncupari. Varro similiter haesitans nunc esse illos *Manes* [11], et ideo Maniam matrem esse

---

165 sqq. Hartung II, 5. 1) Sic Cod. Par. et edd. praeter Bas. quae nationis barbarissimae habet. memorationis parvissimae mg. Urs. prob. Schellingio. Alii aliter. Sed cave, quid mutes h. l. 2) Macrob. Sat. III, 4. cf. Serv. ad Aen. III, 12. 3) continens ed. pr. Bas. Cant. Urs. — In seqq. pro finitur mg. Urs. finitum et pro fidum habet solidum. 4) Sic correxi locum. Olim emendaveram: veritati suam proxime suspicionem, quum Cod. praebeat: suae proxime suspicionem. In edd. est: suae proxima suspicione. 5) Sic Codd. ed. pr. et Hild. In cett. opinio ab. —

6) Cf. Hertzberg l. l. p. 31 sqq. 7) Graecia vicos cognominat laude Cod. In edd. praeter Hild. est: Graeci v. cognominant. 8) Hertzberg p. 15 sqq. In praegressis edd. omnes praeter Hild. praebent domuumque invito Cod. 9) Lucret. II, 633. Ovid. Fast. IV, 207. — In seqq. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. praebent: vagitum Indigetes Samothr. Nos cum ed. LB. Orell. et Hild. Cod. secuti sumus. 10) quosque pro quos quinque mg. Urs. — De Idaeis Dactylis v. K. Barth Kabiren p. 142. cf. Höck Kreta I, 280. Intt. ad Cic. N. D. III, 16. Welcker Aesch. Trilogie p. 175. 11) manas Cod., unde Hild. cj. Manias (v. Fest. s. v.), quod vel in textum recepit. — In cett. Manes. Cf. Hertzberg p. 10 sqq. — De Mania dea v. Kopp ad Mart. Cap. II, §. 165. p. 219.

cognominatam Larum, nunc aerios rursus deos et heroas pronuntiat appellari [1]), nunc antiquorum sententias sequens Larvas esse dicit Lares [2]), quasi quosdam genios *et punitorum* animas mortuorum [3]).

42. Infinitum est et immensum species ire per singulas atque ipsis facere promptum libris, nullum esse a vobis deum neque existimatum neque creditum, de quo *non* [4]) ambiguas discrepantisque [5]) sententias opinionum mille varietatibus prompseritis. Sed brevitatis et fastidii causa satis haec [6]) est dixisse quae dicta sunt, et est operosum nimis coacervare [7]) in unum multa, cum ex uno et ex altero manifestum fiat et pateat labare [8]) nec quicquam vos certi de his rebus quas adseritis dicere, nisi forte dicetis: etiamsi personaliter ignoramus qui sunt Lares, qui sunt Novensiles [9]), qui Penates, esse illos tamen consensio ipsa vindicat [10]) auctorum et in numeris caelitum formam sui generis obtinere. Et quemadmodum poterit an sit deus aliquis [11]) sciri, si ignorabitur et nescietur quid sit, aut postulatio ipsa beneficiorum valere, si exploratum non erit, non certum, quis ad quamque debeat *consultationem* [12]) vocari? Omnis enim qui quaerit alicuius numinis impetrare responsum, debet necessario scire, cui

---

Müller Etr. II, p. 101 sqq. Hertzberg p. 51 sq. et p. 59 sq. In seqq. Cod. Br. pro larum habet laram, quod probat Is. Vossius. 1) Mart. Cap. I. l. et II, §. 160 sqq. Lucan. IX, 6. 2) Isid. Orig. VIII, 11. Mart. Cap. II, §. 162. Apul. de Deo Socr. c. 15. 3) effunctorum animas mortuorum Codd., quod emendavi. et functorum an. mortuorum ed. LB. Hild., qui Cod. lectionem retinuit, voc. mortuorum uncinis inclusit. Herald. voc. animas et Cant. cum aliis verba animas mortuorum pro gloss. habebant. In edd. cett. est: defunctorum an. mort.

4) Negatio deest in Cod. Par. In Cod. Br. recentiori manu inserta est ante prompseritis, ac sic habent et omnes edd. praeter pr., quae cum Cod. facit, et mg. Urs. ed. LB. atque Hild., quas nos secuti sumus. 5) Sic Cod. a m. pr. discrepantesque a m. sec. 6) haec deest in ed. Oberth. et Orell. 7) coadunare Cod. Br. 8) patet hesitare labare Cod. Par., sed compunct. est hesitare, quod omittit Cod. Br. et omnes edd. praeter LB. — In seqq. Cod. ed. pr. et Urs. certe habent pro certi, et mg. Urs. et ed. Elm. praebent asseritis scire pro ass. dicere. 9) Sic Codd. et ed. LB. In cett. sunt ante Novensiles desideratur. 10) vindicata Cod. vindicante ed. LB. et Orell. In cett. vindicat. 11) Cod. a m. pr. aliqui (quod Hild. recepit), a m. sec. aliquis habet, ut est in cett. edd. 12) consolationem Codd. vitiose.

supplicet, quem imploret, a quo rebus auxilia et necessitatibus exposcat humanis, maxime cum vos ipsi et non omnes omnia deos posse praestare *et* dissimillimis [1]) ritibus singulorum animos refertis offensionesque placari.

43. Etenim si hic atram, ille albam desiderat pellem [2]), huic capite velato, illi sacrificandum est nudo [3]), de matrimoniis ille consulitur [4]), hic medelas [5]) incommoditatibus praestat, interesse non potest nihil, an sit ille Novensilis, an ille, cum ignoratio rerum, personarum [6]) confusio et deos cogat offendi et necessario piaculum contrahi? Finge enim me ipsum incommoditatis alicuius et declinandi periculi causa horum cuipiam numinum supplicare dicentem: Adeste, adestote dii Penates, tu Apollo, tuque Neptune, omniaque haec mala quibus uror, terreor [7]), vexor vestri numinis averruncate clementia: eritne spes aliqua referendae ab his opis, si Ceres, Pales, Fortuna, Iovialis aut Genius, non Neptunus et Apollo Penates dii erunt? Aut si Curetas pro Laribus invocaro, quos esse [8]) Digitos Samothracios pars vestrorum adseverat auctorum, quemadmodum his potero auxiliatoribus et propitiis uti, cum neque his sua et aliena illis imposuero cognomina? Usque adeo res exigit propriatim [9]) deos scire, nec ambigere nec dubitare de uniuscuiusque vi, nomine, *ne* si [10]) alienis ritibus et appellationibus fuerint invocati, et aures habeant structas [11]) et piaculis nos teneant inexpiabilibus obligatos.

---

1) praestare dissimillimis Cod. Par. et ed. Hild. praestare dissimilibus Cod. Br. ed. pr. In cett. praestare et dissimilibus. Particula et hic necessaria est. — In seqq. cum Codd. ed. pr. et Hild. dedimus refertis. In cett. est: referatis.

2) Cf. Serv. ad Aen. VI, 244. Schol. ad Hor. Od. III, 8. 6. 3) V. Fest. s. v. Saturno, ibique Intt. et Macrob. Sat. III, 6. 4) Cic. de Div. I, 46. et Intt. 5) medellam Cod. scribit constanter. 6) Sic Cod. ed. LB. et Hild. In cett. et personarum. — In seqq. Codd. et ed. Hild. habent: et deos cogat offendat et, quod correximus. In cett.: confusio deos offendat cogat et. 7) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. In cett. torreor ex conj. Gifanii, prob. Cant., Hild. cj. tortor. 8) esse non comparet in edd. praeter Hild. — Pro digitos, quod Cod. habet, ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. Indigetes praebent, uti supra. 9) propiatim Cod. propritim cj. Cant. ex Lucretio. 10) nomine si Codd. nomine ne ed. LB. et Hild. In cett. nomine ut. mg. Urs.: cum si. 11) Sic Codd. surdas cj. Orell. Fortasse *obstructas* (V, 21.) vel strictas reponendum est.

44. Quare si vobis liquet, in sublimibus palatiis caeli habitare [1]), consistere multitudinem istam quam enumeratis deorum, in unius proloquii finibus convenit vos stare, nec per varias distractos repugnantesque sententias fidem ipsis rebus quas struitis derogare. Si Ianus est, Ianus sit, si Liber est, Liber sit, si Summanus, Summanus [2]) sit:
126 hoc est enim confidere, hoc tenere, exploratae in rei cognitione defigi, non more caecorum atque errantium dicere: Novensiles Musae sunt, Trebiani quinimmo dii sunt, immo novenarius numerus, subversarum potius vel urbium [3]) praesides, et in id periculum perducere [4]) res tantas, ut dum alios tollitis et reponitis alios, possit iure de cunctis an sint ulla in parte dubitari.

---

1) habitare pro gloss. habet Hild. 2) De Summano v. Kopp ad Mart. Cap. II, §. 161. p. 217 sq. Hartung II, 59 sq. Müller Etr. II, 61 sqq. 3) Sic Codd. ed. pr. Urs. Elm. LB. Orell. In cett. vel omissum est. 4) Sic Codd. ed. LB. et Hild. In cett. ducere. — Subscriptum est Cod.: ARNOBII LIB. III. EXPLĪ. INC. LIB. IIII. FELICITER.

ARNOBII
ADVERSUS NATIONES
LIBER QUARTUS.

---

1. Interrogare vos libet ipsosque ante omnia Romanos dominos rerum ac principes, verumne existimetis [1]) Pietatem, Concordiam, Salutem, Honorem, Virtutem, Felicitatem [2]) ceteraque huiusmodi nomina, quibus aras videmus a vobis cum magnificis exaedificatas delubris, vim habere divinam caelique in regionibus degere, an ita ut adsolet, dicis causa [3]) ex eo quod optamus et volumus bona ista nobis contingere, superorum retuleritis in censum? Nam si verba existimantes haec *cassa* [4]) et nullius substantiae nomina divinis *tamen* regionibus [5]) consecratis, 127

---

1) Sic Codd. et ed. Hild. utrumne existimetis ed. pr. Bas. Cant. Urs. In cett. utrumne existimatis. 2) De Pietate cf. Hartung II, 262. De Concordia cf. id. II, 253 sq. Intt. ad Juv. Sat. I, 113. Kopp ad Mart. Cap. II, 147. p. 198. De Salute cf. Hartung l. l. De Honore cf. id. II, 263. De Virtute cf. Kopp ad Mart. Cap. I, §. 7. p. 33. et II, §. 130. p. 184. Hartung l. l. De Felicitate cf. Hartung II, 254. — In seqq. pro nomina Meurs. cj. numina. 3) Sic Cod. ed. pr. Cant. Urs. Elm. Orell. Hild. dici causa ed. Bas. In cett. dici, causa ex ea. Herald. cj. dici, ex eo quod. Orell. cj. dici, dicis causa ex eo. — De locutione ut adsolet (sc. fieri) cf. Bremi ad Suet. Ner. c. 7. 4) causa Cod. vitiose. 5) tam in regionibus Cod. tamen in reg. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. Hild. In cett. tamen reg. — Pro regionibus mg. Urs. et Memm. cj. religionibus, et in seqq. consecrastis habent mg.

x an ita ut adsolet dici causa ex ea quod. (accipio)

erit vobis videndum, utrumne istud puerile sit ludicrum, an vestrorum ad numinum [1]) delusionem spectans, quibus coaequatis et adiungitis inanium figmenta verborum? Sin autem ex animi certiore sententia deos esse et haec rati templis et pulvinaribus onerastis [2]), inscitiam nostram ut doceatis oramus, Victoria, Pax, Aequitas [3]) et cetera quae in superioribus dicta sunt, quanam ratione, qua via intellegi possunt dii esse atque ad superorum concilium pertinere?

2. Nos enim, nisi forte communem tollitis nobis at-
que eripitis sensum, nihil horum sentimus et cernimus ha-
bere vim numinis, neque in aliqua contineri sui generis
forma, sed esse virtutem viri, salutem salvi, honorem ho-
128 norati, victoris victoriam, concordis concordiam, pietatem
pii, memoriam memoris, feliciter vero viventis ac sine ullis
offensionibus felicitatem. Quod a nobis [4]) verissime dici ex
contrariis promptum est oppositionibus noscitare, infelici-
tate, discordia, oblivione, iniquitate, impietate, ignavia
pectoris et valetudine corporis minus fausta. Ut enim haec
accidunt hominumque [5]) sunt posita in actionibus, adfecti-
bus, fortuitis, ita quod illis adversum est ex qualitatibus
benignioribus *nominatum* [6]), in aliis necesse est haereat,
ex quibus ita formatis figuratio ista concepta est nominum.

3. Nam quod nobis catervas *ignotorum* [7]) alias inducitis deorum, existimare non possumus, utrumne istud serio atque ex rei compertae faciatis fide, an fictionibus ludentes cassis ingeniorum lasciviatis *per luxum* [8]). Quod

---

Urs. et ed. Elm. 1) Sic Cod. Par. a m. sec. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Hild. In cett. edd. et in Cod. Br. vestrorum numinum legitur. ad vestrorum numinum cj. Huet. 2) Sic Cod. ed. Orell. et Hild. In cett. honorastis, quod et ipse praefero. 3) De Victoria, Pace et Aequitate v. Orell. Inscr. Lat. in Ind., Intt. ad Juv. Sat. I, 115. Hartung II, 201. 253. 264. Cf. Böttiger Kl. Schr. I, 127. 131 sqq. 181 sqq. et II, 173 sqq. Müller Archaeol. d. Kunst §. 406.

4) a vobis Codd. teste Crusio, ed. Oberth. et Orell. — In seqq. mg. Urs. corrigit: promptum est et oppos. 5) hominum quae Cod. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. — In seqq. ed. LB. habet: in actibus ac effectibus fortuitis. 6) adversum est ex —— nominatur Codd. et edd. praeter Bas. Urs. LB., in quibus est omittitur. — In seqq. numinum emendavit Meurs. pro more.

7) signatorum Codd. ed. pr. et Urs. ignarorum ed. Hild. In cett. ignotorum. 8) fluxum Cod., quod emendavit Hild. in per luxum. In cett. luxu. Luxus h. l. luxuries est; cf. infra IV,

abiectis infantibus pepercit lupa non mitis, Luperca [1]), inquit, dea est auctore appellata Varrone. Ex rerum ergo proventu, non ex vi naturae dea ista est prodita? Et postquam *fero se* morsu [2]) immanis prohibuit belua, et ipsa esse occoepit [3]) et ipsius nominis significantiam traxit? Aut si fuit iamdudum dea, prius quam Romulus nasceretur et frater cuius fuerit nominis atque appellationis expromite. Praestana est, ut perhibetis, dicta, quod Quirinus in iaculi missione cunctorum praestiterit viribus: et quod Tito Tatio, Capitolinum *ut* [4]) capiat collem, viam pandere atque aperire permissum est, dea Panda est appellata vel Pantica [5]). Ante facta et haec ergo numquam fuerant numina, et nisi Romulus tenuisset teli traiectione palatium *nique* [6]) Tarpeiam rupem rex Sabinus potuisset accipere, nulla esset Pantica, nulla Praestana? Et si et has [7]) dicitis ante sui causam fuisse cognominis, quod in priore quaesitum est capite, cuius et hae fuerint vocaminis indicate.

4. Pellendorum hostium dea potens Pellonia est. Quorum, *nisi* [8]) molestum est, edite. Confligunt partes atque inter se comminus armorum collatione decernunt, et haec illi est pars hostis et illa huic hostilis: quos ergo Pel- 129
lonia, cum hinc et inde pugnabitur, pellet, aut in gratiam concessura est quorum, cum utrique [9]) debeat parti sui nominis vires officiumque praestare? Quod si utrique [10]) fecerit, id est partibus si utrisque favorem ac suffragium commodarit, nominis sui vim perdet, quod partis unius in

---

33. et Donat. ad Terent. Heaut. V, 1, 72. 1) De Luperca dea cf. Klausen Aen. II, 855. Hartung II, 177 sq. 2) feros morsu Cod. fero se morsu ed. Hild. In cett. feros morsus. 3) hoc coepit ed. pr. Bas. Cant. Urs. 4) ut deest in Codd. 5) Sic Codd. et edd. utroque loco praeter Hild., qui Pandica emendavit. — De Panda dea v. Hartung II, 76. cf. Klausen Aen. II, 723. — In seqq. Cod. arefacta (atefacta a. m. sec.) et haec Cod. Patefacta et haec ed. pr. et Urs. Pantica. Et haec ceteris deletis ed. Bas. Cant. mg. Urs. In cett. (praeter Hild.) Ante facta haec ergo deleto et, ex corr. Heraldi. 6) neque Cod. ed. pr. et Urs. 7) Sic Cod. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Hild. Et si has ed. Oberth. et Orell. In cett. esset. Si et has.

8) quorum ne si Cod. quorumne nisi ed. pr. Urs. LB. quorum nisi ed. Hild. In cett. quorumnam nisi. — De Pellonia cf. Hartung II, 257. 9) utique Cod. 10) Sic Cod. ed. Elm. et Hild. utrinque ed. pr. Bas. Cant. Urs. In cett. utique.

pulsione [1]) formatum est. Nisi forte dicetis: Romanorum tantum est dea haec et cum solis Quiritibus faciens gratiosis semper opitulationibus praesto est. Esse quidem hoc ita, quod nomini favemus, optamus, at quaestionem non exiguam res habet. Quid enim Romani deos possident peculiares, qui aliarum gentium non sint, et quemadmodum poterunt dii esse, si non omnibus quae ubique sunt gentes aequabilitatem sui numinis [2]) exhibebunt? Et ubi quaeso iamdudum Pellonia haec fuit, cum apud Furculas Caudinas [3]) decus publicum subiugatum est, cum apud Thrasymeni lacum [4]) sanguinei currere torrentes, cum Diomedis campi Romanis cadaveribus aggerati sunt, cum mille alia vulnera proeliorum innumeris accepta sunt cladibus? Dormiebat, stertebat, aut quod vilia facere consueta sunt capita, in hostilia castra defugerat?

5. Dii laevi *a* laeva [5]), sinistrarum tantum regionum sunt praesides et inimici partium dexterarum. Quod quanam istud ratione dicatur quove animi sensu neque ipsi nos adsequimur nec a vobis confidimus posse in aliquam lucem communis intellegentiae perduci. Iam primum enim mundus ipse per se sibi neque dexteras neque laevas neque superas regiones neque imas neque anticas habet neque posticas. Quicquid enim teres est atque ex omni parte rotunditatis solidae convexione conclusum, nullum habet initium, nullum finem: ubi finis et initium nullum est, esse aliqua portio sui nominis et initium non potest [6]). Itaque cum dicimus: dextera haec regio est et illa laeva, non ad mundi habitum dicimus, qui sui simillimus totus est, sed
130 ad positionem nostram situmque revocamus, qui informati

---

1) impulsione ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. 2) nominis Codd. teste Crusio aliisque, ed. pr. et Urs. 3) Gaudinas scribunt Codd. 4) Thramymenica cum Cod. Thrasymeni lacum ed. LB. et Hild. In cett. Thrasymenum lacum. — In seqq. pro cucurrere, quod Edd. praebent, dedimus currere cum Cod. et ed. Hild., qui citat Tertull. de Fuga in Pers. c. 12. ubi Codd. curristi habent, Front. ad Ver. c. 2. ed. Maio et Voss Aristarch. II, 854. ed. Eckst.

5) sc. sunt. — et laeva Cod. ed. pr. et Urs. et laevae ed. Bas. Cant. mg. Urs. Oberth. Orell. laevi deae laevae ed. Elm. et cj. Stewech. et Livin. laevi a laeva ed. LB. laevi ex laeva ed. Hild. 6) Verte: „da kann ein Theil auch nicht den Anfang

sic sumus, ut alia dextera, alia in nos [1]) dicantur esse laeva, quae tamen haec ipsa, quae laeva appellamus et dextera alia [2]), in nobis nihil habent perpetuum, nihil fixum, sed prout nos casus atque eventus conlocaverit temporis, ita nostris sumunt ab lateribus figurationes. Si orientem solem respexero, cardo mihi frigoris et septentrio fit laevus, in quem si ora traduxero, erit mihi sinister occasus, qui ab sole posterganeus habebatur [3]). Rursus vero si iecero plagam in occiduam lumina, vocabulum *in* sinistri [4]) auster et meridies transit [5]): in *quam* si me *partem* necessaria temporis circumegerit ratio, fit ut oriens laevus immutata corporis conversione dicatur, qua ex re poterit facillime recognosci neque dextera [6]) neque laeva natura esse ulla, sed *positione*, *sed tempore*, *sed* [7]) prout nostri corporis habuerit se situs rerum ad circumstantiam collocatus. Quod cum ita se habeat, quanam ratione, quo pacto sinistrarum partium dii erunt, cum easdem constiterit regiones modo dexteras fieri, modo laevas? aut *quo* [8]) dexterae meruerunt de immortalibus diis partes, ut sine ullis praesidibus degerent, quas esse faustas et prosperis *saepe* [9]) cum ominibus ediderunt?

6. Lateranus, ut dicitis, deus est focorum et genius, *adfectusque* [10]) hoc nomine, quod ex laterculis ab homi-

---

bilden." 1) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Hild. alia nobis ed. Oberth. et Orell. In cett. alia in nobis. 2) dextralia (dexteralia Crus. aliique legebant) Cod. a m. pr. teste Hild., et ed. Hild. dextera alia Cod. a m. sec. et cett. edd., praeter LB. quae: dextera alias in nobis praebet. 3) Sic emendo cum mg. Urs. Rig. Livinejo et Huetio. In Codd. et edd. est habebitur. — In seqq. ed. LB. Oberth. et Orell. ad occiduam praebent, invitis Codd. 4) lumina vocabulum sinistri Codd. ed. pr. Bas. Urs. vocabulum in sinistri ed. Hild. In cett. edd. (praeter Cant. et Elm., in quibus desiderantur verba vocabulum sinistri): in vocabulum sinistri. — In seqq. Cod. et ed. Hild. (cit. Varr. R. R. I, 2, 5.) meridie habent. In cett. meridies. — Restituendum fortasse auster ex meridie (sc. flans). 5) trahet ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. — In seqq. Cod. et ed. Hild. praebent: in qua si me parte. In cett. in quam si me partem. 6) Verba neque dextera desunt in ed. pr. Bas. Cant. Urs. LB. Oberth. et Hild. 7) positionis et temporis et Codd. et edd. (praeter Oberth. et Orell., quae positionis, temporis habent), quod emendavimus. 8) quod Codd. quo ed. Hild. In cett. quid. 9) semper Codd. et edd. quod si retinueris, absurda evadet sententia.

10) adiectusque Codd. et ed. Hild. adauctusque ed. pr.

nibus crudis caminorum istud exaedificetur genus. Quid ergo? si testa [1]) aut materia fuerint quacumque alia fabricati foci, genios non habebunt, et ab officio tutelae quisquis iste est Lateranus abscedet, quod regni sui possessio non luteis constructa est formis? Et quid, quaeso, ut faciat, praesidatum focorum deus iste sortitus [2]) est? Per humani generis coquinas currit inspiciens et explorans quibusnam lignorum generibus suis ardor in foculis excitetur, habitudinem fictilibus [3]) contribuit vasculis, ne flammarum dissiliant vi victa, curat ut ad sensum palati suis [4]) cum iucunditatibus veniant rerum incorruptarum sapores, et an
131 rite pulmenta condita sint, praegustatoris fungitur atque experitur officio. Itane istud non [5]) foedum, quinimmo, ut verius dixerim, non contumeliosum, non impium, ad hoc tantum inducere deorum nescio quas fictiones, non quas dignis honoribus prosequare, sed quas rebus turpibus et infami praeficias actioni?

7. Etiamne militaris Venus castrensibus flagitiis [6]) praesidet et puerorum stupris? Etiamne Perfica [7]) una est e populo numinum, quae obscenas illas et luteas voluptates ad exitum perficit dulcedine inoffensa procedere? Etiamne Pertunda [8]), quae in cubiculis praesto est virginalem scrobem effodientibus maritis? Etiamne Tutunus [9]), cuius immanibus pudendis horrentique fascino vestras inequitare matronas et auspicabile ducitis et optatis? Quodsi minime vos admovent ad [10]) intellectum veritatis res ipsae, nec ex ipsis saltem potestis nominibus noscere inanissimae super-

---

Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. dictusque ed. LB. et Orell. adfectusque cj. Meurs. — De Laterano cf. Hertzberg de Diis Rom. Patr. c. 11. Hartung II, 109. 1) ista ed. pr. et Urs. (quae tamen testa in mg. habet) argilla ed. Bas. et Cant. 2) fortuitus pro sortitus vitiose legitur in ed. LB. 3) fictilis Cod. 4) summis cj. Stew. et Heins. 5) non deest in ed. pr. et Urs., quae tamen in mg. habet.

6) Sic Codd. et edd. praeter LB. et Orell., quae plagiis exhibent. — De Venere militari cf. Creuzer Symb. II, 29 sqq. Otfr. Müller Archaeol. d. Kunst §. 376. Manso Abh. über die Venus p. 149 sqq. 192 et 195. Engel Kypros II, 209 sq. 7) Cf. Lucret. II, 1115. Mart. III, 79. Salm. ad Scriptt. H. A. II, p. 18. 8) Tertull. adv. Nat. II, 11. August. C. D. VI, 9. Cf. Hartung II, 71. 9) Sic Codd. et edd. praeter pr. Bas. Cant. Urs. Elm. quae Mutunus praebent. — Cf. de hoc deo ad h. l. August. C. D. VI, 9. Lactant. I, 20. et nos infra ad c. 11. 10) admovenda Codd. admonent ad mg. Urs. ed. Elm.

stitionis figmenta haec esse et falsorum imaginationem [1]) deorum? Putationibus arborum Puta, inquitis, praesto est, rebus petendis Peta, deus nemorum Nemestrinus est, Patellana [2]) numen est et Patella, ex quibus una est patefactis, patefaciendis rebus altera praestituta. Nodutis dicitur deus, qui ad [3]) nodos perducit res satas, et quae praeest frugibus terendis, Noduterensis [4]): ab erroribus viarum dea Upibilia [5]) liberat, in tutela sunt Orbonae orbati liberis parentes [6]), in Naeniae [7]), quibus extrema sunt tempora. *Etiam* [8]) quae durat et solidat infantibus parvis ossa Ossilago [9]) ipsa memoratur, Mellonia [10]) dea est pollens potensque in apibus, mellis curans custodiensque dulcedinem.

8. Dicite, o quaeso, ita, (ut [11]) vobis propitiae faveant Peta, Puta, Patella!) si omnino non [12]) essent apes ullae in terris, aut si exos genus humanum velut quidam vermiculi nasceremur, dea Mellonia [13]) non esset, aut Os-

---

LB. Oberth. Orell. In cett. admovent ad. 1) imaginatione Cod. Edd. praeter Hild. habent: imaginationes. 2) Patellanam deam memorat Papias: „Patellana dea a paganis dicitur, cum folliculi messium patescunt aut e spicis exeunt.“ August. IV, 8. Patelena scribi vult Meurs. Exerc. Crit. II, 2, 4. p. 70. 3) Sic Codd. ed. LB. et Hild. In cett. quia ad. — In seqq. pro terendis in ed. pr. Bas. Cant. Urs. (sed mg. habet terendis) Oberth. et Orell. vitiose legitur ferendis. 4) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. Hild. (cf. infra c. 11). In cett. Terensis. 5) Sic Codd. ed. pr. et Urs. Viabilia ed. Hild. In cett. Vibilia. — Vehilia aut Venilia emendat Meurs. Equidem corrigere quicquam non sum ausus. 6) De Orbona dea (Cod. teste Crusio Arbonae, teste Hild. Orbanae praebet) cf. Intt. ad. Cic. N. D. III, 25. Hartung II, 257. 7) De Naenia dea v. Varr. ap. August. C. D. VI, 9. cf. Fest. p. 161. ed. Müller. — In seqq. sunt ante tempora deest in Cod. Br. ed. pr. Bas. Cant. Urs. et Elm. 8) nam Codd. et edd. praeter Orell., quae Iam dat ex correct. Meursii. Nobis Etiam videbatur reponendum. 9) Sic Codd. et edd. Ossipago cj. Cant. Ossipanga cj. Stewech. Ossipagina cj. Livinej. 10) melonia Codd. mellona mg. Urs. et ed. Elm. ex August. C. D. IV, 34. In cett. Mellonia. — Cf. Hartung II, 154.

11) ita ut vobis Codd. quaeso ut vobis ed. Hild. quaeso ita vobis ed. Urs. et LB. In cett. ut ita vobis. 12) non deest in ed. Oberth. et Orell. — In seqq. voc. genus deest in ed. pr. Bas. Cant. Urs. (quae tamen in mg. habet humanum genus) et Oberth. 13) Melonia Cod. uti supra. — Ed. pr. exemplum Bibliothecae Regiae Paris., cui Dalechampii notae adscriptae sunt h. l. praebet Mellona, id quod diserte testatur Crusius, qui illud ipse inspexit. In exemplo ed. pr., quod possidet Biblioth. Sti. Michaelis

silago solidatrix ossuum nomen proprium non haberet? Etenim quaero et rogito, utrumne vobis videantur anti-
132 quiores dii esse natura, tempore, vetustate, an homines, an apes, fruges, virgulta et cetera? Dubitabit hominum nemo, quin innumeris dicatis deos aetatibus, saeculis [1]) cuncta quaecunque sunt anteire. Quod si habet se ita, qui fieri per rerum naturam potest, ut ex rebus postea procreatis acciperent nomina ea quae sunt priora temporibus, aut tutelas sortirentur earum dii rerum, quae nondum essent genitae et in usum mortalibus adtributae? An numquid iamdudum sine nominibus dii erant, et postquam res nasci terrisque inesse coeperunt, his a vobis dignati sunt signis atque appellationibus nuncupari? Et unde scire potuistis quae nomina singulis inderetis, cum esse illos ignoraretis omnino, aut inesse potentias his certas, cum esset vobis similiter nescium, quisnam eorum quid posset et cui rei deberet pro sui numinis potestate praeponi?

9. Quid ergo, inquitis, hos deos nusquam esse gentium iudicatis et [2]) falsis opinationibus constitutos? Non istud nos soli, sed veritas ipsa dicit et ratio et ille communis qui est cunctis in mortalibus sensus. Qui [3]) est enim qui credat esse deos Lucrios [4]) et lucrorum consecutionibus praesidere, cum ex turpibus causis frequentissime veniant et aliorum semper ex dispendiis constent? Quis Libentinam [5]), quis Burnum [6]) libidinum superesse tutelis, quas iubet sapientia fugere et quas mille per species propudiosa *experitur* [7]) et exercet obscenitas? Quis

---

Luneburg., quo ego sum usus, Mellonia etiam hoc loco legitur. — In seqq. Cod. teste Crusio et Rig. praebet ossuum, de qua genitivi forma v. Prudent. Perist. V, 111. Orell. Inscr. Lat. 2906. 4361. 4806. cf. 4511. 4556. — In edd. est ossium. 1) saeculis pro gloss. habet Hild. — In seqq. ed. Elm. habet habeat se ita.

2) sed falsis mg. Urs. LB. Orell. 3) Sic Cod. ed. pr. Urs. Orell. Hild. In cett. Quis. 4) Hartung II, 260 sqq. cf. Suid. s. v. *Κερδῷος*. 5) Cf. Creuzer Symb. IV, 161. Klausen Aen. I, 503 II, 750 sqq. Gerhard in: Kunstblatt 1825. n. 16—19. et 1827. 42—43., qui tamen omnes confundunt Libitinam et Libentinam. 6) Sic Codd. ed. pr. Urs. Hild. Liburnam ed. Elm. In cett. Liburnum. Meurs. cj. Liberum ex August. C. D. VI, 9. Gloss. lexico Forcell. additum: „Burnus, qui libidini praeest", quae tamen glossa ex hoc Arnobii loco videtur profecta. Voc. Burnus derivandum est sine dubio a graeco *πόρνος*. 7) expeditur Cod. ed. pr. et Urs. ex-

Limentinum, quis Limam [1]) custodiam liminum gerere et ianitorum officia sustinere, cum fanorum cotidie videamus et privatarum domorum convelli et subrui, nec sine his esse flagitiosos ad lupanaria commeatus? Quis curatores obliquitatum *Limones* [2]), quis Saturnum praesidem *sativis* [3]), quis Montinum [4]) montium, quis segnium Murcidam? [5]) Quis ad extremum deam Pecuniam [6]) esse credat, quam velut maximum numen vestrae indicant litterae donare anulos aureos, loca in ludis atque in spectaculis [7]) priora, honorum suggestus summos, amplitudinem magistratus, et 133
quod maxime pigri ament, securum per opulentias otium.

10. *Quod* si haberent *in se divos* suos [8]) proprios praesides ossa, mella et limina ceteraque alia, quae vel cursim perstrinximus vel nimietatis non adtigimus [9]) taedio, licet consimili ratione mille alios deos inducere, qui rebus innumeris debeant suam curam custodiamque praebere. Cur enim deus praesit melli uni tantummodo, non praesit cucurbitis, rapis, non cunelae [10]), nasturtio, non *viciis*, *betaceis* [11]), caulibus? Cur sola meruerint ossa tutelam, non meruerint ungues, pili, ceteraque alia, *quae* locis [12])

---

petit ed. Bas. Cant. Oberth. Orell. In cett. experitur ex emendat. mg. Urs. In Cod. Br. verba: experitur — — — Limentinum omissa sunt. 1) Lunam pro Limam et in seqq. luminum pro liminum vitiose praebet ed. pr. et Urs. — Cf. Hartung II, 227 sqq. 2) lemons Cod. Limones ed. Hild. In cett. Limos. — qui curatorem — qui Saturnum praebent ed. pr. et Urs. 3) Latinis Codd. ed. pr. et Urs. sativis ed. Orell. et Hild. ex emendat. Canteri. In cett. sationis. — De re v. Macrob. Sat. I, 10. 4) Hartung II, 86. 5) Sic Codd. ed. LB. et Hild. In cett. Murciam ex August. C. D. IV, 16. Tertull. de Spect. 8. — Ceterum recte judicat Hild. vehementer eos errare, qui Murteae Veneris et Murcidae deae idem esse numen statuant. 6) Cf. August. C. D. IV, 20. 24. et VII, 4. Intt. ad Juven. Sat. I, 114. 7) in exspectaculis Cod. teste Hild. In edd. est in spectaculis.

8) quid si haberet in sedibus suos Codd. Quid si haberent in sedibus suos ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Quod (Quid Hild.) si haberent in se divos suos mg. Urs. et ed. Hild. In cett. Quod si habere insistitis suos. — In seqq. ed. Oberth. et Orell. lumina vitiose exhibent pro limina. 9) attingimus ed. pr. et Urs. 10) culenae Codd. cunelae ed. Hild. In cett. cunilae. 11) ficiis beaticiis Codd. ficis, betis ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. ficis, betaceis ed. LB. Orell. viciis, betaceis ex Orellii correctione recepit Hild. 12) alia locis Cod. et edd. Meursius bene videns hic mendum aliquod latere,

posita in obscuris et verecundioribus partibus et sunt casibus obnoxia plurimis et curam magis deorum diligentiamque desiderant? Aut si et has dicitis partes suis agere sub tutelatoribus [1]) divis, incipient totidem dii esse quot res sunt: nec explicabitur ratio, cur non rebus omnibus divinae praesideant [2]) curae, si certas res esse quibus praesint numina et provideant dixeritis.

11. Quid dicitis o patres novarum religionum [3]), qui potestatum *obscenarum* a nobis deos violari et neglegi sacrilego clamitatis queritaminique contemptu, Lateranum genium focorum, Limentinum praesidem liminum, *Pertundam*, *Naeniam*, Perficam [4]), Noduterensem? et quia non supplices *Mutuno* procumbimus atque *Tutuno* [5]), ad inter-

correxit in seqq. partibus. Haec. Nos recepimus Livineji emendationem. — In Cod. Br. desunt verba: locis — — — partibus. 1) Sic Codd. ed. Hild. et ed. pr. quae tamen in Err. emendat tutelaribus, quod cett. edd. praebent omnes. 2) praesidant ed. Oberth. et Orell. vitiose.

3) Recte Hild. patres novarum relig. interpretatur inventores et auctores numinum cultuumque, qui novi prorsus sint nec antea auditi. — Sequentia verba dedimus ex correctione Pithoei, quum Cod. corrupte habeat: qui potestatum obscenae a nobis deos violare et negligi sacrilego cl. queritaminique contemptu. In ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. legitur: qui potestatem obscene a nobis d. violari et negl. sacrilege cl. quir. contemni. Ed. Hild. habet: qui protestamini obscene a nobis d. v., et negl. sacrilege clam. quirit. esse contemptu. In cett. quid potestatum? Hoscine a nobis d. v. et negl. sacrilego cl. quir. contemtu (contemni ed. Orell. vitiose). — In seqq. pro Lateranum ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. invitis Codd. exhibent Larem. 4) pertus quaedam (syllaba quae compunct. et voc. naeniam voc. quaedam suprascripto) perficam teste Hild., qui putat librarium, qui pertus quaedam prave scripsit, postea Pertundam corrigere voluisse, Naeniam verso falso posuisse loco. Crusius ceterique, qui Cod. Par. contulerunt, solummodo pertus quaedam in eo legi adnotant, unde mihi suspicio nata erat naeniam non ab ipso librario, sed ab recentioris aetatis aliquo viro docto profectum esse, qui quaedam voc. ita corrigendum putaverit, nec viderit, punctis syllabae quae — suppositis vitium suum ipsum librarium jam sustulisse. Nihilominus recipiendum putavi Naeniam cum Hild. In cett. Pertundam, Perficam legitur. — In seqq. pro Notuterensem, quod Cod. praebet, ed. LB. et Orell. Nodutim Terensem habent. 5) supplices hoc est uno procumbimus atque est utuno Codd. suppl. hoc est humi proc. atque Tutuno (in errat. corr. Tutano) ed. pr. et Urs. suppl. humi Mutuno proc. atque Tutuno ed.

itum res lapsas atque ipsum dicitis mundum leges suas et
constituta mutasse? Atquin videte, perspicite, ne tum talia
confingitis monstra, *taliaque* [1]) molimini, deos offenderitis
certissimos, si modo sunt ulli qui istius nominis mereantur
sustinere atque habere fastigium, nec propter aliam cau-
sam mala ista quae dicitis ferveant [2]) et cotidianis acces-
sionibus insolescant [3]). Cur [4]) ergo, e vobis fortasse ali-
quis dixerit, esse falsum *est* istos deos? Et [5]) invocati ab
haruspicibus parent, et suis acciti nominibus veniunt, et
fidelia reddunt responsa quaerentibus? Possumus obtinere
falsum esse quod dicitur, vel quod suspicionibus [6]) plenis- 134
sima res tota est, vel quod multas cotidie praedictionum
videmus aut aliter cadere aut in contrarios exitus frustrata
expectatione [7]) torqueri.

12. Sed sint, ut adseritis, vera [8]), eamdem tamen facietis fidem, Melloniam [9]) verbi causa vel Limentinum inserere se fibris et ad rerum quas quaeritis significantias aptare? [10]) Numquid illorum aliquando vidistis os, habitum, faciem, aut eadem haec possunt in pulmonibus aut iecusculis conspici? Nonne accidere, fieri [11]) licet astu dissimuletis, potest, ut alter pro altero subeat, fallens, ludens, decipiens atque invocati speciem praestans? Si magi,

---

Elm. et LB. In cett. suppl. Mutuno proc. atque Tutuno. Nos olim conjecimus: suppl. nos (vel ore) Burno proc. atque Tutuno. — De Mutuno et Tutuno v. Salm. ad Solin. p. 219. Hartung II, 258. Pitt. d'Ercolano tom. III, tab. 26. p. 178 sqq. et Antiq. Hercul. (Bronzi) tom. II, tab. 94. p. 382. Panofka Terrac. p. 67. et 106.
1) talia ad quae Cod. talia atque ed. pr. et Urs. In cett. taliaque. 2) fervant Cod. a m. pr. et ed. Hild. ferveant Cod. a m. sec. et edd. Utrumque probum est. 3) h. e. intumescant. Sic Codd. et ed. Hild. In cett. inolescant. 4) cum Cod. 5) falsum istos deos et Cod. Par. ed. LB. et Hild. quod emendavimus. falsos istos deos et Cod. Br. falsos istos deos si invocati ed. pr. et Oberth. falsum istos deos contendis? Et ed. Orell. In cett. falsum istos deos contendis, si. 6) Sic Codd. et edd. praeter Hild. quae superstitionibus habet cum mg. Urs. 7) Sic Codd. et edd. omnes praeter Hild., in qua expeditione legitur vitiose.

8) verae ed. LB. — In seqq. pro eamdem, quod Codd. ed. pr. Urs. Orell. et Hild. tenent, ed. Bas. Cant. mg. Urs. Oberth. habent nunquam; ed. Elm.: qui tamen ex mg. Urs. et in cett. est: an iidem tamen. 9) Melloniam duplici l littera h. l. scribit Cod. 10) Verte: „und sich verstehn zur Angabe der Dinge, die Ihr fragt.“ 11) Pro gloss. habet Hild. — In seqq. pro astu ed. pr. et Urs. habent

haruspicum fratres, suis in actionibus [1]) memorant antitheos saepius obrepere pro *accitis* [2]) esse autem hos quosdam materiis ex crassioribus spiritus, qui deos se fingant nesciosque mendaciis et simulationibus ludant, cum ratione non dispari [3]) credamus hic quoque subiicere se alios pro eis qui non sunt, ut et vestras opinationes firment et sibi hostias caedi alienis sub nominibus gaudeant. Aut si *hoc* [4]) accipere rei novitate renuitis, unde vobis est scire, an [5]) sit unus aliquis, qui succedat pro omnibus quos *invocatis* [6]), partibusque se cunctis locorum divisionumque supponens multorum vobis speciem divorum praebeat et potestatum? Quisnam iste est unus? interrogabit. Forte [7]) possumus instituti veris auctoribus dicere, sed ne nobis fidem haberi nolitis, Aegyptios, Persas, Indos, Chaldaeos, Armenios [8]) interroget, omnesque illos alios, qui in interioribus viderunt et cognoverunt haec artibus: iam profecto discetis, quisnam sit deus unus vel sub eo qui plurimi, qui deos se fingant et humani generis imprudentiam ludant.

13. Iamdudum nos pudet ad eum locum venire, in quo risum tenere non possunt non tantum *puerculi* [9]) et procaces, verumetiam serii atque in *moris* tetrici asperi-

---

actu. 1) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. Hild. incantationibus mg. Urs. et ed. Elm. In cett. accitionibus. 2) actis Codd. ed. pr. et Urs. veris ed. Bas. Cant. mg. Urs. Oberth. Hild. In cett. accitis. — De antitheis cf. Jambl. de Myst. III, 31. Procl. in Plat. Alcib. I. tom. II, p. 107. ed. Cousin. Tiedemann de Mag. Art. Orig. p. 14. 3) cum ratione non dispari Codd. et ed. LB. cur r. n. dispari ed. pr. cur non deos pari mg. Urs. et ed. Elm. In cett. cur r. non pari. 4) Male hic incipiunt Orell. et Hild. cap. 13. — Codd. habent aut si hic, quod correximus. In edd. est: Aut si sic. 5) h. e. an non. 6) in quos vocatis Codd. vitiose. — In seqq. Cod. praebet partibus quae, quod ed. LB. refinxit in: partibus qui. — Voc. divisiones explicandum esse puto ex haruspicum vel magorum disciplina et significare partes certas atque definitas, intra quarum fines potestates accitae appareant vel signa et responsa edant. 7) interrogabitis mg. Urs. et cj. Stewech. interrogabit forte. Poss. distinguit Meurs. — In seqq. omnes edd. praeter Hild. habent: possumus istum veris auctor. invito Cod. 8) Cf. Meiners in Hist. Doctrinae de Vero Deo I, 1, 31 sqq. I, 4, 91 sqq. I, 3, 74 sqq. Stanly Hist. Phil. P. XIV, 6, p. 1163. et P. XIII, 2, 32, p. 1152. ed. Lips. Hengstenberg Introd. in V. T. I, 340 sqq. Bohlen Indien II, 233. b. 291. et I, 145 sqq. Baur Symb. II, 1, 16 sqq.

9) puericuli Cod. Par. periculi Cod. Br., unde Meurs. cj.

tate [1]) durati. Nam cum a doctoribus omnes nostris insinuatum acceperimus et traditum, in declinationibus deorum plurativos numeros non esse, quod essent dii singuli, nec 135
communiter ire per plurimos uniuscuiusque nominis proprietas quiret [2]), immemores vos facti et puerilium disciplinarum recordatione composita [3]) et complures subditis vocabulis iisdem deos, et cum sitis alias in eorum numero restrictiores, multiplices eos rursus cognominum societate fecistis: quam quidem olim partem iudicii acris [4]) viri atque ingenio perspicaci tam sermone Italo explicuere quam Graeco. Et dare nobis compendium potuisset res ista, si non et aliquos videremus litterarum esse istarum expertes, et institutus a nobis sermo nos quoque compelleret nonnihil de his rebus quamvis ab illis sumptum commemoratumque [5]) depromere.

14. Aiunt igitur theologi vestri et vetustatis absconditae conditores, tris [6]) in rerum natura Ioves esse, ex quibus unus Aethere sit patre progenitus, alter Caelo, tertius vero Saturno apud insulam Cretam et sepulturae traditus et procreatus [7]). Quinque Soles et Mercurios quinque, ex quibus, ut referunt, Sol primus Iovis filius dicitur et Aetheris habetur nepos, secundus aeque Iovis et Hyperiona proditus genetrice [8]), tertius Vulcano, non Lemnio, sed Nili qui

---

pueri ridiculi. 1) in mares tetrici (taetrici legit Hild.) asperitate Codd. in mores tetricia asperitate ed. pr. Cant. Oberth. in mores tetrica asperitate ed. Urs. in mores tetricos asp. ed. Bas. et Elm. in moris tetrici asperitate ed. Hild. In cett. in moris tetrici asperitatem. 2) Hic prave inserit Orell. verba: Neque enim fieri — — — — simplicitate divisa., quae in Codd. et in cett. edd. in fine huius libri leguntur. 3) Sic Codd. et edd. praeter Cant. et Oberth., quae seposita (ita et mg. Urs.) et ed. Elm., quae consopita ex mg. Urs. exhibet. 4) acres Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. In cett. acris ex emend. mg. Urs. — In sqq. ed. LB. vitiose praebet: atque per ingenio perspicaci. 5) commodatumque mg. Urs. et ed. Elm.

6) tris Cod. a m. pr. et ed. LB. et Hild. In cett. tres. 7) Cic. N. D. III, 21. Clem. Alex. Protr. p. 24. ed. Pott., e quibus haec et sequentia Arnobius repetiit. Cf. etiam Ampel. c. 9. 8) Sic Codd. et ed. Hild. secundus Regina et Hyperione proditus genitore ed. pr. Cant. et Urs. cit. Diod. Bibl. III, p. 190. et August. C. D. II, 4. sec. Rea et Hyperione proditus genitore ed. Bas. In cett. sec. aeque Iovis filius et Hyperiona proditus genetrice. Ceterum in aperto esse videtur Arnobium h. l. lapsum esse in exscribendo loco Ciceronis III, 23., ut jam Creuzer ad h. l. aliique judicarunt,

fuerit filius, quartus Ialysi pater, quem Rhodi [1]) peperit heroicis temporibus Achanto [2]), quintus Scythici regis et versipellis habetur Circae [3]). Nam [4]) Mercurius primus, qui in Proserpinam dicitur genitalibus adhinnivisse [5]) subrectis, supremi progenies Caeli *est*. Sub terra est alter, Trophonius [6]) qui esse iactatur, Maia tertius matre et Iove procreatus sed tertio, quartus suboles Nili est, cuius nomen Aegyptia gens horret et reveretur expromere, quintus Argi est interemptor fugitivus atque exsul, et proditor apud Aegyptum litterarum [7]). Sed et Minervae, inquiunt, sicut Soles et Mercurii, quinque sunt [8]), ex quibus prima non virgo, sed ex Vulcano Apollinis procreatrix, Nili altera proles et quae esse perhibetur Aegyptia, stirps [9]) Saturni tertia est, quae usum excogitavit armorum, Iovis
136 quarta progenies, quam Messenii Coryphasiam nuncupant, et quae *Pallantem* [10]) occidit patrem incestorum adpetitorem est quinta.

15. Ac ne longum videatur et nimium minutatim [11]) velle capita ire per singula, aiunt iidem theologi quatuor

---

siquidem Hyperiona dea nemini scriptorum memorata aut cognita est.
1) Rhodii Cod. 2) Sic Codd. ed. pr. Bas. Oberth. et Hild. In cett. Acantho. — V. de hoc deplorato loco quae adnotarunt Dav., Creuz. et Wyttenbach ad Cic. N. D. III, 22. p. 594 sqq. et p. 786 sqq. 3) Sic Codd. ed. LB. Orell. Hild. In cett. Circes. 4) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. Hild. In cett. Iam. Sed recte defendit Cod. lectionem Hild., quum haec particula pertineat ad verba praegressa: et Mercurios quinque sqq. 5) adinnivisse Cod. adhinnuisse ed. Bas. et Cant. — In seqq. Cod. teste Hild. habet: Caeli. Sub, unde fortasse rectius emendaveris progenies est Caeli. 6) Trofonius Cod. ed. pr. Bas. Cant. — V. quae adnotavimus ad I, 26. et cf. Gerhard Prodr. I, p. 54. et in Archaeol. Zeit. 1843. p. 1 sqq. 7) Cf. Klausen Aen. I, 339. 500 sqq. Lobeck Aglaoph. II, 1213. Barth Kabiren p. 229 sqq. Völcker Mythol. d. Japet. Geschl. p. 78 sqq. et 369 sqq. 8) Cic. N. D. III, 23. Clem. Alex. Protr. p. 24. ed. Pott. Firm. Mat. de Err. Prof. Rel. c. 17. ibique Münt. Kopp ad Mart. Cap. VI, §. 567 sqq. p. 481 sqq. Creuzer Symb. II, 640 sqq. Baur Symb. II, 1, 151 sqq. 9) Aegyptiae stirps Codd. Aegyptiae Sais ed. pr. (in errat.: Aegyptiis Sais) et Urs. Aegyptia Sais ed. Bas. Cant. 10) Corypalantem Cod. ed. pr. et Urs. Corya Pallantem ed. pr. in errat. mg. Urs. Pallantem ed. Bas. Cant. mg. Urs. Elm. LB. Oberth. et Orell. Vitium Cod. inde ortum videtur, quod librarii oculi in voc. Coryphasiae aberrarint. cf. infra c. 13. — V. Cic. N. D. III, 23. ibique Moser et Creuzer, et Firm. Mat. l. l.

11) minutum ed. pr. Bas. Cant. Urs. minutim mg. Urs.

esse Vulcanos et tris [1]) Dianas, Aesculapios totidem et Dionysos [2]) quinque, ter binos Hercules et quatuor Veneres, tria genera Castorum totidemque Musarum, pinnatorum Cupidinum trigas et quadrigas Apollinarium nominum [3]), quorum similiter genitores, similiter matres, loca, quibus nati sunt indicant et originem singulorum suis cum prosapiis monstrant. Quod si verum et certum est et ex rei cognitae adservatione monstratur, aut omnes dii non sunt, quoniam plures sub eodem nomine, quemadmodum accepimus, esse non possunt, aut si aliquis ex his est, ignorabitur et nescietur, quia sit [4]) consimilium nominum confusione caecatus. Atque ita per vos ipsos, quamvis fieri nolitis, efficitur, ut haesitet [5]) religio conturbata, neque habeat finem certum, in quem dirigere se possit, *tam multis* [6]) elusa ambiguitatis erroribus.

16. Fingite nos enim vel auctoritate conmotos [7]) vel violentia terroris vestri induxisse in animum Minervam, verbi causa, sacris vobis solemnibus et ritu velle adorare vulgato. *Res sic* cum divinas [8]) apparamus *adgredimurque*

---

1) tres Cod. a m. sec. et edd. praeter Hild. — De quatuor Vulcanis v. Cic. N. D. III, 21. Creuzer Symb. II, 323. Barth l. l. p. 269. Seyffarth Syst. Astr. Aegypt. p. 116. — De tribus Dianis Cic. l. l. c. 23. ibique Intt. Müller Dor. III, 367 sqq. Baur Symb. II, 1, p. 61 sq. et p. 213 sqq. — De Aesculapiis v. Cic. l. l. c. 22. ibique Intt. 2) Dionysios Cod. ed. pr. Urs. Hild. — De Dionysis v. Cic. l. l. c. 22. ibique Intt. Barth l. l. p. 70 sq. Creuzer Symb. tom. III, Höck Kreta III, 170 sqq. Baur Symb. II, 2, p. 104 sqq. 3) De Herculibus v. Cic. N. D. III, 16. et Intt. Barth p. 151 sqq. Creuzer Symb. II, 202 sqq. Baur Symb. II, 2, p. 84 sqq. — De Veneribus v. Cic. c. 23. Creuzer Symb. II. 613 sqq. Engel Kypros II, 10 sqq. — De Castoribus v. Cic. c. 21. et Intt. Barth p. 8 sqq. Baur Symb. II, 1, p. 75 sqq. — De Musis v. Cic. c. 21. ibique Intt. et Intt. ad Arnob. III, 37. — De tribus Cupidinibus Cic. c. 23. et Intt. cf. Kopp ad Mart. Cap. II, §. 144. p. 197. — De quatuor Apollinibus Cic. c. 23. Müller Dor. I, 199 sqq. Höck Kreta III, 143 sqq. et II, 254 sqq. Baur Symb. II, 1, p. 177 sqq. Ersch et Gruber Encycl. IV, p. 418 sqq. 4) quid sit Cod. ed. LB. et Oberth. In cett. quia sit. Malim: quia (vel quod) sic — — — caecatur. 5) haec sit et ed. pr. et Cant. haec sit religio ed. Bas. et Urs. 6) possit et nullis Codd. ed. LB. et Hild. In cett. possit, nullis. Nos emendavimus possit, tam multis.

7) auct. ideo motos ed. pr. et Urs. auct. idonea motos cett. edd. praeter Elm. LB. et Hild., quae Codd. auctoritatem sequuntur. 8) volgator si cum divinas Cod. vulgato: res cum

aris flammantibus sua reddere constituta, Minervae omnes advolent, ac de istius nominis possessione certantes poscant sibi singulae apparatum illum sacrorum reddi: quid in medio faciemus nos animal tenue vel in partes quas potius pii muneris officia transferemus? Dicet enim forsitan prima illa quam diximus: Meum nomen est Minervae, *meum* numen [1]), quae Apollinem genui, quae Dianam, et ex mei uteri fetu caelum numinibus auxi et deorum numerum multiplicavi. Immo, inquiet *quinta* [2]) Minerva, *tu tinnis*, quae marita et puerpera totiens castitatis purae inminuta es
137 sanctitate? Nonne vides in Capitoliis omnibus virginalis esse species Minervarum *et innuptarum* [3]) his formas ab artificibus cunctis dari? Desiste igitur nomen iuris tibi adsciscere non tui. Nam Minervam me esse genitore ex Pallante procreatam, testis omnis est poetarum chorus, qui Palladem [4]) me nuncupat, derivato a patre cognomine. Quid dicis, inquiet secunda haec audiens, ergone Minervium nomen tu fers [5]) parricida petulans et ex amoris incesti contaminatione polluta, quae dum te fucis atque artibus excolis meretriciis, etiam [6]) patris in te mentem furialibus plenam cupiditatibus excitasti? Perge igitur, aliud tibi quaere signum; nam mea res ista est, quam Nilus maximus fluminum aquis generavit ex liquidis et in virgineos habitus roris concretione conduxit. Quodsi fidem inquiris facti, Aegyptios et ego testes dabo, quorum *sum Neith* lingua, Platonis testificante [7]) Timaeo. Quid deinde arbi-

---

divinas ed. Hild. In cett. perperam: vulgato: res si cum divinas. — In seqq. Cod. praebet adgrediaturque, pro quo ed. pr. et Urs. aggrediamurque, cett. edd. aggredimurque reposuerunt. Rig. cj. adgredi atque. 1) cum numen Cod. tum numen ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. In cett. cum numine. Nos Rig. emendationem recepimus. 2) quanta Codd. vitiose. quarta ed. pr. Urs. et Hild. In cett. quinta. cf. supra c. 14. fin. — In seqq. Cod. habet tutunis, ed. pr. et Urs. tu tu sis, ed. Bas. Cant. Elm. Oberth. tu sis, ed. Hild. titinnis. 3) Sic cj. Rig. et Hild. — et nuptarum Cod. nec nuptarum edd. praeter Hild. 4) Palladam ed. Oberth. et Orell. vitiose. 5) feres mg. Urs. ed. Elm. et LB. 6) Sic Codd. ed. pr. Bas. Urs. Elm. In cett. iam. 7) quorum Nili lingua latonis (Platonis ed. pr. et Urs.) testif. Codd. ed. pr. et Urs. quorum Nili lingua dicor Platonis ed. Bas. Cant. quorum Neith lingua dicor Plat. ed. Elm. Oberth. Orell. partim ex corr. mg. Urs. — V. Plat. Tim. p. 21. E. cf. Seyffarth l. l. p. 136. Creuzer Symb. II, 675 sqq. Baur l. l. II, 1. p. 43.

tramur fore? Desistetne et illa Minervam se dicere, cui Coryphasiae nomen est vel ex Coryphae matris signo, vel quod ex vertice summo Iovis parmam ferens emicuit atque armorum accincta terroribus? [1]) Aut illam, quae tertia est, cessuram patientia nomine? [2]) et non dictis talibus habituram rationem sui et primarum arrogantiam refutaturam: Itane tu audes maiestatem tibi mei nominis usurpare, si verum, ex caeno [3]) et ex gurgitibus prodita coagulataque limosis? [4]) aut tibi tu *aliquam* dignitatem assumis [5]) deae, quae de vertice procreatam mentiris te Iovis et Rationem te esse mortalibus ineptissimis suades? Ex capite conceptos filios procreat? et ut arma [6]), quae gestas, procudi possint et fabricari, in verticis ipsius cavo officina fabrilis fuit, incudes, mallei, fornaces, folles, carbones et forcipes? [7]) *aut* si verum est quod adseveras, Rationem te esse, desiste tibi nomen id quod meum est vindicare: nam quam dicis ratio, non est species numinis certa, sed obscurarum intellegentia causarum. Si ergo, ut diximus, officia nobis adeuntibus religiosa Minervae adsint quinque, ac 138

Moser ad Cic. N. D. III, 23. et de Minervis in universum praeterea adeas Otfr. Müller in Ersch et Gruber Encycl. III, 10, p. 75 sqq. et in Gerhardi Hyperbor. Röm. Studien p. 276 sqq. cf. Commentatores ad Antich. d'Ercol. tom. VI, (Bronzi II.) tab. V, p. 17 sq. 1) De Coryphasiae nomine v. P. Victor. V. L. XI, 15. 2) censuram patientiae nomine Codd. censuram patientiae nomen ed. pr. et Urs. cessuram patientia nomen ed. Bas. Cant. Oberth. cessuram patienti animo nomine ed. Hild. cessuram patienter nomen mg. Urs. et cett. edd. Facilius est corrigere: cess. patientia nomine vel e nomine. 3) Sic Codd. ed. pr. et Urs. usurpare quae ex caeno ed. Bas. Cant. Elm. usurpare Sai, cum ex caeno mg. Urs. usurp. Sai ex caeno ed. Orell. usurp. ex caeno ed. LB. usurp. sinceram, ex caeno cj. Meurs. Olim cj. Saitarum ex caeno. 4) Sic Codd. et edd. praeter pr. Bas. Cant. Urs. Elm., quae: e limo sis praebent. — In seqq. pro aliquam, quae nostra emendatio est, Codd. ed. pr. Urs. LB. Orell. et Hild. aliam, cett. alienam praebent. 5) Sic Codd. et edd. praeter LB. et Orell., quae assume habent. — In seqq. Cod. dat deaeque, ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. atque, ed. LB. et Orell. deam quae, ed. Hild. ex Meursii cj.: deae, quae. 6) Sic Codd. test. Rig. Livin. et Crusio. procreat aut si ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. In cett. procreat, ut arma. — In seqq. pro possint, ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. possunt, ed. LB. et Orell. possent praebent. 7) forfices Cod. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. — In seqq. Codd. ut si, ed. pr. Bas. Cant. Elm. Oberth. Orell. Hild. aut

de huius *nominis* [1]) proprietate rixantes sibi quaeque desideret aut turis suffimenta libari aut ex pateris aureis inferia [2]) vina defundi, quo disceptatore, quo iudice controversias tollemus tantas? aut quis quaesitor, quis arbiter cervicibus tantis erit, qui inter personas huiusmodi aut vindicias iustas dare aut sacramenta conetur pronuntiare non iusta? Nonne potius ibit domum, seseque abstinens ab negotiis talibus tutius esse arbitrabitur nihil horum contingere, ne aut uni dando quod omnium est inimicas efficiat ceteras, aut stultitiae crimen incurrat, si ita tribuat [3]) cunctis quod esse oportebat unius?

17. Possumus haec eadem de Mercuriis, Solibus, immo de aliis omnibus, quorum numeros tenditis [4]) et multiplicatis, expromere. Sed satis est ex uno rationem in ceteris eamdem esse scire, et ne forte prolixitas fastidium audientiae pariat, cessabimus ire per singula, ne, dum vos arguimus nimietatis, loquacitatis immodicae suscipiamus et nos culpam. Quid dicitis o isti, qui ad deorum nos cultum [5]) membrorum laniatibus invitatis et suscipere nos cultum vestrorum compellitis numinum? Possumus difficiles non esse, si modo aliquid nobis dignum tanti nominis opinione monstretur. Ostendite nobis Mercurium, sed unum: date Liberum, sed unum: unam Venerem atque unam similiter Dianam. Nam esse Apollines quatuor aut tris [6]) Ioves numquam nobis facietis fidem, nec si testem ipsum citetis [7]) Iovem aut Pythium constituatis auctorem.

18. Sed ex diverso nescio quis: Unde, inquit, scimus, an explorata et cognita theologi scriptitarint, an ut visum est atque sedit, libidinosam extulerint fictionem? Nihil istud ad causam, nec sermonis istius in eo est ratio constituta, utrumne res ita sint, theologorum ut indicant scripta, an aliter se habeant et multo dissociatae discri-

---

si, ed. Urs. et LB. At si praebent. — 1) nomine Codd. ed. pr. vitiose. — 2) in seriam ed. pr. et Urs. In cett. ut in Codd. inferia, quod primum restituit Lud. Carrio Emendd. II, 3. — 3) Sic Codd. (ita sc. ut vos facitis). In edd. est: si id attribuat. —

4) i. e. augetis, extenditis. Cf. Min. Fel. Oct. c. 3. — 5) cultus ed. Oberth. et Orell. — Verba: membrorum — — — — cultum desunt in Cod. Br. — 6) Sic Cod. a m. pr. ed. LB. et Hild. In cett. tres. — 7) sistetis Cod. Br. —

mine; nobis enim satis est rebus de publicatis loqui, neque quaerere quid sit in vero, sed refutare [1]), convincere id 139
quod in medio positum est atque opinatio concepit humana. Sed si mendaces illi, vos veritas quae sit exponite et inrefutabile aperite secretum. Et qui [2]) fieri potis est remotis magisteriis litterarum? Quid est enim quod dici de immortalibus diis possit, quod non ex hominum descriptis [3]) ad humanas pervenerit notiones? Aut quicquam vos ipsi de illorum ritibus potestis caerimoniisque narrare, quod relatum in litteras non sit et scriptorum commentariis publicatum? Aut si ponderis existimatis nullius haec esse, *aboleantur* [4]) omnes libri, quos de diis habetis compositos theologorum, pontificum, nonnullorum etiam philosophiae deditorum; quinimmo potius fingamus ab exordio mundi nullum aliquando mortalium *intimasse* [5]) de diis quicquam: experiri volumus et cupimus scire, an muttire, an hiscere deorum in mentione possitis, an concipere eos mente, quos in animis vestris nullius scripti informaverit notio. Cum vero nomina et potentias illorum suggerentibus vobis libris addidicisse vos constet, iniquum est detrahere litteris his fidem, quarum ea quae dicitis testimonio atque auctoritate firmatis.

19. Nisi forte haec falsa, et ea quae a vobis dicuntur erunt vera. Quo argumento, quo signo? Cum enim homines utrique [6]) et qui haec et illa commentati sunt fuerint, et de rebus incertis ab utraque sit disputatum parte, arrogantis est dicere, id quod tibi placeat esse verum, quod vero animum laedit, id libidinis et falsitatis [7]) arguere. Per humani generis iura atque ipsius mortalitatis

---

1) refutare pro gloss. habet Hild. — 2) Scribendum fortasse: Ecqui. In sqq. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. pote est habent pro more, et pro: Quid est enim quod Cod. Par. vitiose exhibet: Id est enim quod. — 3) discriptis Cod. a m. pr. descriptis a m. sec. et ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. Hild. In cett. de his scriptis. Hild. cj. de dîs scriptis. Malim: quod non et hominum de scriptis. — 4) abolentur Cod. vitiose. — 5) mortalium nullum esse Codd. ed. pr. et Urs. mort. meminisse ed. Bas. Cant. mg. Urs. Elm. Oberth. mort. scripse ed. LB. mort. scripsisse ed. Orell. mort. intimasse ed. Hild. ex cj. Heraldi. —

6) utrinque ed. pr. Bas. Cant. utique cj. Rig. — In sqq. et qui illa cj. Livin. — 7) libidinosae fals. cj. Meurs. et Livin.

consortia, cum auditis et legitis, ex illo atque ex illa matre deus ille est proditus: nonne animi vestri sensum [1]) tangit humanum nescio quid dici et ex terreni generis humilitate proficiscens? Aut cum esse arbitramini vos ita, sollicitudinem concipitis nullam, ne offensionis aliquid apud ipsos quicumque sunt contrahatis deos, quod ex turpi concubitu creditis atque ex seminis *iactu* [2]) ignoratam sibi ad lucem beneficiis obscenitatis exisse? Nos enim ne quis forte existimet ignorare, nescire [3]), quid istius nominis conveniat dignitati, aut [4]) nativitatis expertes deos esse oportere censemus, aut si aliquos ortus habent, ab domino [5]) rerum ac principe, rationibus quas ipse novit, *ipso* [6]) ducimus atque existimamus *esse* missos, immaculatos, castissimos, puros, nescientes quae sit foeditas ista coeundi, et usque ad illos ipsos principali procreatione finita.

20. At vero vos contra maiestatis immemores et sublimitatis tantae eas illis adiungitis nativitates ortusque eos adscribitis, quos ingeniis lautioribus homines et execrationi habeant et horrori. Ex Ope, inquitis, matre et ex genitore Saturno cum suis est natus Diespiter fratribus. Uxores enim dii habent atque in coniugalia foedera condicionibus veniunt ante quaesitis? Usu, farre [7]), coemptione genialis lectuli sacramenta *condicunt?* [8]) Habent speratas, habent pactas, habent interpositis stipulationibus sponsas? [9]) Et quid de ipsis coniunctionibus loquimur, quando et quosdam nuptias celebrasse et festas habuisse frequentias dicitis et lusisse in his deas, et quod participes *aeque* fescenninorum [10]) non essent, perturbasse discordiis omnia et *huma-*

---

et sic habet mg. Urs. et ed. Elm. — 1) Sic Codd. ed. LB. et Hild. In cett. sensus. — 2) actu Codd. et ed. Hild. — In seqq. pro beneficiis mg. Urs. praebet beneficio eos. — 3) nescire pro gloss. habet Hild. — 4) dignitatis aut Codd. dignitati sane ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. Orell. — 5) Sic Codd. In edd. est: a domino. — 6) ipse Cod. ipsi ed. Hild. In cett. ipsos. Ego emendavi ipso. — In seqq. Codd. praebent ei missos pro esse missos. mg. Urs. habet emissos. —

7) usu, farreo ed. pr. Bas. et Cant. Cett. edd. cum Codd. faciunt. — De re v. Becker Gall. I, p. 14 sqq. — 8) conducunt Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. — In cett. condicunt ex emend. mg. Urs. — 9) V. Non. p. 439. ed. Merc. et Plaut. Trin. II, 4, 97. — 10) participes et quid fescenniorum Cod. participes fescenninorum edd. participes aeque fesc. scripsimus ex

num in [1]) posterum genus exitiorum sevisse [2]) discrimina?

21. Sed in ceteris forsitan minus huius eluceat turpitudinis foeditas. Ergone ille rector poli, pater deorum et hominum, superciliorum nutu [3]) totum motans et tremefaciens caelum, ex viro concretus et femina est? Et nisi ambo *se* sexus in obscenas dissolverent [4]) copulatis corporibus voluptates, Iuppiter ille maximus non esset, et usque ad hos dies et regem numina non haberent et caelum sine domino staret? Et quid Iovem miramur ex feminae effusum dictitare vos alvo, quando auctores vestri et nutricem habuisse conscribunt, et ex alieni uberis alimonia mox traditam retinuisse vitam? Quid dicitis o viri? Ergone, iterum dicam, tonans, fulgens [5]) et fulminans et nubilia ter- 141
ribilia conducens, suxit fluenta mammarum, vagitum edidit, repsit, atque ut fletum exponeret [6]) ineptissime tractum, crepitaculis obticuit auditis, et ad somnos inductus est in mollissimis cunis iacens et vocibus delenitus [7]) infractis? O deorum adsertio religiosa! o amplitudinis metuendae venerabilem monstrans atque insinuans dignitatem! Siccine apud vos quaeso supernarum nascitur eminentia potestatum, his in lucem prodeunt generationibus dii vestri, quibus asini, porci, canes, quibus immunda haec omnis conceptatur et genitur [8]) terrenarum proluvies bestiarum?

22. Nec contenti hos coetus [9]) gravitati attribuisse Saturniae, etiam ipsum regem mundi flagitiosius liberos

---

Stewechii emendatione. — 1) et humano in Codd. et humana in ed. Hild. In cett. et in humanum. — 2) saevisse Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. In cett. sevisse ex emend. mg. Urs. — De re v. Luciani Dial. Deor. 16. et August. C. D. III, 25. —

3) supercilio innutu Cod. teste Hild., qui correxit superciliorum nutu. In edd. est supercilio et nutu. — 4) ambo sexus — — dissolverent Cod. ed. pr. et Urs. ambo se sexus — — dissolverent ed. Hild. In cett. ambo sexus — — dissolverentur. — 5) fulgurans mg. Urs. et ed. LB. — 6) poneret ed. Bas. Cant. Elm. Oberth. — In seqq. sunt qui fletum ineptissime tractum interpretantur fletum tempore perincommodo tractum vel protractum, quippe scilicet Jovi infanti summum a patre periculum immineret, si fletum et vagitum audiret. — 7) delinitus edd. praeter Hild. — 8) Sic Codd. ed. LB. Oberth. Orell. Hild. In cett. gignitur. —

9) Sic Codd. ed. pr. Urs. LB. Oberth. Orell. Hild. In cett. coi-

procreasse quam ipse est natus atque editus [1]) praedicatis. Ex Hyperiona [2]), inquitis, matre et ex Iove iaculatore fulminis Sol aureus et flagrantissimus natus est: ex Latona et eodem Arquitenens Delius et silvarum agitatrix Diana: ex Leda et eodem graece Dioscoris nomen est [3]): ex Alcmena et eodem Hercules ille Thebanus, quem clava pellisque tutata [4]) sunt: ex Semela atque ipso Liber, qui Bromius [5]) dicitur et ex femine iterum natus patris: ex ipso rursus et Maia Mercurius ore facundus et gestator adfabilium colubrarum [6]). Potest ulla gravior contumelia Iovi vestro infligi aut quicquam est aliud quod labefactet aut destruat deorum principis auctoritatem, quam quod eum creditis voluptatibus aliquando libidinosis victum et in femineos appetitus inflammati pectoris incaluisse fervore? Et quid regi Saturnio matrimoniis fuerat cum alienis rei? Nonne [7]) illi fuerat satis Iuno, nec sedare impetum cupiditatum in reginam [8]) poterat numinum, cum nobilitas eam commendaret tanta, facies, os, dignitas [9]), et ulnarum nivei marmoreique candores? An uxore contentus haud una concubinis, pellicibus atque amiculis delectatus impatientiam

---

tus. — 1) procreasse natum atque editum invitis Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs., in cujus mg. emendatur: procr. quem natum atque editum. — 2) iperiona Cod. cf. supra c. 14. — In seqq. ed. Oberth. et Orell. et Iove exhibent. — 3) ex Leda et eodem arquitenens delius et siluarum graece dioscoris nomen est Codd. vitiose, per errorem repetitis verbis praegressae lineae. eodem graece ed. pr. et Hild., vacuo spatio unius vocabuli inter haec duo vocabula intermisso. eodem Castores, graece Dioscoris nomen est ed. Urs. (mg. Castores, quibus graece sqq.) LB. Oberth. Orell. In cett. eodem quibus graece Dioscoris. — Errant qui in Codd. deesse hic aliquid putant. Satis aperta enim nec ineleganti breviloquentia utitur Arnobius, qua significantur Castores ex Jove non solum procreati, sed etiam ipsum nomen (*Διόςκοροι*) sortiti. — 4) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. tutatae. — 5) De Bromio cf. Voss. Mythol. Br. V, 4. — In sèqq. verba: et ex femine iterum natus patris desiderantur in ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. — 6) De virga Mercurii colubris circumvoluta v. Böttiger Amalth. I, 104 sqq. et Vasengem. II, 94 sqq. Voss. Mythol. Br. I, 101. Baur Symb. II, 1, 136 sqq. cf. Stuhr Religionssyst. d. Hell. p. 316 sqq. Kopp ad Mart. Cap. II, §. 126. p. 181. II, §. 176. p. 228. et IV. §. 331. p. 330. — 7) Sic. Cod. ed. pr. Urs. Hild. In cett. Non. — Verba: cum alienis — — — fuerat desunt in Cod. Br. — 8) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. in regina. — 9) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. oris digni-

suam spargebat passim, ut *bibaculi* [1]) adolescentes solent, 142
salax deus, et canus ex infinitis corporibus flaccescentium voluptatum restituebat ardorem? Quid dicitis o impii, vel quas de vestro Iove opinonum confingitis foeditates? Ita non animadvertitis, non videtis, cuius eum notetis probri? cuius criminis constituatis auctorem? vel quas in eum labes flagitiorum, quantas coacervetis infamias?

23. Ad libidinem homines proni atque ad voluptatum blanditias naturae infirmitate proclives adulteria tamen legibus vindicant et capitalibus adficiunt eos poenis, quos in aliena compraehenderint foedera genialis se lectuli expugnatione iecisse. Subsessoris et adulteri persona cuius esset turpitudinis, notae cuius, *regnatorum* [2]) maximus nesciebat, et speculator ille, ut fama est, bene meritorum ac pessime, quidnam deceret se velle rationibus pectoris non perspiciebat amissi. Sed [3]) tolerari forsitan maletractatio haec posset, si eum saltem personis coniungeretis comparibus, et adulter a vobis immortalium constitueretur dearum. In humanis vero corporibus quidnam, quaeso, inerat pulcritudinis, quid decoris, quod irritare, quod flectere oculos posset *in se* [4]) Iovis? Cutes, viscera, pituita atque omnis illa proluvies intestinorum sub involucris constituta, quam non modo Lynceus ille penetrabili acie possit horrescere, verum etiam quivis alter sola vel cogitatione vitare. O *egregia* [5]) merces culpae, o digna et preciosa dulcedo, propter quam Iuppiter maximus cycnus fieret et taurus et candidorum procreator ovorum [6]).

---

tas. — 1) ut babecali Cod. Par. cum edd. LB. Orell. Hild. ut babetari Cod. Br. ut bacchari ed. pr. Bas. Cant. Urs. Vana sunt, quae Intt. ad h. l. et ad Petron. Sat. c. 37. de voc. babecalus deque origine ejus commenti sunt, neque dubitavi equidem Rigaltii optimam emendationem bibaculi in textum recipere. — In seqq. pro infinitis ed. LB. et Oberth. praebent finitis. Meurs. cj. ex infinitis initis corp. —

2) regnorum Codd. rerum ed. Oberth. regnatorum ed. Hild. In cett. regum. — 3) amissis et Codd. amissi. Sed ed. Hild. In cett. amissi. Et. — In seqq. Cod. (test. Crusio et Rig.) cum ed. pr. praebet: si eam saltem. — 4) inde Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. In cett. in se. — 5) o grecia Cod. — 6) Transposita putat verba Meurs. in Exerc. Crit. et restituendum esse: maximus et taurus fieret et cycnus, cand. procr. ovorum. Sed nihil mutandum puto. Neque enim raro in

24. Si aperire oculos mentis et veritatem propriam
intueri sine ulla vultis gratificatione privata, miseriarum
omnium causas, quibus genus ut dicitis iamdudum flicta-
tur [1]) humanum, ex huiusmodi reperietis opinationibus flu-
ere, quas *habebatis* [2]) antiquitus de diis vestris, et quas
in melius reformare ante oculos posita veritate renuistis.
Nam nos quidem quidnam de illis aliquando aut inconve-
143 niens sensimus aut conscriptionibus edidimus indecoris, ut
in invidiam iaciantur nostram labores generis humani et
commoditates quibus vivitur imminutae? Numquid a nobis
dicitur, ut ciconias, ut palumbes ex *ovis* [3]) esse progeni-
tos quosdam deos? Numquid ex pelagi spuma et ex Caeli
genitalibus amputatis Cythereiae [4]) Veneris concretum coa-
luisse candorem? Numquid parricidii causa vinctum esse
Saturnum, et ablui diebus *statutis* vinculorum ponderibus
et levari? [5]) Numquid beneficio Curetum ab interitu serva-
tum Iovem? [6]) Numquid expulisse regno patrem et alieni
iuris imperium violentia et fraude tenuisse? Numquid pul-
sum a nobis [7]) senem Italorum delituisse in finibus, et quod
tutus fuisset a filio, nomen Latio imposuisse pro munere?
Numquid incestas nuptias [8]) cum sorore Iovem ipsum dici-

Arnobii et Tertulliani scriptis reperiuntur loci, in quibus contra sententiarum verborumque legitimum ordinem in hunc modum peccatum est. —

1) Sic. Codd. et ed. Hild. In cett. afflictatur. — 2) habeatis Cod. habetis ed. LB. In cett. habebatis. — 3) ex lovis Codd. ex Iove ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. In cett. ex ovis. — 4) Sic Codd. et ed. pr. (sed. corr. in errat.) Elm. LB. Hild. In cett. Cythereae. — Macrob. Sat. I, 8. — 5) et ablui diebus tantis vinc. pond. elevari Codd. et ab his diebus tantis v. p. elevari ed. pr. et Urs. et suis diebus tantis v. p. relevari ed. Bas. Cant. et suis diebus tantum v. p. relevari mg. Urs. ed. Elm. Oberth. Orell. et ita cj. Lips. Epist. Quaestt. III, 15. et ablui (i. e. solvi) diebus statutis v. p. et levari ed. Hild. et ablui d. statis v. p. et levari ed. LB. ex Salm. cj. ad Solin. p. 187. — De re v. Hartung Rel. d. Röm. II, 126 sq. Klausen Aen. II, 864. Creuzer Symb. II, 215 sqq. et 439. — 6) Arnob. III, 41. Lactant. I, 11. et 13. Cf. Böttiger Kl. Schr. III, 322 sqq. et Amalth. I, 14. 58 sqq. Kunstmyth. II, 3 sqq. Höck Kreta I, 143. et 197 sqq. III, 304 sqq. — 7) a nobis sc. dicitur. — De re v. Ovid. Fast. I, 235. Virg. Aen. VIII, 319. Min. Fel. Oct. c. 22. Lact. I, 13. 14. Tertull. Apol. 10. Firm. Mat. c. 13. Euseb. Praep. Evang. III, 3. Euhemerus ap. Enn. p. 320. Hessel. — 8) Cf. Tertull. Apol. 14. Firm. Mat. c. 4. ibique

X ... - ms. has renuistis
He says he favors not perfect but
present renuistis ... p. 28

mus fecisse nos, aut invitatum ad *esus* mensae [1]) pro suillis visceribus prolem nescium Lycaoniam pransitasse? Numquid altero claudum pede apud insulam Lemnum fabrilia opera exercuisse Vulcanum? [2]) Numquid cupidinis atque avaritiae causa, sicut canit Boeotius Pindarus [3]), Aesculapium fulminis transfixum esse telo? Numquid Apollinem ditem factum eos ipsos reges, quorum gazis fuerat locupletatus et donis, ambiguitate fefellisse responsi? [4]) Numquid furem Mercurium publicavimus *nos*? nos [5]) esse Lavernam atque cum hoc simul fraudibus praesidere furtivis? Numquid ex nobis Myrtilus [6]) est auctor, qui Macari *filiae* [7]) Megaclonis ancillulas profitetur fuisse Musas? Numquid rege [8]) a Cyprio, cuius nomen Cinyras [9]) est, dictatum [10]) meretriculam Venerem divorum in numero consecratam?

Münter. Böttiger Kunstmyth. II, 223 sqq. — 1) ad eius mensae Codd. quod correxi. ad ius mensae ed. LB. et Hild. In cett. ad eius mensam. De re v. Clem. Alex. Protr. p. 31. ed. Potter., quem et hic sequitur Arnobius. Ovid. Met. I, 214. sqq. Apollod. III, 8. Pausan. VIII, 2, 1. Müller Dor. I, 306. 372. Böttiger Kl. Schr. I, 135 sqq. Stuhr Religionssyst. d. Hell. p. 195 sqq. — In seqq. pro suillis, quod Cod. Par. et edd. tenent, Cod. Brux. praebet illis, unde Stewech. hillis emendavit. — 2) Clem. Alex. Protr. p. 25. ed. Pott. — Hom. Il. I, 590 sqq. Cf. Voss. Myth. Br. I, 207 sqq. Böttiger Amalth. III, 92. Emeric: Vulcain. Recherches sur ce dieu, son culte et sur les principaux monuments, qui le representent. Paris 1838. Gerhard Gr. Vasenb. I, 150 sq. 186 sq. Baur Symb. II, 1, 132 sqq. Stuhr l. l. p. 327 sqq. — 3) Clem. Alex. l. l. cf. Athenag. Leg. p. 37. Tertull. Apol. 14. Firm. Mat. 13. ibique Münter. Pind. Pyth. Od. III, Ant. 3. — 4) Respicit ad historiam Croesi et Pyrrhi Apollinis oraculo deceptorum. Tertull. Apol. 22. Minuc. Fel. Oct. 26. Hieronym. in Es. c. 41. — 5) non nos Codd. Non vos ed. LB. nos? nos ed. Hild. In cett. num nos. — De Mercurio fure v. Intt. ad Fulgent. Myth. I, 18. cf. Suid. s. v. Ἑρμῆς et Κερδῷος. — De Laverna v. ad III, 26. cf. Kopp ad Mart. Cap. I, §. 51. p. 97. 6) Sic Cod. Myrsilus mg. Urs. ex Clem. Alex. cf. ad III, 37. — 7) filias Codd. et edd. praeter Orell. et Hild., qui Canterum (Var. Lectt. I, 1.) secuti ex Clem. Alex. Protr. p. 27. restituerunt filiae. — In seqq. Codd. ed. pr. et Urs. Meglaconis, mg. Urs. et ed. Hild. Megaclonis (ex Clem. Alex.), cett. edd. Megalconis praebent. — 8) Sic. Codd. ed. pr. Urs. Elm. LB. Hild. Quis rege ed. Bas. Cant. Oberth. Orell., qui novum caput his verbis incipiunt. — 9) Cyniras Cod. ed. pr. Bas. Urs. — V. Clem. Alex. Protr. p. 12. Firm. Mat. c. 9 et 10. Cf. Arnob. V, 19. Lact. I, 20. Böttiger Kunstmyth. I, 304. 403 sqq. Engel Kypros I, 169 sqq. 477 sqq. 203 sqq. II, 94 sqq. 10) sc. a nobis. Sic Codd. ed. pr. Urs. et Hild. In cett. ditatam. —

25. Quis ex reliquiis Pelopis compactum esse palla-
dium [1]) prodidit? non vos? Quis Spartanum fuisse Mar-
tem? [2]) non Epicharmus auctor vester? Quis in Thraciae
finibus procreatum? [3]) non Sophocles Atticus cunctis con-
sentientibus theatris? Quis mensibus in Arcadia tribus et
decem vinctum? Non *Melae* fluminis *filius*? [4]) Quis ei ca-
144 nes ab Caribus, quis ab Scythis asinos immolari? Non prin-
cipaliter cum ceteris Apollodorus? [5]) Quis dum geniali-

---

1) Clem. Alex. Protr. p. 41. Firm. Mat. c. 16. ibique Münter. Cf. Tzetz. ad Lycophr. 355. Lobeck Aglaoph. II, 1202. Heyne Exc. ad Virg. Aen. II, 345 sqq. Klausen Aen. I, 65 sqq. 146 sqq. 369 sqq. II, 698 sqq. 1200 sqq. 1235 sqq. 2) Clem. Alex. Protr. p. 24. — In seqq. pro non Epicharmus omnes edd. praeter LB. et Hild. praebent nonne Epich. 3) Clem. Alex. l. l. Veget. R. M. I, 28. (ubi cf. Stewech. adn.) Ovid. Fast. V, 257. cf. Schol. Lycophr. 937. Baur Symb. II, 1, 119 sqq. Stuhr Religionssyst. d. Hell. p. 393 sqq. 4) Sic Codd. (nisi quod pro Melae hi mille et pro filius Cod. P. filio, Cod. Br. fili praebent) et edd. praeter Orell., ubi extat: Quis in Arcadia? Non vos? Quis mensibus tribus sqq. ex Joh. Jortini emendatione, in quam ipsam incidit jam antea Is. Vossius, qui correxit: Quis in Arcadia? Quis mensibus sqq. Recte enim viderunt vv. dd. neque in loco Clementis, quo hic usus videtur Arnobius, neque apud ullum alium scriptorem (v. Hom. Il. V, 385 sqq.) narrari Martem in Arcadia vinctum esse, unde verisimile sit errasse Arnobium in exscribendo illo auctore, cujus in verbis, ut hodie quidem ea leguntur, solummodo hoc traditur, quod Mars a quibusdam Arcadem fuisse dicatur. Hild. cj. Quis in Arcadia? Quis mensibus in Caria tribus sqq., eorum scilicet auctoritatem secutus, qui voc.. *κέραμον* in loco Homeri, qui a Clemente citatur, de Ceramo Cariae urbe intellegunt. Ipse plures propono emendationes, sed in re tam dubia haereo omnino, earum quam prae ceteris probabilem dicam. Cum enim Eustath. p. 560. ad Homeri l. l. et Hesychius (s. v. *Κέραμος· πίθος, καὶ πᾶν ὄστρακον. καὶ δεσμωτήριον. καὶ ὀχύρωμα. καὶ πόλις Καρίας· ἤδη δὲ ἐπὶ χρώματος.*) tam varias v. *κεράμου* tradant significationes, scribendum videtur: theatris? [Quis in Arcadia?] Quis mensibus in arce Cariae (vel carcere Cariae) aut arce etiam (vel carcere etiam) aut denique orca etiam Cf. Hygin. Astron. II, 40. et Intt. Melae fluminis filium Homerum appellat Auct. Inc. epigr. in Anal. Brunkii Vol. III. p. 255. cf. Heins. Advv. I. 8. Male Hild. cj. Melis, pro Melae ad analogiam flexionis voc. Thales. Sed genitivum Melae satis tuetur vel unum exemplum genit. Philolachae ap. Plaut. Most. II, 1, 27., quem idem poeta alias formare solet Philolachis et Philolachetis. 5) Clem. Alex. l. l. — V. C. Barth ad Stat. Theb. XII, 70. Saubert. de Sacrif. c. 23. Bochart Hieroz. II, 19. 56. Verheyk ad Antonin. Liberal. c. 20. Potter ad Clem. Alex. p. 25. Bentl. et Hemsterh. ad Callim. frr. 187. 188. p. 511. ed. Ernesti. Heyne ad Apollod. frr.

bus [1]) insultat alienis, haesisse in laqueis involutum? non commentarii vestri? non scenae? Numquid aliquando a nobis conscriptum est mercenariam deos servitutem servisse, ut Herculem Sardibus [2]) amoris et petulantiae causa, ut Admeto Apollinem Delium, ut Laomedonti Troico Iovis fratrem, et eidem sed cum patruo Pythium, ut coniugalia secreta miscentibus Minervam luminis ministram et lucernarum modulatricem? [3]) Nonne ille vester est vates, qui Martem fecit et Venerem mortalium manibus vulneratos? [4]) Non ex vobis Panyassis [5]) unus est, qui ab Hercule Ditem patrem et reginam memorat sauciatam esse Iunonem? Non viraginem ab Ornyto caesam, cruentatam, vexatam Polemonis vestri indicant scripta? [6]) Non ab Hippocoontis liberis ipsum Sosibius Herculem cruciatum retulisse pronuntiat et illati vulneris et doloris? [7]) Apud insulam Cretam sepulturae esse mandatum Iovem nobis editum traditur? [8]) In Spartanis et Lacedaemoniis finibus nos dicimus conditos in cunis coalitos fratres? [9]) Noster ille est auctor, qui Patrocles Thurius [10]) scriptorum in titulis indicatur, qui tumulos memorat reliquiasque Saturnias tellure

---

p. 394. Klausen Aen. I, 113. adn. Creuzer Symb. in Ind. 1) genitalibus ed. Bas. Cant. Elm. — De re v. Hom. Od. VIII, 277 sqq. Ovid. Met. IV, 171 sqq. Tertull. Apol. c. 14. Lact. I, 10. Lucian. de Salt. 63. 2) sordibus Codd. Sardibus mg. Urs. ed. LB. et Hild. In cett. sordidi. — V. Clem. Al. Protr. p. 30. — De Herculis servitute Apollod. II, 6 sq. Fulgent. Myth. II, 5. et Intt., et de Apollinis et Neptuni Hom. Il. XXI, 440 sqq. ibique Eustath., Lact. et Tertull. l. l. Min. Fel. Oct. c. 22. Tatian. adv. Gr. c. 35. Commodian. Instr. XI. Hygin. fab. 49. ibique Munk. Müller Prolegg. p. 299 sqq. et Gesch. d. Hell. Stämme II, p. 203 sqq. Stuhr l. l. p. 209 sqq. 3) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Hild. In cett. moderatricem ex mg. Urs. et cj. Canteri. V. Semmler. in Ind. Latinit. Tertull. s. v. modulari. — Minerva luminis ministra dicitur, quia oleae erat inventrix. V. Homer. Od. XIX, 34., quem locum citat Clemens l. l. 4) Clem. Alex. Protr. p. 31. Hom. Il. V, 855. et 330. Virg. Aen. XI, 277. 5) V. de eo Suid. s. v. et Voss. de Hist. Gr. IV, 6. — Cf. Clem. Al. l. l. 6) V. de eo Suid. s. v. et Voss. de Hist. Gr. I, 18. — Cf. Clem. Al. l. l. Pausan. VIII, 28, 3. 7) De Sosibio v. Suid. s. v. Voss. de Hist. Gr. I, 15. Lips. ad Tac. Ann. XI, 1., et de re narrata praeter Clem. l. l. cf. Apollod. II, 7, 3. ibique Heyne, Hygin. fab. 31. 8) Clem. Alex. Protr. p. 32. Arnob. III, 30. et IV, 14. Münter ad Firm. Mat. c. 6. 9) Clem. Al. l. l. p. 26. Hom. Il. III, 243. cf. Firm. Mat. c. 13. et Pausan. III, 13. 10) hurius Codd. ed. pr. Bas. De Patrocle Thurio v. Voss. de Hist. Gr. III, p. 184. ed. Amst.

in Sicula contineri? [1]) Hieronymus, Plutarchus [2]) nostrarum esse partium comprobatur, qui in Oetaeis verticibus Herculem post morborum comitialium ruinas dissolutum in cinerem prodidit? [3])

26. Nam quid de illis amoribus dicam, quibus in feminas sanctos incaluisse caelestes vestris proditum litteris atque auctoribus continetur? Numquid enim a nobis arguitur rex maris Amphitritas, Hippothoas, Amymonas, Menalippas, Alcyonas per furiosae cupiditatis ardorem castimoniae virginitate privasse? [4]) Numquid Apollo Latonius immaculatus ille castissimus atque purus Arsinoas, Aethusas [5]) Hypsipylas, Marpessas, Zeuxippas [6]) et Prothoas, Daphnas et Steropas inconsulti pectoris appetisse fervoribus? Num-
145 quid senex Saturnus iamdudum obsitus canis atque annorum vetustate iam frigidus nostris carminibus indicatur ab uxore in adulterio compraehensus induisse formam feri et sub pecoris specie hinnitibus evolavisse iactatis? [7]) Iuppi-

1) Clem. l. l. Serv. ad Virg. Aen. III, 707. Tzetz. ad Lycophr. 869. Apollon. Rhod. IV, 984. et schol. Jacobs Verm. Schr. V, 445 sqq. 2) Hieronymus Plutharcus Cod. Par. Chaeronimus Plutharcus Cod. Br. teste Anchersenio. Chaeroneus Plutarchus edd. omnes praeter Hild. Hieronymus et Dicaearchus cj. Nourryus ex Clem. Alex. Protr. p. 26., ubi nulla Plutarchi mentio fit, quod recte improbat Hild. Hieronymum quum philosophum appellet Clem., videtur esse Hieron. Peripateticus Rhodius, de quo v. Fabr. Bibl. Gr. III, p. 495. ed. Harl. Plutarchum de vita Herculis composuisse librum testis est Lamprias (Fabric. Bibl. V, p. 168. ed. Harl.) Cf. Gell. N. A. I, 1. 3) Minuc. Fel. Oct. 21. Lact. I, 9. Aug. C. D. XVIII, 4. Serv. ad Virg. Eccl. VIII, 30. Ovid. Met. IX, 201. Hygin. Fab. 36. ibique Munk. Firm. Mat. c. 7. ibique Münt. Baur Symb. II, 2, 84 sqq. et inpr. Welcker Herakles Himmelfahrt, in Gerhardi Hyperbor. Röm. Stud. p. 301 sqq.

4) Clem. Alex. Protr. p. 27. Firm. Mat. c. 13. qui praeterea Alopen et Chionen enumerant. Cf. Apollod. II, 4, 5. II, 1, 4. Böttiger Amalth. II, 283 sqq. Gerhard Gr. Vasenb. I, 48 sqq. Hygin. fab. 186. 169. 174. 157. ibique Munk. — Pro Alcyonas (alceonas Cod.) ed. LB. et Orell. praebent: Alopas. 5) etysas Cod. Chrysas ed. pr. Bas. Cant. Urs. In cett. Aethusas ex mg. Urs. 6) Zeusippas Cod. ed. pr. Bas. Cant. Oberth. In cett. Zeuxippas ex ed. Urs. — De toto loco v. Clem. Alex. l. l. et Firm. Mat. l. l. ibique Münter. De Arsinoe v. Apollod. II, 10, 3. ibique Heyne. Schol. Pind. Pyth. III, 14. De Aethusa Apollod. III, 10. init. De Marpessa Apollod. I, 7, 8. De Daphne Ovid. Met. I, 452 sqq. Hygin. fab. 203. 7) Philarg. ad Virg. Georg. III, 93. Hygin. fab. 138. Apoll. Rhod. II, 1234 sqq. et schol. Buttm. Mythol. II, p. 39.

ter ipse rex mundi nonne a vobis infamis [1]) est isse per innumeras species et petulantis amoris flammam servilibus obumbravisse fallaciis? Numquid a nobis aliquando conscriptus est libidinosa ut perficeret furta modo esse in aurum versus, modo in satyrum ludicrum, in draconem, in alitem, taurum [2]), et quod omnia genera contumeliarum transiliat, in formiculam parvulam, ut Clitoris videlicet filiam Myrmidonis *redderet* [3]) apud Thessalos matrem? Quis illum in Alcmena novem noctibus fecit pervigilasse continuis? [4]) non vos? Quis in amoribus desidem derelicta caeli statione iacuisse? non vos? Et sane adiungitis beneficia non parva, siquidem vobis deus Hercules natus est, qui in rebus huiusmodi patris sui transiret exsuperaretque virtutes. Ille noctibus vix novem unam potuit prolem extundere, concinnare, compingere, at Hercules sanctus deus natas quinquaginta de Thestio nocte una perdocuit et nomen virginitatis exponere [5]) et genetricum pondera sustinere. Quid quod non contenti feminei generis attribuisse diis curas, etiam sexus [6]) adiungitis adamatos ab his mares? Hylam nescio quis diligit, Hyacintho est alius occupatus, ille Pelopis desideriis flagrat [7]) hic in Chrysippum suspirat ardentius, Catamitus rapitur *deliciolum* [8]) futurus et poculorum custos, et ut Io-

---

1) infamatus ed. Orell. ex cj. Heinsii. 2) Sic Codd. ed. pr. Urs. (sed in mg. in taurum) LB. Hild. In cett. in taurum. — V. Clem. Al. l. l. p. 32. Firm. Mat. l. l. ibique Münt. 3) mirdoni sedere Codd. Mirdonis ederet Vett. Lib. Ernstii. Myrmidonis ederet ed. pr. (in errat.) et mg. Urs. Nec improbabilis est ea emendatio. In cett. edd. Myrmidonis redderet. — De re v. Hygin. fab. 52. 4) Clem. Al. Protr. p. 28., qui cum Cyrill. adv. Jul. VI, p. 196. novem noctes statuit. Lycophr. v. 33. et Statius Theb. XII, 301. in tribus consentiunt. Duas noctes referunt Propert. II, 22, 25. Martian. Cap. II, §. 157. p. 210. ed. Kopp. (quem ibi cf.) Hygin. fab. 29. Hieron. adv. Vigilant. 4. Ovid. Amor. I, 13, 47. Plaut. denique in Amphitr. v. 113 et 116. unam sed longiorem fuisse ponit. 5) ponere ed. Bas. Cant. Elm. Oberth. invitis Codd. — V. Clem. Al. l. l. p. 28. Pro Thestio Codd. Thesio habent. De re cf. Athen. Deipnos. XIII, p. 556. F. Diod. Sic. IV, 29. 6) sexus voc. desideratur in Cod. Br. 7) V. Clem. l. l. p. 28. et Firm. Mat. c. 13. — De Hyla v. Müller Orchom. p. 293 sqq. et Prolegg. p. 108 sqq. Baur Symb. II, 2, 269. Klausen Aen. I, 119 sqq. De Hyacintho v. Ovid. Met. X, 162. Hygin. fab. 271. et Intt. cf. Müller Dor. I, 354. cf. Baur Symb. II, 1, 185. De Pelope a Neptuno adamato v. Pind. Ol. I, 40. Philostr. Icon. Pelop. I. 8) deliciarum Codd. ed. pr. Bas. Cant. Elm. Oberth. deliciolum ed. Hild. In cett. delicium. —

vis dicatur pullus in partibus Fabius aduritur mollibus obsignaturque posticis [1]).

27. Sed soli amant apud vos mares, et femineo sexui sua conservata est sanctitas. Nonne vestris cautum est [2]) litteris adamatum esse ab Aurora Tithonum, arsisse in Endymionem Lunam, Nereidem in Aeacum, in Achillis genitorem Thetin [3]), Proserpinam in Adonem, matrem eius
146 Cererem in Iasionem nescio quem rusticanum, et post Vulcanum, Phaetontem, Martem [4]), in Anchisae nuptias ipsam illam Venerem Aeneadum matrem et Romanae dominationis auctorem? [5]) Cum talia igitur vos probra et flagitiosa prodigia non in unum aliquem nominatim, sed in omnem pariter superorum gentem quam esse vos remini sine ullius exceptione iaciatis, audetis salva verecundia dicere, aut esse nos impios aut vos pios, cum multo maiores ferant a vobis offensas ex omnibus probris, quae in illorum male-

---

Chrysippum, Pelopis filium ab Jove raptum narrat Praxilla Sicyonia ap. Athen. Deipnos. XIII, p. 603. Alii aliter. Cf. Aeliani V. H. XIII, 5. Apollod. III, 5, 5. ibique Heyne. Hygin. fab. 271. ibique Munk. Böttiger in Wielandi Att. Mus. Vol. I, p. 346 sqq. De Ganymede sive Catamito cf. Höck Kreta III, 106. Meier in Ersch et Gruber Encycl. Sect. III, tom. IX, p. 160 sqq. Böttiger Id. z. Kunstmyth. II, 35 sqq. et 61 sqq. Buttm. Mythol. II, 137 sqq. 1) V. Fest. p. 244. ed. Müller ibique Intt.

2) i. e. probatum est. Sic Carm. Fratr. Arv. n. 41. „Promagister in codice cavit" et mox: „Fratres Arvales caverunt se adfuisse et sacrum fecisse." 3) V. Clem. Alex. l. l. p. 28. — De Tithono v. Apollod. III, 12, 4. ibique Heyne. Hom. Hymn. in Ven. 219 sqq. Hygin. fab. 270. De Endymione a Diana adamato Apollod. I, 7, 5. et Heyne. Theocrit. XX, 37. III, 49. et schol. Fulg. Myth. II, 19. ibique Munk. — De Aeaco Apollod. III, 12, 9. De Peleo v. Apollod. III, 12, 5. Hygin. fab. 54. Fulg. Myth. III, 7. Ovid. Met. XI, 221.— Pro Thetin in ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. et Orell. Thetim habent. 4) De Adonide v. Apollod. III, 19, 4. et Heyne. Arnob. VII, 83. J. de Witte in Nouv. Ann. de l'Instit. Archéol. I, 507—554. Engel Kypros II, 536 sqq. Völcker in Mus. Rhen. 1833. I, 213 sqq. — De Jasione v. Hom. Od. V, 125. Apollod. III, 12, init. et Heyne. Hygin. fab. 270. Heraclid. Alleg. Hom. p. 203 sqq. ed. Schow. Creuzer Symb. II, 348 sqq. et 399 sqq. Sainte Croix sur les Myst. I, 73. sqq. Höck Kreta I, 330 sqq. III, 312. Buttm. Mythol. II, 184 sqq. Klausen Aen. I, 30. 331 sqq. et 384 sqq. — Pro Phaetontem, quod Codd. tuentur, ed. Bas. Phaeonem praebet et Potter ad Clem. Protr. p. 28. Phaonem legendum censet, adstipulante Valcken. ad Callim. frr. p. 119. — De Phaetonte v. Hesiod. Theog. 986. Engel Kypros II, 643 sqq. 5) De Anchise a Venere adamato v. Hygin. fab. 94. Hom.

dicta conducitis [1]), quam *amplitudines* et *honores* [2]) ex ritu atque officio cultionis? Aut enim falsa illa sunt cuncta quae sunt prompta de singulis existimationem illorum maiestatemque laedentia, et res digna omnino est, propter quam dii funditus genus omne debeant abolere mortalium, aut si explorata et vera sunt et sine ullis dubitationibus compraehensa, ad eam perducitur res summam, ut invitissimis vobis non generis superi sed humani eos fuisse credamus.

28. Ubi enim nuptiae, matrimonia, puerperia, nutrices, artificia [3]), debilitates, ubi status capitis et condicio servitutis, ubi vulnera, caedes, cruor, ubi amores, desideria, voluptates, ubi omnis animorum adfectio ab inquietis perturbationibus veniens, necesse est divinum nihil istic esse, nec quod proprium caduci est generis et terrenae fragilitatis praestantiori posse adhaerere naturae. Quis est enim qui credat, si modo agnoscit ac percipit vis istius potentiae quae sit, aut genitabiles [4]) habuisse partes deum et abscisione [5]) foedissima privatum his esse, aut ex se proditas aliquando intercepisse proles et vinculorum coercitum poenis, aut cum patre quodammodo conseruisse bella civilia et *eum* iure [6]) abstinuisse regali, aut exterritum minoris metu vertisse exsuperatum terga et tamquam fugitivum et exsulem in summotis delituisse secretis? Quis est, inquam, qui credat ad humanas accubuisse deum mensas, interemptum avaritiae causa, fefellisse supplices am- 147
biguitate responsi, praecellere in furtorum dolis [7]), adulterasse, servisse, vulneratum esse et adamasse et per omnes libidinum formas incestarum cupiditatum circumegisse pellaciam? Atquin omnia vos ista et fuisse et inesse in diis adseveratis vestris, neque ullam praetermittitis speciem vitiositatis, maleficii, lapsus, quam non in convicium numinum

---

Hymn. in Ven. 45 sqq. Serv. ad Aen. II, 649. Klausen Aen. I, 31 sqq. Böttiger Kl. Schr. II, 363. 1) i. e. quae ad maledicendos illos corraditis. 2) Sic emendavit Hild. In cett. edd. et in Codd. legitur: amplitudinis et honoris.

3) sc. quae singuli dii tractant. 4) Sic Codd. ed. LB. et Hild. In cett. genitales. 5) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. abscissione. 6) cum iure Codd. ed. pr. et Urs. 7) furtorum dotis Codd. a m. pr. (sed corr. a m. sec.) furt. donis ed. pr. et Urs. (mg. Us. dolis) in furum ordine ed. Bas. Cant. Oberth.

opinionum petulantia conferatis. Aut igitur vobis quaerendi sunt dii alii, in quos omnia ista non cadant — in quos enim haec cadunt, humani sunt generis atque terreni — aut si hi sunt tantummodo, quorum nomina publicastis et mores, opinionibus tollitis vestris. Mortalia sunt enim quaecumque narratis.

29. Et possumus quidem hoc in loco omnis [1]) istos nobis quos inducitis atque appellatis deos homines fuisse monstrare, vel Agragantino Euhemero [2]) replicato, cuius libellos Ennius, clarum ut fieret cunctis, sermonem in Italum transtulit, vel Nicagora [3]) Cyprio vel Pellaeo Leonte vel Cyrenensi Theodoro vel Hippone ac Diagora Meliis [4]) vel auctoribus aliis mille, qui scrupulosae diligentiae cura in lucem res abditas libertate ingenua protulerunt. Possumus, inquam, si placet et Iovis res gestas et Minervae expromere bella [5]), virginis et Dianae, quibus dolis Liber Indorum affectaverit *regimen*, cuius fuerit condicionis Venus, cuius operae, cuius quaestus, matrimonium Magna cuius tenuerit Mater, quidnam spei, quid voluptatis specioso ab Attide [6]) conceperit, unde Serapis Aegyptius, unde

1) Sic Cod. In edd. omnes. 2) Lact. Inst. I, 11. Cic. N. D. I, 42. ibique Creuzer. Frr. Euhemeri ab Ennio translati habes in Columnae ed. frr. Ennii p. 212. ed. Hessel et in Diod. Sic. ed. Wessel. tom. II, p. 633 sqq. Praeterea v. quae disputarunt Sevin, Fourmont et Foucher in Mém. de l'Acad. des Inscr. tom. VIII, XV. et XXXIV. Fr. Dor. Gerlach in Stud. Histor. (Hamb. 1841.) L. Krahner in: Grundlinien d. Gesch. des Verfalls d. Röm. Staatsverf. p. 29 sqq. et Jo. Lundblad in Dissertt. duabus de Euhemero Londini Goth. 1804. editis, quibus fragmenta ejus edere atque illustrare coeperat. 3) Nicagora Codd. et edd. omnes praeter Elm. et Orell., qui ex Potteri aliorumque emendat. Nicanore restituerunt. V. Clem. Alex. Protr. p. 20.: *Νικάνορα τὸν Κύπριον.* Nicagoram Cyprium citant Fulg. Myth. II, 9. et Antig. Karyst. Mirab. 147. V. Engel Kypros I, p. 706. 4) De Pellaeo Leonte v. Clem. Alex. Strom. I, p. 322. ed. Sylb. Tatian. adv. Graec. c. 44. ibique Worth. Hygin. fab. 70. p. 304. Tertull. de Corona c. 7. p. 348. August. de Cons. Evang. I, 23., qui Leonem eum Aegyptium appellant, et Schol. Apollonii IV, 262 et II, 297. — De Theodoro Cyrenensi et Diagora Melio cf. Cic. N. D. I, 1. Diog. Laert. II, 86. 101. Bünem. ad Lact. I, 2. — Clem. Alex. Protr. p. 20. 5) bellum voc. deest in Cod. Br. — Meurs. distinguit: virginis, et Dianae. — In seqq. regimen posuimus ex emend. Hild. In cett. edd. est regnum. Codd. vitiose regem praebent. 6) Sic constanter scribit Cod. et cum eo mg. Urs. ed. LB. Orell. et Hild. Atyde ed. pr. Cant. Urs. Elm. Oberth. Atye ed. Bas.

Isis, vel ex quibus causis appellatio ipsa concinnata sit nominum.

30. Sed non istam suscepimus in eo sermone quem facimus vel operulam vel voluntatem, ut ostendamus et publicemus, quinam fuerint hi omnes. Illud nobis propositum est, ut [1]) quoniam nos impios et irreligiosos vocatis, vos *pios* contra [2]) et deorum contenditis esse cultores, demonstrare atque in medio ponere, ab hominibus magis nullis ignominiosius eos tractari, quam a vobis. Quod si habere se ita ex ipsis maledictionibus promptum est, sequitur 148
ut intellegi debeat vos superis stimulos indignationum furialium commovere, qui tam foedas de illis vel auditis vel creditis vel [3]) ignominiosas ipsi compingitis fabulas. Non enim qui sollicite relegit [4]) et immaculatas hostias caedit, qui acervos turis dat concremandos igni, numina consentiendus [5]) est colere aut officia solus religionis implere. Cultus verus in pectore est atque opinatio de diis digna, nec quicquam prodest inlatio sanguinis et cruoris, si credas [6]) de his ea, quae non modo sint longe ab eorum dissita distantiaque [7]) natura, verum etiam labis et turpitudinis aliquid et maiestati eorum concilient et decori.

31. Interrogare enim vos libet et ad sermonis exigui responsionem vocare, utrumne gravius existimetis nullas caedere his [8]) hostias, quia putes naturam tantam neque velle neque appetere istas, an talia de his probra opinionum foeditate concipere, quae cuiusvis animum in ultionis

---

1) ut particulam delet Meurs. in Exerc. Crit. II, 2. Sed servandum est ex Codd. auctoritate hoc anacoluthon, cujus causa est enunciatio major interjecta, quae structurae inceptae ordinem interrumpit. Sic Liv. V, 15.: „Sic libris fatalibus traditum esse, ut — — — dari." Ulpian. Dig. XXXV, 2, 62.: „Hoc servandum Julianus ait, ut — — debere obligationem" sqq., ubi male Haloand. contra Gothofr. et Torrent. corrigit: debeat obligatio. 2) vos contra Codd. ed. pr. et Urs. vos pios contra ed. Hild. In cett. vos contra pios ex emend. Gelenii. 3) Sic Codd. ed. LB. Orell. Hild. In cett. creditis et. 4) Significat etymon religionis. Cic. N. D. II, 28. Lact. IV, 28. Gell. N. A. IV, 9. 5) censendus mg. Urs. ed. Elm. et LB. 6) Sic Codd. credis ed. pr. Bas. Cant. Urs. In cett. credas. 7) diis sit adstantia quae Cod. Pr. a m. pr. et Cod. Br. dissita distantiaque Cod. Pr. a m. sec. ed. LB. Orell. Hild. In cett. divina praestantique.

8) Malim dîs.

possint rabiem concitare? Si rerum moment pendantur, nullum reperias tam invidum [1]) iudicem, non criminosius aestimet maledictis insignibus cuiuspiam famam carpi, quam a quoquam silentio praeteriri. Hoc enim forsitan rationis existimari possit et credi, illud sacrilegae mentis est et desperatae in fictionibus caecitatis. Si [2]) in caerimoniis vestris rebusque divinis postilionibus [3]) locus est et piaculis dicitur contracta esse commissio, si per imprudentiae lapsum aut in verbo quispiam aut simpuvio [4]) deerrarit, aut si rursus [5]) in solemnibus ludis curriculisque divinis commissum omnes statim in religiones clamatis sacras, si ludius constitit [6]), aut tibicen repente conticuit, aut si patrimus ille [7]) qui vocitatur puer omiserit per ignorantiam lorum aut terram [8]) tenere non potuit: audetis [9]) abnuere

1) iniquum cj. Livin. — In seqq. pro aestimet omnes edd. praeter LB. et Hild. habent existimet. 2) Si deest in omnibus edd. praeter pr. Urs. et Hild. 3) Sic Cod. et ed. Hild. postulationibus ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. In cett. postulionibus. V. Varr. L. L. V, §. 149. ibique Müller. — In seqq. voc. piaculis non ablativus sed dativus est. Edd. Urs. Elm. LB. et Orell. habent piaculi, invitis Codd. 4) sympinio ed. pr. Bas. Cant. Oberth. sympivio ed. Urs. symbolo mg. Urs. sympuvio ed. Elm. Orell. sinympuvio Cod. In cett. simpuvio. 5) Sic Codd. ed. pr. Urs. Elm. Hild. In cett. aut si cursu. 6) Hild. offendit in modorum variatione insolita et cj. constiterit — conticuerit — omiserit (sic Cod.) — potuerit. — De re v. Serv. ad Aen. VIII, 110. et III, 279. cf. Hartung Rel. d. Röm. I, 168. 7) patrimus ille et matrimus emendant Livin. et mg. Urs. ex Cic. de Harusp. Resp. c. 23. — In seqq. pro omiserit omnes edd. praebent omisit praeter pr. Urs. et Hild. 8) Sic Codd. et edd. praeter Hild., in qua tensam exstat. — De interpretatione loci v. Intt. ad Cic. l. l. Equidem „terram tenere" solemnem locutionem significare arbitror viam rectam et tensae orbitas (Cic. in Verr. II, 3, 3. cf. II, 1, 59) sequi atque invehi cursumque ita tenere, ut tensa neque allidatur, neque declinet aut delabatur. 9) potuit: audetis Codd. ed. pr. Urs. et Hild. In cett. potuit et audetis. Totum locum verte ita: „Wenn in euern Caerimonien und religiösen Gebräuchen auf Nachopfer angetragen wird und man sagt, dass eine Schuld begangen sei zum Sühnen, sobald nämlich Jemand unversehends entweder in einem Worte oder in einer Libation fehlte; wenn ihr ferner bei den feierlichen Spielen und gottgeweihten Wagenrennen schreiet, dass gegen die heiligen Religionsgebräuche gesündigt sei, sobald ein Schauspieler stillstand oder ein Flötenbläser plötzlich schwieg, oder sobald ein sogenannter puer patrimus aus Unkunde den Zügel fallen liess oder nicht Bahn halten konnte: wagt ihr dann abzuleugnen,

in delictis tam gravibus violari semper a vobis deos, cum in levioribus causis irasci eos ipsi cum pernicie saepius confiteamini civitatis?

32. Sed poetarum, inquiunt, figmenta sunt haec omnia, et ad voluptatem [1]) compositae lusiones. Non est 149
quidem credibile homines minus brutos et vetustatis remotissimae vestigatores aut non [2]) eas inseruisse suis carminibus fabulas, quae in notionibus hominum superessent atque in auribus collocatae, aut ipsos sibi tantum licentiosi voluisse iuris adsciscere [3]), ut confingerent per stultitiam res eas, quae nec ab insania procul essent remotae, et quae illis ab diis [4]) metum et periculum possent ab hominibus comparare. Sed concedamus, ut dicitis, deformitatum tantarum concinnatores esse atque inventores poetas: immunes tamen ab deorum [5]) maletractatione nec sic estis, qui aut talia [6]) cessatis maleficia vindicare, aut non legibus latis et severitate [7]) poenarum ante istis [8]) obviam temeritati constitutumque a vobis est, ne quis posthac hominum id quod esset turpitudini proximum aut deorum [9]) indignum maiestatibus loqueretur. Quisquis enim patitur peccare peccantem, is vires sumministrat audaciae, et maioris contumeliae res est falsis quemquam notare atque insignire criminibus, quam vera ingerere atque obiectare delicta.

---

dass die Götter durch so schwere Verbrechen (sc. qualia supra memorabantur) von euch fortwährend verletzt werden, da ihr selbst eingesteht, dass sie bei viel unbedeutenderen Veranlassungen (sc. cujusmodi modo aliquas enumeravimus) oftmals zum Verderben eures Staates sich erzürnen?" —

1) Sic Codd. a m. sec. et edd. omnes praeter pr. Urs. et Hild., in quibus voluntatem exstat. 2) non omissum in ed. Oberth. et Orell. 3) adscribere ed. Hild., quae lectio unde petita sit nescio. 4) Sic Codd. et ed. LB. In cett. a diis. 5) Sic Cod. — In edd. a deornm. — In seqq. Cod. a m. sec. mala tractatione habet, quod recte judicat Hild. ferri non posse. cf. supra c. 23., ubi sine ulla Cod. variatione legitur maletractatio. 6) Sic Codd. ed. LB. Oberth. Orell. et Hild. In cett. aut desideratur. 7) severitatem Cod. (plene scriptum) teste Hild. qui hinc in sua ed. emendavit severitatem per poen. In cett. edd. severitate. 8) Sic Cod. Par. ante iistis Cod. Br. tantae istis ed. Bas. et Hild. In cett. tantae iistis. Pro temeritati Cod. temeritatis praebet vitiose. — Ceterum adnota structurae mutatum genus in altera hac disjunctiva enuntiatione. 9) eorum Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. In cett. deorum ex emend. mg. Urs.

Quod enim sis dici, et quod esse te sentias, morsum habet minorem, testimonio tacitae recognitionis infractum. Illud vero acerbissime vulnerat, quod inurit innoxios, et quod decus nominis atque existimationis infamat.

33. Scribuntur [1]) dii vestri in tricliniis caelestibus atque in chalcidicis aureis coenitare, potare et ad ultimum fidibus et vocum modulatione mulceri. Vos aures patientissimas commodatis nec iudicatis indignum voluptates attribui diis eas, quibus corpora terrena fulciuntur [2]) et quas aures expetunt enervati pectoris dissolutione mollitae. Inducuntur ex his alii amatores, adulteri castitatis, nec cum feminis tantum, sed cum viris etiam propudiosos flagitiososque miscere concubitus. Vobis nulla est cura quid super rebus dicatur tantis, neque ullo saltem castigationis
150 metu luxuriantium litterarum coercetis audaciam. Per insanias, per furores orbare alii se [3]) et tamquam hostili de sanguine ita se proprio parricidio cruentare: sacrilegia vos illa miramini elata sublimiter, et quod poenis omnibus conveniebat plecti, ut animosius consurgat audacia, incentivo extollitis laudis [4]). Illi vulnera orbitatis ingemere et cum heiulatibus indecoris fata incusare crudelia: vos stupetis eloquentiae viribus, et quod penitus oportebat ex humani generis coalitu [5]) tolli, percensetis, ediscitis, ac ne ulla intercidat oblivione curatis. Vulnerari, vexari, bella inter se gerere furialium memorantur ardore discriminum: vobis illa est descriptio voluptati, atque ut scriptorum tantam defendatis audaciam, allegorias res illas et naturalis scientiae mentimini esse doctrinas.

34. Sed quid ego neglectas aliorum conqueror contumelias numinum? Ipse ille Iuppiter, cuius vos nomen [6])

---

1) adscribuntur Codd. vitiose repetita ultima syllaba voc. praegressi, et sic etiam ed. pr. et Urs.. Describuntur ed. LB. Ac scribuntur ed. Hild. In cett. Scribuntur. 2) Sic Cod. Par. vulciuntur Cod. Br. mulceantur — expetant cj. Meurs. 3) aliis est Cod. a m. pr. alios est a m. sec. alios, se ed. Elm. In cett. alii se. 4) incentivo extollitis laudes Codd. incentiva ext. laude ed. pr. Bas. Cant. Urs. In cett. ut in nostra. — In seqq. pro Illi, quod Codd. praebent, in ed. pr. Bas. Urs. exstat Illa. 5) coetu mg. Urs. et ed. Elm. — In seqq. voc. ediscitis deest in ed. pr. Bas. Cant. Urs.

6) numen Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. Hild. In cett.

effari non sine metu decuit et totius corporis concussione,
amasio [1]) captus ab uxore describitur confiteri culpas suas,
et *velut* [2]) demens ac nescius, quas amiculas coniugi, quas
uxori anteposuerit pellices, obduratus inverecundia publi-
care: vos talia qui extulere prodigia, poetarum esse prin-
cipes atque reges divinis ingeniis praeditos [3]), capita esse
memoratis sanctissima, tantumque ab officio religionum quas
inducitis evolastis, ut gravioris ponderis sint apud vos
verba, *quam* [4]) caelitum violata sublimitas. Ita ergo non
decuit, si modo ullus deorum esset apud vos metus aut si
esse illos uspiam praesumptionis certissimae [5]) confidentia
crederetis, rogationibus, plebiscitis, consultorum senatus
metu intercedere, prohibere, sancire, ne quis vellet de
diis passim nisi quod esset plenum religionis effari. Nec
a vobis saltem istum meruerunt [6]) honorem, ut quibus ex-
pellitis a vobis eisdem ab his legibus propulsaretis iniurias.
Maiestatis sunt apud vos rei, qui de vestris sequius [7]) ob-
murmuraverint aliquid regibus. Magistratum in ordinem
redigere, senatorem aut convicio prosequi suis esse de- 151
crestis periculosissimum poenis [8]). Carmen malum con-
scribere, quo fama alterius coinquinetur [9]) et vita, de-
cemviralibus scitis evadere noluistis impune, ac ne vestras
aures convicio aliquis petulantiore pulsaret, de atrocibus
formulas constituistis iniuriis. Soli *dî* [10]) sunt apud vos
superi inhonorati, contemptibiles, viles, in quos ius [11]) est
a vobis datum quae quisque voluerit dicere, turpitudinum
iacere quas libido confinxerit [12]) atque excogitaverit for-

---

nomen ex emend. mg. Urs. et Meursii. 1) Sic Codd. ed. LB. Orell. Hild. In cett. amasius. 2) et vel demens Cod. ed. pr. Urs. et Hild. In cett. et velut demens. — nescius sc. sui. — Respicit ad Hom. Il. XIV, 312 sqq. 3) proditos Cod. (test. Crusio et Rig.) ed. pr. et Urs. 4) Sic Codd. ed. pr. Urs. et Hild. In cett. verba, quam. 5) Sic Codd. ed. LB. et Hild. In cett. certae. 6) Sic Codd. LB. Orell. Hild. ac a vobis — — meruerunt ed. Oberth. In cett. ac a vobis — — mererent. 7) Sic Codd. LB. Orell. Hild. In cett. secus. De re v. Paul. Sent. L. V, Tit. 29. 8) V. Leg. V, Cod. ad Leg. Jul. Majest. 9) coinquinatur ed. Oberth. et Orell. vitiose. De re v. Leg. XII. Tabb. ap. Cic. de Rep. IV, 10. ed. Mai. (August. C. D. II, 9.) Dirksen p. 208. Intt. ad Hor. Ep. II, 1, 152 sqq. 10) soliti Codd. soli dii ed. LB. soli dî ed. Hild. In cett. Soli sunt. Equidem olim malui: Soli illi vel Soli hi. 11) in quosvis ed. pr. et Urs. vitiose. 12) con-

mas. Et incuriam nobis intendere tam infamium non erubescitis numinum, cum sit rectius multo deos esse non credere, quam esse illos tales talique existimatione sentire?

35. Sed poetis tantummodo licere voluistis indignas de diis fabulas et flagitiosa ludibria comminisci? Quid pantomimi vestri, quid histriones, quid illa mimorum atque exoleti generis multitudo? [1]) Nonne ad usum quaestus sui abutuntur diis vestris et lenocinia voluptatum ex iniuriis *attrahunt* [2]) contumeliisque divinis? Sedent in spectaculis publicis sacerdotum omnium magistratûmque [3]) collegia, pontifices maximi et maximi curiones, sedent quindecemviri [4]) laureati et diales cum apicibus flamines, sedent interpretes augures [5]) divinae mentis et voluntatis, necnon et castae virgines, perpetui nutrices et conservatrices ignis, sedet cunctus populus et senatus, consulatibus functi patres, diis proximi atque augustissimi reges: et quod nefarium esset auditu, gentis illa genetrix Martiae regnatoris et populi procreatrix amans saltatur Venus et per affectus omnes meretriciae vilitatis impudica exprimitur imitatione bacchari. Saltatur et Magna sacris compta cum infulis Mater et contra decus aetatis illa Pessinuntia Dindymene in bubulci unius amplexu flagitiosa fingitur appetitione gestire, necnon et illa proles Iovis Sophoclis [6]) in Trachinîs Hercules pestiferi tegminis circumpetitus [7]) indagine miserabi-
152 les edere inducitur heiulatus, violentia doloris frangi atque in ultimam tabem diffluentium viscerum maceratione con-

---

fixerit Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. Orell. In cett. confinxerit ex emend. mg. Urs.

1) Cf. Tertull. Apol. c. 15. 2) abutuntur — — attrahit Codd. ed. pr. Urs. Elm. LB. Orell. Hild. abutitur — — attrahit ed. Bas. Cant. Oberth. abutuntur — — attrahunt correxi ex mg. Urs. Singularem enim illum numerum post pluralem positum ferri hic posse nego. — In seqq. ed. pr. Cant. Urs. Elm. Oberth. Orell. Sedent et in spect. habent. 3) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. magistratuumque. 4) Sic Cod. In edd. exstat quindecimviri. 5) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. augures interpretes. 6) Sofocles Codd. a Sophocle ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. In cett. Sophoclis. Heins. cj. Sophocleis prob. Hild. In seqq. omnes edd. praeter pr. et Hild. habent Trachiniis. — Respicit Soph. Trach. v. 1063 sqq. Fabularum talium argumentorum catalogum habes ap. Liban. pro Saltat. p. 373 sq. et ap. Sidon. Apollin. c. 23. v. 267 sqq. V. Müller de Genio Saec. Theod. II, p. 101 sqq. 7) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Hild. In cett. circumretitus, ut Codd.

sumi. Quin et ille in fabulis maximus ipse regnator poli sine ulla nominis maiestatisque formidine adulterorum agere introducitur [1]) partes, atque ut fallere castitatem alienarum possit familias matrum, ora immutare pellacia [2]) et in species coniugum subditivi [3]) corporis simulatione succedere.

36. Nec satis haec culpa est. Etiam mimis et scurrilibus ludicris sanctissimorum personae interponuntur deorum, et ut spectatoribus vacuis risus possit atque hilaritas excitari, iocularibus feriuntur cavillationibus numina: conclamant et adsurgunt theatra, caveae omnes concrepant fragoribus atque plausu [4]), et quod nullis possit satisfactionibus expiari, exoletis atque irrisoribus numinum dona instituuntur et munera, ab officiis otium publicis, immunitas et vacatio cum coronis [5]). Et audetis post ista mirari unde oriantur haec mala, quibus inundatur et premitur sine ulla intermissione mortalitas, cum omnes [6]) res eas, quibus sunt involuta probra numinum et maledictionis elogia, et cotidie referatis et ediscatis cotidie, et si [7]) quando animum desidem otiosis vultis alucinationibus occupari, dies vobis poscatis dari, et sine ullis intermissionibus exhiberi. Quod si haberet vos aliqua vestris pro religionibus indignatio, has potius litteras *vos* [8]) exurere debuistis olim, libros istos [9]) demoliri, dissolvere theatra haec potius, in quibus infamiae numinum propudiosis cotidie publicantur in fabulis. Nam nostra quidem scripta cur ignibus meruerunt [10]) dari? cur immaniter conventicula dirui, in quibus summus

---

praebent infra V, 41., ex cj. Guilielmi. 1) introducatur Cod. vitiose. — In seqq. Cod. praebet: atque formidine ut fallere, voc. formidine per errorem ex linea praecedenti repetito. 2) ellacia Codd. fallacia ed. pr. Bas. Cant. Urs. In cett. pellacia. 3) Sic Codd. ed. LB. Hild. In cett. subditicii. cf. Plaut. Amphitr. I, 2, 25.

4) Sic Codd ed. LB. Hild. plausis ed. pr. et Urs. In cett. plausibus. 5) V. Theodoret. de Provid. Or. IX, p. 639. tom. IV. ed. Schulze. Philo de Leg. ad Cajum tom. II, p. 552. ed. Mang. Firm. Mat. Math. VIII, 20. 6) omnis ed. Oberth. et Orell. 7) si deest in ed. Orell. 8) hos Codd. et edd. praeter Hild., qui has emendat et praegressum has uncinis inclusit. vos dedimus ex emend. Rig. 9) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. (qui distinguunt: libros, istos demoliri) et Hild. In cett. edd. istos omissum est ex corr. Heraldi. 10) Sic Codd. ed. Elm. LB. Orell.

oratur deus, pax cunctis et venia postulatur magistratibus, exercitibus, regibus, familiaribus, inimicis, adhuc vitam degentibus et resolutis corporum vinctione [1]), in quibus aliud auditur nihil nisi quod humanos faciat, nisi quod mites, verecundos, pudicos, castos, familiaris [2]) communica-
153 tores rei et cum omnibus quos solidet germanitas necessitudine copulatos [3]).

37. Verum ita se res habet, ut quoniam plurimum gladiis et potestate valetis ferri, anteire vos etiam veritatis scientia iudicetis, et esse pro diis [4]) pios, quorum potentias primi opinionum obscenitate foedastis. Hoc in loco, si ferocitas vestra permittit et rabies patitur illud, nobis ut respondeatis oramus, utrumne iras cadere in naturam existimetis deorum, an ab adfectibus his longe divinam esse beatitudinem disiugatam? Nam si concipiunt has faces et motibus exasperantur irarum, sicut vestrae opinationes ferunt (nam saepe illos dicitis et propter ludos minus sollicite factos et propter praesules non probatos et propter quaedam spatiola defanata et propter caerimonias non rite perfectas tremoribus infremuisse terrarum et contagione pestilentiae *conrupisse* [5]) auras temporum luctuosa cum populi vastitate): sequitur ut intellegi debeat iracundias non parvas ex opinionibus eos continere [6]) praedictis. Quod

---

Hild. In cett. meruerint. — De hac persecutione cf. Euseb. H. E. VIII, 2. Acta St. Felicis ap. Ruinard. p. 313 sq. Augustini Breviar. coll. c. Donat. c. 17. Moshem. Comm. de Reb. Chr. ante Const. p. 915 sqq. 1) Citant ad h. l. Cyrill. Hieros. Cat. 5. Mystag. Tertull. Apol. c. 30. et de Monog. c. 10. Zeno de Resurr. 12. Dionys. Areop. Eccl. Hier. cap. ult. 2) familiares Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. In cett. familiaris ex emend. Guilielmi et Salm. (de Usur. p. 663. b.) 3) Sic Codd. ed. Orell. et Hild. et cum omnibus consolidae germanitatis necessitudine copulatos, ed. LB. In cett. et cum omn. qu. solidet germanitatis necessitudine copulatio. rei cum omnibus, quos sol. germanitatis copulatio cj. Memm. et Meurs. familiares, comm. rei, et c. o., quos solident germanitatis necessitudines, copulatos cj. Rig. — germanitas sc. Christiana. Cf. Tertull. Apol. c.. 39.

4) Sic nos dicimus: „fromm sein vor Gott." Similiter Sulp. Sever. H. S. I, 21. „pro conscientia paventes." 5) conruisse Cod. corruisse ed. pr. Bas. Cant. Urs. In cett. corrupisse ex emend. mg. Urs. et Cant. — In seqq. pro temporum Meurs. cj. ventorum. Tempora interpretor saecula. 6) concipere ed. Bas.

si datur, et [1]) illud necessario consequens, miserias has omnes quibus olim [2]) genus accumulatur humanum ab huiusmodi fluere fictionibus: quodsi ab his causis indignatio proficiscitur numinum, miseriarum tantarum vos estis auctores, qui animos caelitum non cessatis offendere et ultionis in rabiem concitare. Sin autem ab huiusmodi furiis [3]) deorum est genus immune, neque quid sit irasci dii omnino noverunt, et nobis ergo irasci sine ulla ratione dicuntur, qui ira quid sit ignorant et ab eius *commotu* [4]) et permixtione sunt absoluti. Neque enim fieri per rerum naturam potest, ut quod unum est fiat duo et in diversas res eat unitas ingenita simplicitate divisa.

---

1) est pro et cj. Hild. 2) i. e. jamdudum. Sic I, 52. IV, 36. VII, 10. 3) nefariis ed. pr. Bas. Cant. Urs. 4) cōmptu (teste Crusio) Cod. Par. conemptu Cod. Br. (teste Anchers.) contenta ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. contactu mg. Urs. ed. Elm. comptu (Cod. teste Hild.) ed. LB. Orell. Hild. conceptu cj. Huet. et Orell. Equidem malui commotu. Editor LB. inde a verbis: et ab ejus comptu usque ad finem libri omnia spuria aut corrupta, certe loco suo mota, judicans uncinis inclusit. Orellius, cui verborum: Neque enim fieri sqq. cum praecedentibus nexus nullus videbatur esse, migrare ea jussit in cap. 13. et inseruit tanquam per parenthesin prolata post verba: proprietas quiret, et Hildebrandus esse lacunam in textu hic quantamcumque statuendo rem expedivisse sibi visus est. At bene cohaerent omnia. Arnobius hoc dicit: si non ignorent dii irasci, ab ipsis ethnicis, non a Christianis, irarum tantarum causas esse repetendas, sin minus, ineptientis esse contendere velle illos iracundias concipere in Christianos potuisse: fieri enim non posse, ut iidem irarum sint expertes et non sint. — Codici subscriptum est: ARNOBII. ORATORIS. LĪB. IIII. EX̃P. INC̃P. LIB. V.

ARNOBII
ADVERSUS NATIONES
LIBER QUINTUS.

154 1. Esto ab ludentibus *poetis sic* [1]) cuncta illa sint prodita de [2]) immortalibus diis probra. Quid illa, quae historiae continent graves, seriae, curiosae, quaeque [3]) in arcanis mysteriis traditis, poetarum sunt excogitata lascivia? Quae si vobis videntur [4]) ineptiarum talium fabulae, neque in usu retineretis quaedam suo [5]), neque per cursus annuos laetitias exerceretis ut [6]) festas, neque ut rerum simulacra gestarum sacrorum conservaretis in ritibus. Ex quibus tam multis unum interim ponam moderaminis temperamentum secutus, in quo stolidus et imprudens ipse ille inducitur Iuppiter verborum ambiguitatibus lusus. In secundo Antiatis [7]) libro (ne quis forte nos aestimet [8]) concinnare per calumnias crimina) talis proscripta [9]) est fabula: Numam illum regem, cum procurandi fulminis scientiam non haberet esseque illi cupido noscendi, Egeriae [10])

---

1) poeticis Cod. quod emendavi. In edd. est. poetis. 2) et Codd. et ed. pr. vitiose. 3) neque ed. Elm. 4) Sic Cod. quod mutare non ausus sum. Edd. habent viderentur. 5) Sic Codd. et edd. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. Orell. Hild. quotidiano mg. Urs. ed. Elm. et LB. quidem suo cj. Memm. 6) aut Codd. 7) De C. Valerio Antiate, Annalium scriptore antiquissimo, v. Voss. de Hist. Lat. I, 10. et Krause Hist. Vett. Latt. Frr. p. 266 sqq. 8) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. existimet. 9) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. perscripta. 10) Plut. Num. c. 15. et Ovid. Fast. III,

monitu castos duodecim iuvenes apud aquam celasse cum vinculis, ut cum Faunus et Martius Picus [1]) ad id locorum venissent haustum, (nam illis aquandi *sollemne iter huc* [2]) fuit) invaderent, constringerent, conligarent. Sed quo res fieri expeditius posset, regem pocula non parvi numeri vino [3]) mulsoque complesse, circaque accessus fontis insidiosam venturis opposuisse fallaciam. Illos more de solito bibendi adpetitione correptos ad hospitia nota venisse. Sed 155
cum liquoribus odoratis offendissent fragrantia pocula, vetustioribus anteposuisse res novas, invasisse aviditer, dulcedine [4]) potionis captos hausisse plus nimio, obdormivisse factos graves; tum bis senos incubuisse sopitis, iniecisse madidatis vincla, expergitosque illos statim perdocuisse regem, quibus ad terras modis Iuppiter posset et sacrificiis [5]) elici, et accepta regem scientia rem in Aventino fecisse divinam, elexisse ad tèrras Iovem, ab eoque quaesisse ritûm procurationis morem [6]). Iovem diu cunctatum: Expiabis, dixe, capite fulgurita [7]); regem respondisse: caepitio. Iovem rursus: humano; retulisse regem: sed capillo. Deum contra: animali; *maena* subiecisse [8]) Pompilium. Tunc ambiguis Iovem propositionibus captum extulisse hanc vocem: Decepisti me Numa; nam ego humanis capitibus procurari constitueram fulgurita, *tu maena*, capillo [9]), caepitio: quoniam me tamen tua circumvenit astu-

---

259 sqq. Creuzer Symb. IV, 431 sqq. Hartung Rel. d. Röm. I, 212 sqq. Klausen Aen. II, 950 sqq. 1) V. de utroque Merkel. in Prolegg. ad Ovid. Fast. p. CCII. sqq. Hartung II, 173 sqq. et 185 sqq. 2) sollemniter haec Codd. et ed. Hild. vitiose. In cett. solemne iter huc. — huc sc. in montem Aventinum. V. Plut. Num. 15. Ovid. Fast. III, 295. 3) Sic Codd. et edd. praeter Elm. et Orell., in quibus non parva mero vino ex mg. Urs. exstat. 4) dulcedinem Cod. (plene scriptum) dulcedine in ed. Hild. In cett. dulcedine. 5) posset sacrificiis ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. In cett. ut in Codd. posset et sacrif. 6) Sic Codd. et ed. Hild. ritum proc. et morem ed. LB. In cett. ritum procurationis. Iovem. 7) Müller Etr. II, 163 sqq. — dixe Cod. a m. pr. (prob. Meursio) ed. LB. Orell. et Hild. In cett. dixisse. 8) animalia subiecisse Cod. Par. animali subiecisse Cod. Br. ed. pr. Urs. Elm. maena subiecisse ed. Hild. ex Plut. Num. l. l. anima: subiecisse Pompilium, piscis. Tunc ed. Bas. Cant. Oberth. In cett. anima: piscis ex emend. mg. Urs. Equidem olim cj. anima (vel: animali): maris. 9) fulgurita numa capillo Codd. ed. pr. et Urs. fulgurita, tu maena capillo ed. Hild. In cett. fulgurita, non capillo. Ipse olim cj. fulg. tu humano capillo.

tia, quem voluisti habeto morem et his rebus quas pactus es procurationem semper suscipies fulguritorum.

2. Quid primum, quid ultimum vel exsequatur animus vel conticiscat [1]), nec facile dictu est neque ullis considerationibus expeditum. Ita enim sunt omnia et excogitata et comparata derisui, ut sit vobis connitendum, falsa ut credantur haec esse, etiam si sunt [2]) vera, quam obtinere velle pro veris et velut quiddam mirabile non sine ipsius numinis insinuare contemptu. Quid enim dicitis o isti, credimusne illum Faunum et Martium Picum, si ex numero sunt deorum et ex illa perpetua immortalique natura, sitis aliquando ariditate siccatos, atque ut aestum possent irrigare venarum, fluenta isse *capere* [3]) fontium? Credimusne captos mero et dulcedine illectos mulsi tamdiu se poculis ingurgitavisse fallacibus, ut usque ad ebrietatis periculum veniretur? Credimusne vinctos somno atque altissimi soporis [4]) oblivione demersos vinciendi copiam sui animalibus
156 praebuisse terrenis? Quibus deinde partibus vinculorum illae iniectae sunt nexiones, soliditatis [5]) habebant quicquam, aut ex duris ossibus informatae fuerant eorum manus, quae constringi laqueis et nodorum possent inligationibus coerceri? Non enim requiro, non exigo, an aliquid potuerint fari ebrietatis alienatione nutantes, an Iove invito vel potius nescio protrahendi ad terras eius ritum quisquam potuerit publicare: illud solum audire desidero, cur si Faunus et Picus sunt divini generis et potestatis, non ipsi potius edidere quaerenti id, quod ab ipso Iove periculosius Numa cupiebat audire? An numquid Iuppiter solus huius rei scientiam noverat (*ab ipso* [6]) enim decidunt fulmina), ut imminentia procurare alicuius debeat scientiae disciplina? An cum ipse iaculetur hos ignes, aliorum sit operis scire, quibus modis conveniat iras eius atque animos temperare? Etenim revera stultissimum credere est, ipsum remedia scire [7]),

1) Sic Codd. ed. LB. et Hild. In cett. conticescat. 2) Sic Cod. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Hild. In cett. sint ex emend. mg. Urs. 3) isse per Codd. et edd. Reposuimus isse capere ex nostra emend. 4) sommo — — saporis ed. Hild. mendose. 5) solidatis ed. LB. mendose. 6) ad ipsum Codd. mendose. 7) Sic Codd. et edd. sciscere cj. Herald. sancire cj. Barth. scisse cj. Hild. Sed scire pro sciscere praebent et Codd. Livii XXVI, 33. et Paul. Dig. XL, 3, 98 extr. Lex XII. tabb.: „tignum aedibus iunctum

quibus averti possint ea, quae [1]) per fulminis iactum in humanis fieri constituerit rebus. Hoc est enim dicere: Illo ritus genere meas *iras* [2]) placabitis, et si quando per fulgura significavero aliquid imminere, facite hoc et illud, *ut* [3]) quod fieri statui, inane fiat et vacuum et sacrorum *vi* vanescat [4]).

3. Sed concedamus, ut dicitur, ipsum adversum se Iovem remedia scisse atque artes, quibus iri obviam suis significationibus conveniret: etiamne credemus deum numinis tanti tractum esse ad terras et in verrucula collis unius cum homunculo stantem altercabilem conseruisse [5]) sermonem? Et quaenam illa, quaeso, divina res fuit, quae ab impetu rerum tanto Iovem compulit avocari et mortalium sese denuntiationibus sistere? Mola salsa, tus, sanguis, verbenarum suffitio et nominum terribilium fremores? et potentiora quam Iuppiter fuerunt haec omnia, ut eum compellerent invitum parere praeceptis aut voluntarium sese circumventionibus tradere? [6]) Quid quod sequitur fidem sumet aut tam [7]) improvidum fuisse Saturnium, ut aut ea 157
proponeret quorum ambagibus ipse caperetur, aut nesciret futurum quibus lusura se modis astutia esset calliditasque mortalis? Expiabis, inquit, capite fulgurita. Imperfecta adhuc vox est neque plena proloquii circumscriptaque sententia. Scire enim necessario convenit, utrumne capite vervecino [8]), an suillo, an bubulo, an quolibet alio

---

vindicare posse scit, sed interim id solvi prohibuit.“ 1) possint ea quae Codd. In edd. extat possint quae. 2) meas has Codd. (sed Crus. in Par. meas iras legit, ut praebet ed. LB.) minas has ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. In cett. iras meas ex cj. Meursii. 3) ut deest in Codd. 4) sacrorum vanescat Codd. sacrum vanescat ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. In cett. sacrorum vi vanescat ex emend. Cujacii. sacri vi van. cj. C. Barth. sacro evanescat cj. Herald. et cassum (vel: et fatum) van. mg. Urs.

5) conservisse ed. LB. vitiose. — In seqq. Orell. edidit imperio rerum pro impetu rerum ex cj. Graevii et Guyeti. Impetum rerum recte explicat Hild., quo omnia moveat et administret Juppiter. 6) Sic Codd. mg. Urs. ed. Elm. LB. Oberth. Orell. Hild. In cett. traderet. 7) Sic Codd. ed. pr. Urs. Elm. In cett. sumet tam Equidem non ausus sum quicquam mutare. Particula aut, si genuina lectio est, habet vim epexegeticam vel explicativam ad verba quod sequitur, qua vi eam haud raro apud Arnobium usurpari nemo est qui nesciat. 8) vervicino Cod. Par. cervicino Cod. Br. — In

expiationem istam sciscat Diespiter perpetrari: quod cum nondum specialiter statuisset, essetque adhuc pendens et nondum sententia terminata, qui potuit Numa scire hominis Iovem dicturum caput, ut [1]) anteverteret, anteiret et in caput caepitii [2]) ambiguitatis illius incerta traduceret?

4. Nisi forte dicetis regem fuisse divinum: numquid ipso poterat esse Iove divinior? Nisi homo praesumeret [3]), quid dicturus esset Iuppiter, *quem* circumscripsit [4]), deus scire non poterat, quibus modis pararet circumscribere se homo. Ita non in promptu est et apparet puerilium esse ingeniola fictionum, quibus cum adquiritur cordis Numae vivacitas, imprudentia maxima importatur Iovi? Quid enim tam imprudens, quam confiteri te captum argutia cordis humani, et cum deceptum te doleas, in victoris concedere voluntatem et medicinam quam obtuleras ponere? [5]) Nam si fuit ratio et quaedam convenientia naturalis, cur humano capite procuratio debuerit suscipi fulguriti, non video cur ab rege relatio sit facta caepitii: sin autem poterat et caepitio transigi, libidinose hominis inhiatum est cruori. Atque ita in contrarium pars utraque traducitur, ut nec Numa [6]) monstretur voluisse scire quod voluit, et crudelis Iuppiter fuisse doceatur, qui quod Numa [7]) potuit et caepitio suscipi, voluisse dixerit humanis capitibus expiari.

5. Apud Timotheum [8]), non ignobilem theologorum

---

seqq. verba an bubulo desiderantur in omnibus edd. praeter Orell. et Hild., quamquam ita legi in Cod. jam a Meursio adnotatum fuit. 1) ut particula deest in Codd. 2) cepicii Cod. quem sequuntur ed. pr. Urs. LB. et Hild. In cett. coepitium.

3) Sic Codd. ed. pr. Urs. Hild. In cett. praesumens. — In seqq. Cod. (cum edd.) a m. pr. habet quid, a m. sec. quod. 4) Sic correxi locum difficillimum. Verba per summam ironiam prolata. Codd. et edd. praebent: Iuppiter, circumscripsit. 5) Recte Orellius: „deponit, condonat Numae quam prius obtulerat medicinam fulguritorum scil. expiandorum, pro capite humano offerri sibi permittens caput caepitii.“ 6) Numam Codd. et edd. praeter Hild. 7) Simplex ablativus pro ab praepos. c. ablat. ex usu et stylo Afrorum, ut recte monet Hild. Sic IV, 13. instituti auctoribus VI, 7. servulis vita spoliatus. — qui quod Numa potuit et cepio suscipi Codd. qui quod Numa potuisse caepitio susc. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. qui quod Numa potuit et caepitio susc. ed. Hild. In cett. qui quod a Numa potuit et caep. susc. Scriver. cj. potuisset caepitio.

8) Hujus Timothei praeter Arnobium nullus vett. meminit. Cf.

virum, nec non apud alios aeque doctos super Magna deorum Matre superque sacris eius origo haec sita est, ex reconditis antiquitatum libris et ex intimis eruta, quemadmodum ipse scribit insinuatque [1]), mysteriis. In Phrygiae 158 finibus inauditae per omnia [2]) vastitatis petra, inquit, est quaedam, cui nomen est Agdus, regionis eius ab indigenis sic vocatae. Ex ea lapides sumptos, sicut Themis mandaverat praecinens [3]), in orbem mortalibus vacuum Deucalion iactavit et Pyrrha, ex quibus cum ceteris et haec Magna quae dicitur informata est Mater atque animata divinitus. Hanc in vertice ipso petrae datam quieti et somno quam [4]) incestis Iuppiter cupiditatibus appetivit, sed cum obluctatus diu id quod sibi promiserat obtinere nequisset, voluptatem in lapidem fudit victus. Hanc [5]) petra concepit, et mugitibus editis multis prius mense nascitur decimo materno ab nomine cognominatus Agdestis [6]). Huic robur invictum et ferocitas animi fuerat intractabilis, insana et furialis libido et ex *utroque* sexu; vi *rabida* [7]) divastare, disperdere immanitas [8]) quo animi duxerat; non deos curare, non homines, nec praeter [9]) se quicquam potentius credere; terras, caelum et sidera *contemnere* [10]).

6. Cuius cum audacia quibusnam modis posset vel debilitari vel comprimi saepenumero esset deorum in de-

Voss. de Hist. Gr. III, 100. Videtur esse idem quem saepius citat Plutarch. et ἐξηγητήν appellat, de quo v. Gisb. Cuper. in Append. ad Apotheos. Hom. p. 277. 1) insinuataque cj. Putean. 2) per omnia h. e. perquam, valde, prae ceteris, ut recte explicat Hild. 3) Ovid. Met. I, 320. Aesch. Eum. init., schol. ad Eurip. Orest. 163. Suid. et Etym. M. s. v. θεμιστεύων. 4) nequam ed. Orell. ex cj. Barthii. 5) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Hild. In cett. Hinc ex emend. mg. Urs. — De re v. quae narrat Pausan. VII, 17. 6) Codd. Arnobii (cumque iis omnes edd. praeter Hild.) hoc nomen constanter scribunt per c, at Graeci auctores Pausan., Strabo, Hesych., Nonnus per g litteram scribunt, quae verior ratio esse videtur, si quidem Agdestis ex Agdo petra appellatus est. — V. de Agdesti Creuzer Symb. II, 37 sqq. Zoega Bassiril. Ant. di Roma I, p. 100. not. ad tab. XIII. Böttiger Ideen zur Kunstmyth. I, 278 sqq. Panofka Terracott. des Berl. Mus. p. 89 sqq. 7) et ex utraque sexu vi rapta Codd. quod emendavi. et ex utraque sexus vi rapta ed. pr. et Urs. In cett. et ex utroque sexu, vi rapta. Androgynum fuisse Agdestin testatur etiam Pausan. l. l. — Sequ. voc. divastare (devastare ed. Urs. Elm. et LB.) pro gloss. habet Hild. 8) ire immanitas ed. LB. 9) nec prae se mg. Urs. 10) continere Codd. corrupte. conterere ed. Hild. In cett. contemnere.

liberatione quaesitum, haesitantibus ceteris huius muneris curam Liber in se suscipit: familiarem illi fontem, quo ardorem fuerat suetus et sitiendi lenire flagrantiam ludo et venationibus excitatam, validissima succendit vi meri: necessitatis [1]) in tempore haustum accurrit Agdestis, immoderatius potionem hiantibus venis rapit; fit ut insolita re victus soporem in altissimum deprimatur. Adest ad insidias Liber, ex setis scientissime complicatis unum [2]) plantae iniicit laqueum, parte altera proles cum ipsis genitalibus occupat. *Exhalata* [3]) ille vi meri corripit se impetu et adducente nexus planta suis ipse se viribus eo *quo futuerat* [4]) privat sexu: cum discidio [5]) partium sanguis fluit immensus, rapiuntur et combibuntur haec terra, malum repente cum pomis ex his punicum [6]) nascitur, cuius Nana
159 speciem contemplata regis Sangari vel [7]) fluminis filia carpit [8]) mirans atque in sinu reponit: fit ex eo praegnans: tamquam vitiatam claudit pater et curat ut inedia moriatur: pomis atque aliis *pabulis* [9]) Deum sustentatur a Matre, enititur parvulum. Sed exponi sanguinarius [10]) praecipit: repertum nescio quis sumit, *forma ac* lacte [11]) alit hir-

---

1) validissimi — — aestatis in tempore mg. Urs. Elm. 2) imum cj. Cant., sed unum laqueum videtur dictum pro: unam laquei partem. 3) exaltata Codd. exaltatus ed. pr. Urs. exolutus ed. Bas. Cant. In cett. exhalata ex emend. mg. Urs. et Scalig. 4) eo quod fuerat Codd. eo quo fuerat Edd. eo quo vir erat mg. Urs prob. Scalig. eo quo futuerat cj. Hild. 5) dissidio ed. pr. Bas. Cant. Urs. invito Cod. 6) malus — — punica edidit Orell. ex Meursii conj., immemor cum novissimo Arnobii editore, malum genere neutro etiam de ipsa arbore usurpatum reperiri. Vide, ne multus sim, Isid. Origg. XVII, 6. In seqq. Codd. nata habent pro Nana. Sed infra c. 13. exhibent Nana. Nonn. Dionys. XV, v. 170 sqq. (p. 422. ed. Han.) et Memnon ap. Phot. c. 41. p. 383. Sangarii filiam Nicaeam quandam memorant. Sed ea diversa ab Nana est. 7) Sic Cod. et ed. Hild. Sangarii fluminis (omisso vel particula) ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. In cett. Sangarii vel fl. 8) sc. de arboris fructibus. 9) tabulis Codd. pabulis ed. Hild. ex emend. Scalig. In cett. bacculis. talibus cj. Livin. 10) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. Sangarius, quae emendatio non improbabilis est. 11) formas lacte Codd. ed. pr. et Urs. formans ed. pr. in errat. et mg. Urs. format lacte ed. Bas. Cant. mg. Urs. Elm. Oberth. Phorbas lacte ed. LB. (Salm. ad Solin. p. 37. F.) ed. Orell. et Hild. Quis ille sit Phorbas aut quo jure hic interponatur nemo dicit. fovet lacte cj. Herald. forma ac dedimus ex nostra emend. Forma, ut ex Festo s. v. discimus, est

quino et quoniam Lydia scitulos sic vocat, vel quia hircos Phryges suis attagos [1]) elocutionibus nuncupant, inde Attis nomen ut sortiretur effluxit: hunc unice Mater Deum, ore fuerat quod excellentissima, diligebat. *At* et [2]) Agdestis blandus adulto, comis et qua solum poterat [3]) minus rectis adsentationibus vinctus, saltuosa ducens per nemora et ferarum multis muneribus donans, quae puer Attis primo sui esse dicebat laboris atque operis glorians: per vinum deinde confitetur et ab Agdesti se diligi et ab eo donis silvestribus honorari; unde vino [4]), quod silentium prodidit, in eius nefas est sanctum *sese* [5]) inferre pollutis.

7. Tunc Pessinuntius rex Midas alienare cupiens tam infami puerum coniunctione, matrimonio eius [6]) suam filiam destinat, ac ne scaevus aliquis nuptialia interrumperet gaudia, *fecit et* [7]) oppidum claudi. Verum Deum Mater adulescentuli fatum sciens, interque homines illum tamdiu futurum salvum, quamdiu esset solutus a matrimonii foedere, ne quid accideret maesti, civitatem ingreditur clausam, muris eius capite sublevatis, quod esse turritum ratione ab hac coepit [8]). Agdestis scatens ira convulsi a se pueri et uxoris ad studium derivati convivantibus cunctis furorem et insaniam suggerit: conclamant exterriti ad *ora deorum* [9]) Phryges, mammas sibi demetit Galli filia pelli-

---

puls miliacea ex melle. — De lacte hirquino cf. Klausen Aen. I, 35. Müller Dor. I, 318. 1. 1) Sic Codd. et ed. LB. In cett. a t a g o s. — Cf. Petav. ad Juliani Or. V, p. 89. 2) d i l i g e b a t e t Codd. et edd. d i l i g e b a t. D i l i g e b a t e t cj. Meurs. d i l i g e b a t. A t e t nos correximus. — In seqq. c o m i s Codd. habent test. Crusio aliisque. In edd. c o m e s. 3) sc. sexu feminino, nam virilem amiserat. — Pro m i n u s r e c t i s ed. Bas. Cant. Oberth. habent a m a n s t e c t i s. Adsentationes h. l. esse morigerationes et turpes congressus in aperto est. 4) v i n u m ed. Bas. Cant. mg. Urs. 5) s a n c t u m s e e s s e Codd. ed. pr. Urs. s a n c t u a r i u m i n f e r r e ed. Bas. Cant. Oberth. In cett. s a n c t u m s e s e ex emend. mg. Urs. — Pro p o l l u t i s olim cj. p r o l u t i s.

6) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Hild. In cett. e i ex emend. Meursii. Orell. cj. e i u s I a m f i l i a m. 7) f e c i s s e Codd. mendose. f e c i t i s ed. Hild. In cett. f e c i t o p p i d u m. Ego cj. f e c i t e t. 8) Cf. Zoega Bassiril. I, 93 sqq. Gerhard Ant. Bildw. p. 24. adn. 48. Böttiger Id. z. Kunstmyth. I, 286. 9) a d o r a n d o r u m Cod. (a d o r a n d u m Cod. Br.) ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. a d h o r a m t o r v u m ed. Hild. In cett. a d h o r a m (παραχρῆμα) P h r y g e s. — a d o r a d e o r u m mg. Urs. et cj. Guyet. et Puteau. a d o r a a m b o-

cis [1]), rapit Attis fistulam [2]), quam instigator ipse gestitabat insaniae, furiarum et ipse iam plenus, perbacchatus, iactatus proiicit se tandem et sub pini arbore genitalia sibi desecat dicens: Tibi Agdesti haec habe, propter quae motus tantos furialium discriminum concitasti. Evolat cum profluvio sanguinis vita, sed abscisa [3]) quae fuerant Magna legit [4]) Mater Deum, iniicit his terram, veste prius tecta atque involuta [5]) defuncti; fluore de sanguinis viola flos nascitur et redimitur ex hac arbos. Inde natum et ortum est nunc etiam sacras [6]) velarier et coronarier pinos. Virgo sponsa quae fuerat, quam Valerius pontifex [7]) Iam nomine fuisse conscribit, exanimati pectus lanis mollioribus velat, dat lacrimas cum Agdesti interficitque se ipsam: purpurantes in violas cruor vortitur [8]) interemptae: mater suffodit et has [9]) deum, unde amygdalus nascitur amaritudinem significans funeris. Tunc arborem pinum, sub qua Attis

---

rum cj. Meurs. prob. Herald. 1) Verisimile est in hoc capite quaedam excidisse, quibus quis fuerit hic Gallus et cujus pellex proditum fuerit. Quod quo magis credam esse factum facit cap. 13., ubi repetitis iis ipsis, quae tertio capite enarrata erant, hic ipse Gallus sibi virilia desecuisse memoratur haud aliter, quam ut si ejus rei jam antea mentio facta fuerit. 2) Sic Codd. et Vet. Lib. Ernstii, ed. LB. Oberth. Orell. et Hild. In cett. testulam (quod defendunt ex Plin. XXXV, 12.) — De tibiis in sacris Cybeles usitatissimis v. Zoega l. l. p. 104. Cf. Intt. ad Min. Fel. Oct. c. 21. et ad Apulej. Met. VIII, 27. 3) Sic Cod. ed. pr. Bas. Cant. Hild. In cett. abscissa. 4) legit et mater Codd. voc. legit syllaba ultima vitiose repetita. — In seqq. Codd. et ed. Hild. deum iniicit. In cett. deum et iniicit. 5) Sic Codd. et ed. Hild. Nove usurpatum verbum tegere pro obducere; involvere pro circumvolvere habes ap. Plin. XI, 23. 27. cf. Sil. Ital. VIII, 637. — Cett. edd. habent tectis atque involutis. — In seqq. edd. Oberth. et Orell. ex hoc praebent pro ex hac. 6) etiam sacra Cod. etiam in sacro ed. Hild. In cett. sacras. — De pinu Matri Deum sacra v. Intt. ad Claudian. de Raptu Pros. I, 203, ad Virg. Aen. IX, 85. cf. Arnob. V, 16. Münter ad Firm Mat. 28. Creuzer Symb. II, 38 sqq. Sainte-Croix l. l. I, 85. Zoega Abhandl. p. 179. 7) Nourryus intelligi vult M. Valerium Messalam, de quo v. Macr. Sat. I, 9. Gell. XIII, 15. Hild. contra putat esse Valerium Antiatem, de quo V, 1. Krause Frr. Hist. Vett. Rom. p. 266 sqq. Lachm. de Fontt. Livii I, p. 36. II, p. 24 sqq. Liebaldt: De Valerio Antiate Annal. Scriptore. (Numb. 1840.) — In seqq. ed. pr. (in errat.) mg. Urs. et ed. Elm. pro Iam habent Ion. 8) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. vertitur. 9) suffodit et as Codd. suffodit et se ed. pr. et Urs. suffodit eam ed. Bas. Cant. Elm. Oberth. suffodit et has ed. Hild. In cett. suffudit et has.

nomine spoliaverat se viri, in antrum suum defert, et sociatis planctibus cum Agdesti tundit et sauciat pectus *pausantque* [1]) circum arboris robur. Iuppiter rogatus ab Agdesti, ut Attis revivesceret [2]), non sinit; quod tamen fieri per fatum posset, sine ulla difficultate condonat: ne corpus eius putrescat, crescant ut comae semper, digitorum ut minimissimus [3]) vivat et perpetuo [4]) solus agitetur e motu, quibus contentum beneficiis Agdestim consecrasse corpus in Pessinunte, caerimoniis annuis et sacerdotum *antistitiis* [5]) honorasse.

8. Si contemptor aliquis numinum et sacrilegi pectoris immanitate furiosus intendisset animum maledicere diis vestris, auderet in eos quicquam gravius dicere, quam ista prodit historia, quam velut quiddam mirabile commentarii contulistis in formulam ac, ne illam vis temporis et vetustatis obsolefaceret longitudo, perpetuitatis honore [6]) mactastis? Quid est enim de diis in ea positum quidve conscriptum, quod non si in hominem dixeris pudibundis mo-

---

1) pausatae Codd. et edd. pausate (i. e. τακτικῶς, per pausas) cj. Herald. lanatae vel lausatae (i. e. quae lugetur), quod alterum probat Hild., cj. Stewech. plantatae cj. Dalecamp. positae cj. Huet. pausata (cf. Veget. I, 38.), cj. Salmas. ad Scriptt. H. A. I, p. 661. Quarum emendationum quum mihi nulla satis faceret, olim fasciatae, (cf. infra c. 16.) nunc vero pausantque reponendum putavi. Firmari videtur ea correctio Kalendario Constantini M., in quo de sacris Matris Magnae ad XI. Kal. Apr.: „Arbor intrat", ad IX. „Sanguinis dies", ad VIII. „Hilaria", ad VII. „Requietio", ad VI. „Lavatio", adnotatum est, ut verisimile sit, Requietionem institutam esse in memoriam ejus, de qua hic sermo esse videtur. Pausantque autem, non pausatque corrigendum putavi, quia propter seqq. verba: circum arboris robur singularis numerus ferri posse non videbatur. — De verbo pausare multus est C. Barth ad Guil. Briton. Philipp. III, 783. p. 338. 2) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. reviviesceret. — In seqq. sola ed. Orell. habet putescat pro putrescat. 3) Sic „ἐλαχιστότατος" ap. Sext. Empir. adv. Math. IX, p. 627. ed. Fabr., „pessimissimus" ap. Senec. Ep. 81. et „postremissimus" ap. Tertull. de Cultu Fem. I. p. 47. et ap. Gell. XV, 12. Cf. Voss. Aristarch. tom. II, p. 687. ed. Eckst. 4) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Hild. In cett. et deest. — In seqq. e motu dedi ex Codd. et motu ed. pr. Urs. LB. Oberth. Orell. In cett. agitetur motu. 5) antistibus (non antistitibus, ut quidam tradunt) Codd. ed. Bas. Cant. antistitibus ed. pr. Urs. Hild. In cett. intestibus. Nos restituimus antistitiis, quod unice verum esse videtur.

6) sc. sacris annuis.

ribus et disciplinis horridioribus educatum, et contumeliae reus sis et *iniurius* [1]), et offensionis odium simultatibus subeas inexpiabilibus comparatum? Ex lapidibus, inquitis, quos Deucalion iactavit et Pyrrha Deum procreata est Mater. Quid o theologi dicitis? quid supernarum antistites
161 potestatum? Ergone Deum Mater diluvii causa [2]) nulla fuit in parte naturae, et nisi omne mortalium genus interemisset vis imbrium, procreationis illius causa atque origo cessaret? Humanum est ergo munus quod esse se sentit, et beneficiis debet Pyrrhae quod *numerari* [3]) se conspicit in alicuius substantiae qualitate: quod quidem si verum est, et illud erit necessario non falsum, hominem illam fuisse, non divam. Nam si certum est homines ex illo lapidum iactu nativitatis suae originem ducere, et hanc necesse est credi unam fuisse de nobis, consimilium causarum rationibus procreatam. Neque enim fieri rerum per repugnantiam quit, ut ex uno lapidum genere et ex eadem ratione *iaciendi* [4]) immortalium quidam sortis, condicionis alii substituerentur humanae. Varro ille Romanus *multiformibus* [5]) eminens disciplinis et in vetustatis indagatione rimator, in librorum quatuor primo quos de gente conscriptos Romani populi dereliquit, curiosis computationibus edocet, ab diluvii tempore, cuius supra fecimus mentionem, ad usque Hirti [6]) consulatum et Pansae annorum esse milia nondum

---

1) iniuriis Codd. iniurius ed. Hild. ex Meursii corr. In cett. iniuriae. — Ceterum adnota structurae insolentiam: quod non — — — reus sis sqq. 2) Sic Codd. ed. pr. Urs. et Orell. diluvii tempore ed. Bas. Cant. Oberth. diluvii casu mg. Urs. ed. Elm. probb. Memmio et Guyeto. ante diluvii casum ed. LB. et cj. Rig. diluvii pausa cj. Herald. — Videtur velle dicere Arnobius fabularum ineptiis in tantum esse gratificatos ethnicos, ut, cum constaret iis, diluvio olim omnem terrarum orbem vacuum esse habitatoribus factum, postea, ubi novum genus procrearetur, inter homines vel Deam procreatam fabularentur: hinc enim videri eos velut diluvii causa negare Matrem Deum antea fuisse, quo nempe per lapides a Deucalione et Pyrrhae jactos inter homines ipsi vel Deum Matri nascendi occasionem faciant. 3) quod erari Codd. numerari Vet. Lib. Ernstii, et ita cj. Livin. In edd. est orari. C. Barth. cj. quod morari. 4) faciendi Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. In cett. iaciendi, ex emend. Meursii et Stewechii. 5) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. multiformibus. 6) Sic Cod. et ed. Hild. Hirtii ed. Urs. Elm. Orell. In cett. Hircii. — Hirtii et Pansae consulatus incidit in A. U. C. 711., a. Chr. 43.

duo: cum quo *si* stat [1]) fides, Mater quoque dicenda est Magna intra huius numeri fines aevitatem suam habere conclusam, atque ita perducitur res eo, ut quae omnium numinum genetrix esse narratur, non sit mater, sed filia, quinimmo infans et parvula, siquidem deos concedimus neque initia neque fines saeculorum perpetua [2]) in continuatione sortitos.

9. Sed quid terrenis obsoluisse [3]) vos sordibus Deum loquimur Matrem, cum ab Iovis ipsius maledictis nullam pausam facere vel exigui temporis intercapedine quiveritis? Cum in summo Agdi [4]) vertice deum dormiret tum genetrix, *obrepere* [5]) conquiescentis pudori filius, inquitis, insidiator enisus est. Post innumeras virgines et spoliatas castitate matronas etiamne in matrem cupiditatis infandae spem Iuppiter cepit [6]), nec ab illius adpetitionis
ardore horror eum quivit avertere, quem non hominibus 162
solis, sed animalibus quoque nonnullis natura ipsa subiecit et ingeneratus ille communiter sensus? An respectus pietatis et honesti Capitoliorum defuit [7]) praesidi, nec quid sceleris cuperet conturbatis per insaniam mentibus aut retractare poterat aut pervidere? Sed ut [8]) res est, ponderis et maiestatis oblitus ad furta illa flagitiosa correpens ibat, pavens ac trepidus [9]), anhelitu oris presso, suspensis per formidinem gressibus et inter media constitutus sollicitudinis speique confinia *palpabat* [10]) res intimas, altitudinem

---

1) cum quos (s compunct.) stat Codd. cum quo constat. ed. pr. et Urs. cui si constat ed. Bas. Cant. mg. Urs. Oberth. cui si constans ed. Elm. cui dicto si constat ed. LB. cum quo si constat cj. Herald. et ed. Orell. cum quo si stat cj. Livin. et ed. Hild. 2) Voc. perpetua desideratur in ed. Hild. — Pro continuatione ed. pr. Bas. Cant. Urs. (sed in mg. continuatione) cognitione habet.

3) h. e. obsolefecisse. obsoluisse Codd. ed. pr. Urs. Hild. obvolvisse ed. Bas. Cant. Oberth. obsolevisse ed. Elm. et Orell. obsolvisse ed. LB. — In seqq. nos sordibus deam habent edd. pr. et Urs. 4) Hic Cod. acdi praebet. 5) obriperet Cod. obreperet ed. Hild. In cett. obrepere. — In seqq. Codd. ed. LB. et Hild. enisus habent, cett. edd. enixus. 6) coepit ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. Hild. vitiose. 7) depuit Codd. despuit praesidii ne quid ed. pr. et Urs. despuitur ed. Bas. Cant. Oberth. In cett. defuit. 8) tepidus ed. pr. 9) utut mg. Urs. 10) pellabat Codd. fellabat ed. Hild. ex Meursii conj., quam improbat Rig. Sane, de fellitatione hic cogitari vix potest. In cett. edd. palpabat. — In seqq. adnota breviloquentiam: altitudi-

dormientis et matris patientiam temptans. O rerum imaginatio indecora! o habitus foedus [1]) Iovis ad obsceni certaminis expeditionem parati! Ergone [2]) ille rex mundi cum incautus et properus obiectionis [3]) esset reiectus a furto, in impetum se vertit, et quoniam [4]) rapere voluptatem insidiosa fraude non quivit, vi matrem adgressus est et apertissime coepit venerabilem subruere castitatem? Colluctatus ergo diutissime cum invita est, victus, fractus superatusque defecit, et quem pietas diiugare ab infando matris non valuit [5]) appetitu, effusa libido diiunxit?

10. Nisi forte dicetis, conventionis huiusmodi coeptum [6]) genus vitat atque execratur [7]) humanum: apud deos incesta sunt nulla. Et cur mater acerrime pugnabat [8]) inferenti vim filio? cur ab illius amplexibus tamquam illicitos vitans refugiebat adtactus? Nam si nihil esset in re mali, tam gerere illa morem sine ulla retractione [9]) debuerat, quam volebat hic cupide [10]) appetitionis suae irritamenta complere. Et sane hoc loco frugalitatis magnae viri et circa res etiam flagitiosi operis parciores, ne sancta illa semina frustra videantur effusa, silex, inquit, ebibit Iovialis incontinentiae foeditatem. Quid deinde quaeso consecutum est? Dicite. In sinu medio lapidis atque in

---

nem dormientis pro: altitudinem soporis dormientis. 1) foedi ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. 2) Ergo ed. Oberth. Orell. vitiose. 3) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. Hild. In cett. obreptionis ex emend. mg. Urs. oblectationis cj. Meurs. praeproperus obiectionis cj. Livin. — obiectionis dicit Arnob., quia Iuppiter matri sese libidinose objecerat. 4) Codd. quam habere videntur, ut est in edd. pr. Bas. Cant. Urs. quum habet Vet. Lib. Ernstii, cum ed. LB. Oberth. Orell. Hild. Sed qui ita correxerunt parum memores fuisse videntur, quod ea particula in Cod. constanter per c non per q scribitur. Itaque cum mg. Urs. quoniam reponendum putavi. 5) voluit ed. Hild. vitiose. — In seqq. ed. pr. Bas. Cant. devinxit, Cod. Br. ed. Urs. et Elm. deiunxit, Cod. Par. et cett. edd. diiunxit praebent. — libidinem ut supra c. 5. voluptatem semen genitale dicit.

6) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Hild. In cett. coetum. Urs., in cujus ed. conventiones editum est, voc. coeptum delendum censet tanquam gloss. aut emendandum coitum. — De voc. conventio significatu obsceno cf. IV, 22. II, 70. VII. 9. et 49. 7) vitam — — execratur (non exsecrātur, ut scribit Hild.) Codd. test. Rig. et Crus. Hild. edidit vitant atque exsecrantur. 8) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. repugnabat 9) retractatione ed. Oberth. et Orell. 10) cupidae ed. pr.

Coetum — genetive of identity [see Reiff. p. 342]

illa cotis duritie informatus atque animatus est infans, Iovis magni futura progenies. Non est facile contradicere tam prodigiosis conceptionibus tamque miris. Cum enim 163
genus humanum ex lapidibus apud vos ortum procreatumque dicatur, necesse est credere et receptacula lapides habuisse genitalia et iaculatam [1]) combibisse sementem et completis temporibus sustulisse alvos graves et ad postremum peperisse feminei moris difficultate conixos [2]). Illud nostram subigit curiositatem requirere, cum post decem menses redditum esse dicatis partum, illo tempore quo in utero lapidis fuit clausus quibus alimoniis irrigatus est, quibus sucis, vel ex rigore quae saxeo nutricia potuit ducere, ut est fetibus solemne de matribus. Nondum, inquit, contigerat lucem, et tonitrus patrios iam mugiens *minitatusque* [3]) referebat? Et postquam illi datum est caelum diemque conspicere, obvia quaeque vastabat incursans atque ipsos sibi spondebat deos caeli posse ab regione [4]) detrudere. O cauta et provida Deum Mater, quae, ne nati invidiam tam insolentis subiret, aut mugiens fetus somnis suis officeret aut interpellaret quietem, subtraxit se ipsam et seminis illud nocentissimum virus transmisit ab se longe et saxorum asperitatibus propinavit.

11. Aestuatum est in conciliis deorum, quibusnam modis esset [5]) intractabilis illa feritas edominari et cum via nulla superesset, ad opem concursum est unicam, ut mero madidaretur multo et [6]) virilibus spoliaretur abscisis. Quasi vero adfecti corporalibus his damnis fiant languidioris audaciae, et non cotidie videamus eos qui sibi demessuerint has partes maioris petulantiae fieri [7]) atque omni-

---

Bas. Cant. Urs. Elm. 1) iaculatum ed. Urs. et Elm. 2) Sic Cod. ennixos ed. Hild. vitiose. In cett. connixos. 3) imitatusque Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. Orell. imitus intusque ed. LB. imitabatur atque mg. Urs. et ed. Elm. imitatosque ed. Hild. Inepte. minitatusque palmaria est Rig. emendatio. 4) Sic Codd. et ed. LB. et Hild. In cett.: a regione.

5) posset ed. Bas. Urs. et Elm. — In seqq. pro illa feritas ed. LB. illa feritatis et ed. Orell. illa vis feritatis exhibent. — Pro edominari, quod Codd. praebent, in edd. omnibus praeter LB. Orell. et Hild. edomari reperitur. 6) madidaretur et, omisso voc. multo, ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. — In seqq. pro virilibus ed. Orell. viribus habet. 7) Papias: „Eunuchorum quidam coeunt et etiam (Hild. cj.: sed tantum) virus emittunt ad gignendum

bus postpositis pudoris et verecundiae frenis in obscenam prorumpere vilitatem, flagitiorum confessione vulgata. Vellem tamen videre, si esset mihi his [1]) nasci temporibus datum, patrem illum Liberum debellatorem ferocitatis Agdestiae, post deorum augustissimas curias caeli ab culminibus lapsum, *peniculo antea* decurtantem cantherios [2]), innectentem laqueos mobiles, aquarum innoxias puritates
164 multa sauciantem vi meri, et postquam ebrietas potu emersit, inseruisse caute manus, contrectavisse virilia dormientis, atque ut omnia cingerent circumpositi laqueorum morsus artificii curas tum [3]) rebus adhibuisse perituris.

12. Hocine de diis quisquam vel exigua dixerit eorum opinione polluctus [4]) aut si talibus occupati sunt negotiis, cogitationibus, curis, quisquam eos sapiens aut deos esse crediderit aut mortalium [5]) saltem in numero computaverit? Agdestis iste, oro, cuius obscenitas amputata securitatem fuerat illatura caelestibus, ex terrenis animantibus unus fuit, an deorum aliquis et *immortalitatis* praeditus *honore?* [6]) Si enim nostrae sortis et condicionis habebatur humanae, cur terrorem tantum numinibus inferebat? Deus autem si fuerat, qui potuit decipi aut de divino [7]) aliquid ex corpore desecari? Sed quaestionem movemus parte in hac nullam; fuerit licet de divino genere vel ex nobis ali-

---

vanum et invalidum." Cf. Firm. Astron. III, 7 et 11. Terent. Eun. IV, 3. Juven. Sat. VI, 364. et Intt. Philostrat. I, 21. Augustin. c. Jul. Pelag. VI, 5. 1) his Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Hild. iis ed. Oberth. et Orell. In cett. illis ex mg. Urs. 2) peniculantem decurtam tam cantherios Codd. vitiosissime. peniculantem decuramenta cantherios ed. pr. et Urs. peniculantem decuramenta cantheriorum ed. Bas. Cant. Oberth. peniculamenta decurtantem cantheriorum mg. Urs. ed. Elm. et Orell. et sic cj. Scalig. in Catal. p. 162. peniculantem, decurtantem cantherios Vet. Lib. Ernstii, ed. LB. peniculamentum decurtantem cantherio ed. Hild. peniculo antea decurtantem cantherios dedi ex mea emendatione. Verbum decurtare cum abl. structum legitur in Ep. inter Sugerianas 59., ut docet Ducangius in Gloss. s. v. Decurtare. Peniculamentum voc. ex latinitate exterminandum est. — Cauda caballi Liber usus est ad funes inde contorquendos, ut legimus supra c. 3. Cf. Artemidor. Oneirocrit. I, 21. et II, 9. 3) curam sic tum ed. LB.

4) pollutus Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. In cett. polluctus. 5) immortalium mg. Urs. et ed. Elm. 6) immortalitate praeditus honori Cod. Par. immortalitate praeditus honorari Cod. Br. 7) Sic Codd. ed. pr. Urs. Hild. In

quis, si hoc rectius existimabitis dici: etiamne fluore de sanguinis [1]) et ex genitalibus amputatis arbor mali enata est punici, *actutumque*, *quando* vis illa [2]) telluris cooperta est gremio, solum radice complexa est, in stipitis exiluit [3]) robur, oneratos fudit balaustiis ramos, et in *puncti spatio* [4]) poma extulit mitia, perfectionis propriae maturitate completa? Et quia de rubro exorta sunt haec sanguine, idcirco illis color est purpurei luminis suffectione [5]) subluteus; addite huc etiam idcirco esse uvida, idcirco vinosa, quod ex sanguine *saburrati* [6]) genus ducant, et fabulam convenienter implestis. O Abdera, Abdera, *dares* quantas vias [7]) mortalibus irridendi, talis si apud te esset fabula ita conflata! Dicunt eam cuncti patres et superciliosae perlegunt civitates, et esse tu fatua et stoliditatis frigidissimae iudicaris.

13. Per sinum, inquit, Nana filium concepit ex pomo. Sequitur se ratio. Ubi enim cautes et saxa pariunt dura, ibi poma [8]) necesse est *suriant.* Glandibus atque ficis alebat Berecyntia *relegatam* [9]); convenienter et recte:

---

cett. de desideratur. 1) sanguis ed. Hild. mendose. 2) an tum quae quod vis illa (non quod illa, ut Hild. tradit) Codd. test. Rig. Livin. et Crusio. actutumque quando vis illa ex mea emned. dedi; olim conjeceram an tum quaeso quando vis illa. In edd. est: an tum cum vis illa. 3) exili ut Cod. exsiluit ed. Hild. In cett. exilivit. 4) punctis ratio Codd. ed. pr. et Urs. punctistitio ed. Bas. Cant. Oberth. In cett. puncti spatio ex emend. mg. Urs. 5) offectione ed. LB. 6) saburratio Codd. ed. pr. Urs. saburrato ed. Bas. Cant. mg. Urs. Elm. Oberth. Orell. saporatiore ed. LB. saburraceo ed. Hild. ex Heinsii (Advv. I, 10.) conjectura, quam quomodo optimam potuerit dicere novissimus editor equidem non capio. Saburra enim quum πλήρωμα τῆς νεὼς, ἕρμα significet, nec nisi per iocum qui cibo potuque repletus est saburratus dicatur (Plaut. Cistell. I, 2, 2.), minime est probabile adj. saburraceus (modo hoc in latinitate extet) eodem translato sensu de ebrii sanguine posse usurpari. — In seqq. edd. praeter LB. et Hild. impletis praebent. 7) Abdera quantas vias mort. irridendi Cod. ed. pr. Urs. Elm. quam fias mort. irridenda ed. Bas. Cant. Oberth. Abdera quantas dares vias mort. irridendi ed. Hild. In cett. Abdera dares quantas vias mort. irridendi. — De Abderitarum stultitia, quae in proverbium abiit cf. Intt. ad Juven. Sat. X, 47.

8) ubi poma Codd. ibi poma ed. Hild. In cett. poma ibi. — In seqq. pro suriant Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. praebent surgant. In cett. suriant ex emend. mg. Urs. 9) relega-

165 pomis enim debuerat vivere quae mater fuerat facta de pomo. Postquam fetus emissus est, longe iussus est ab Sangario proiici, quem conceptum divinitus credidit esse iamdudum *nec dignatus* est [1]) subolem sui pignoris nuncupari. Lacte infans educatus hirquino est. O fabulam sexui inimicam semper atque infestissimam masculino, in qua secus virile [2]) non solum homines ponunt, sed pecudes etiam fiunt ex maribus matres [3]). Pulcritudine inclyta et praedicabili fuit insignitus decore. Admirabilis res satis, quod non illum foetor vitabilem reddidit fugiendumque caprinus. Mater eum dilexit Magna. Si nepotem ut avia, res simplex, sin theatra ut percrepant, infamis et flagitiosa dilectio est. Diligebat et Agdestis venatoriis eum muneribus locupletans. Ab [4]) semiviro quidem nullum esse poterat periculum castitatis, sed quid Midas horruerit, non est facile suspicantibus aestimare? [5]) Ipsis Mater est ingressa cum [6]) moenibus. Admirabamur quidem in hac parte vires et fortitudinem numinis, sed culpamus neglegentiam rursus [7]), quod cum legis meminisset et fati, patefecerit [8])

---

tam cj. Herald. et Rig. In Codd. et edd. religatam extat, quod ferri vix posse videtur. 1) designatus est Cod. Par. designavisse Cod. Br. (test. Anchers.) et si gnatus esset edd. omnes praeter Orell., qui ex Stewechii et Heraldi emend. et dedignatus est restituit, quod idem etiam Hild. reponere voluisse videtur, in cujus ed. mendose et dedignatus esset extat. nec dignatus est dedi ex mea emend. 2) qua se secus virile Codd. sexus viriles ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. Orell. In cett. secus virile. 3) Sic Cod. Par. a m. sec. ex maribus mares Cod. Par. a m. pr. et Cod. Br. ed. pr. Urs. etiam fiunt ex mares. ed. Bas. Cant. Oberth. ex maribus matres mg. Urs. ed. Elm. et Hild. In cett. fiunt ex maribus. Pulcritudine. 4) Sic Cod. ed. LB. et Hild. In cett. a semiviro. — Urgendum est in composito semiviro voc. vir. Agdestis enim duplici sexu instructus altero ab Libero privatus erat. Horrebat igitur Midas illud, quod supra in verbis c. 6. „et qua solum poterat minus rectis adsentationibus vinctus" expressum erat, scil. muliebria pati Agdestim ab Attide. Itaque nisi cum Heraldo signum interrogationis posueris post voc. aestimare, omni sensu hunc locum privaveris. Atque in omnibus quidem quot vidi edd. illo signo haec verba carent. 5) Sic Codd. et mg. Urs. et ed. Hild. In cett. existimare. 6) tum ed. pr. Bas. Cant. Urs. — In seqq. pro Admirabamur edd. omnes praeter pr. Urs. et Hild. habent Admiramur. mg. Urs.: Haud miramur vel Admiramur. 7) Sic Codd. ed. pr. Urs. LB. Hild. In cett. regis. 8) fati atefecerit Codd. fati, Atys fecerit ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth.

hostibus minus provida civitatem. Nuptialia celebrantibus vota furias Agdestis insaniamque subiicit. Si Midas rex offenderat, qui uxore adulescentulum vinciebat, quid admiserat [1]) Gallus, quid pellicis filia, ut ille se viro, haec mammarum honestate [2]) privaret? Tibi habe haec, inquit, propter quae res [3]) tantas animorum subversionibus concitasti. Nesciremus adhuc omnes quid in adulti corpore furor desiderasset Agdestius, nisi puer abscisa *satietati* obiecisset offensi [4]).

14. Quid dicitis o gentes? quid huiusmodi deditae opinionibus nationes? Nonne cum ista promuntur, arripit vos pudor et tantarum verecundia foeditatum? Nos avemus a vobis quid de diis dignum vel audire vel discere, at vero vos nobis mammarum expromitis exsectiones, amputationes virilium veretrorum, iras, sanguinem, furias, interitus virginum voluntarios et ex sanguine mortuorum flores atque 166
arbores procreatas. Dicite o iterum, ergone Deum Mater genitalia illa disiecta cum fluoribus [5]) ipsa per se maerens officiosa sedulitate collegit, ipsa sanctis manibus, ipsa divinis contrectavit ac sustulit flagitiosi operis instrumenta foedique, abscondenda etiam mandavit terrae, ac ne nuda in gremio diffluerent sic soli, priusquam veste velaret ac tegeret, lavit utique balsamis atque unxit? Unde enim violae nasci potuissent odorae [6]), nisi putorem membri un-

---

In cett. fati patefecerit ex emend. Heraldi. — In seqq. pro minus provida omnes edd. praeter LB. et Hild. habent providam.
1) amiserat ed. Hild. vitiose. — Miror in hoc loco nullum interpretum offendisse. Supra enim c. 7. Gallus quidem non memoratur sibi virilia exsecuisse. Hinc aut illic quaedam excidisse, aut hoc loco pro Gallus potius Attis restituendum putaverim. 2) viro — — — honestatem Cod. Hild. in sua ed. correxit: virum — — — honestatem quum apud Arnob. verbum privare, si Cod. uni tantum fidei tribui potest, passim cum duplici accusativo structum reperiatur. cf. II, 26. V, 30. Cett. edd. viro — — — honestate praebent. 3) quae iras ed. LB. 4) abscisa satietatis — offensi Codd. ed. pr. et Urs. abscissae satietatis — offensam ed. Bas. Cant. Oberth. abscissae societatis — offensam mg. Urs. ed. Elm. abscissa societati — offensae ed Orell. abscissas has partes — offenso ed. LB. abscisa satietati — offensi (h. e. ad satiendam offensi iram) ed. Hild.

5) Sic Codd. ed. Orell. et Hild. disiecta cum floribus ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. desecta cum fluoribus mg. Urs. ed. Elm. et LB. 6) potuissent, odore nisi ed. pr. Bas. Cant.

guentorum illa suffectio temperaret? Cum historias, quaeso, perlegitis tales, nonne vobis videmini aut textriculas puellas audire taediosi operis circumscribentes moras aut infantibus credulis avocamenta quaeritantes anus longaevas, et [1]) varias fictiones sub imagine veritatis expromere? Cum Iove locutus est Agdestis, ut amato restitueret vitam: adnuere Iuppiter recusavit, quia fatis potentioribus prohibebatur, ac [2]) ne esset omnino durissimus, unam largitus est gratiam, ne putore [3]) corpus dissolveretur ullo, succrescerent comae semper, minimissimus digitorum solus ut in corpore viveret, solus motus perpetuos exhiberet. Hocine quisquam admiserit aut credulitatis adsensione firmarit [4]), pilum in mortuo crescere, partem interisse [5]) et seiunctum ab lege [6]) putredinis immortale corpus adhuc usque durare.

15. Urgere vos iamdudum ad istius rei comparationem possemus, nisi stultitiae pars esset et talia discere et huiusmodi rerum indicia postulare [7]). Sed historia haec falsa est, neque ullam continet veritatis in se partem. Nostra quidem nihil interest, quorum causa contenditis exterminatos esse ab terris [8]) deos, utrumne sit constans et fidei firmitate conixa, an contra mendaciter et falsitatis alicuius fictione composita. Nobis enim satis est, quibus hodie manifestare propositum est, numina ista quae pro-

---

1) et deest in ed. Urs. et Elm. — Petr. Junius pro varias cj. vanas. — Cf. Ovid. Met. IV, 36 sqq. 2) at cj. Orell. 3) putrore ed. LB. pudore ed. Oberth. et Hild. vitiose. 4) Fortasse restituendum: „ut credulitatis — firmaret. 5) Sic Codd. et edd. praeter mg. Urs. Elm. et LB., in quibus non interisse legitur. partem integram esse cj. Memm. Pro partem malim partim. Sed Codd. lectio fortasse salva erit, si de veretro virili verba intellegis. — Pilum in mortuo crescere discere poterat Arnobius ex Arist. H. A. III, 11. Tertull. de An. c. 51. Alex. Aphrod. Problem. 145. 6) Sic Codd. ed. LB. et Hild. In cett. a lege. — In seqq. mg. Urs. ed. Elm. et LB. praebent mortale pro immortale.

7) Corrigo ita: ad istius rei comprobationem possemus, nisi stultitiae paris esset talia discere (Crus. in Cod. Par. legit dicere) et huiusmodi sqq. — Ut vulgo hic locus legitur, verba ad istius rei comparationem interpretantur per: ratione habita rei qualis est ac quomodo comparata. — confutationem pro comparationem cj. Huet. 8) Sic Cod. teste Crus. et ed. LB. Hild. affirmat Cod. a m. sec. abs terris habere et lectionem eam recepit. In cett.: a terris.

mitis si sunt uspiam gentium atque irarum fervoribus incalescunt, non magis a nobis quam a vobis accipere offen- 167
sionum furialium causas, et esse illam [1]) in rebus et a vobis in commentarios relatam, et a volentibus cotidie perlegi et futuri temporis per structionem [2]) per ordinem succedentium tradi. Quae si utique vera est, nullam videmus subesse rationem, cur nobis irasci perhibeantur dii caelites, cum turpitudines illorum tantas neque nos [3]) prodiderimus neque in litteras contulerimus ullas neque in publicam testificationem sacrorum celebritatibus miserimus. Sin autem, ut remini, falsa est et mendaciis interpolata fallacibus, ambigere hominum nullus potest, quin causa vos sitis offensae, qui vel talia quosdam conscribere siveritis aut conscripta durare saeculorum in memoria sitis passi.

16. Et tamen qui potestis falsitatis arguere conscriptionem istam, cum ipsa sacra sint testimonio, quae per cursus annuos factitatis, et credi a vobis esse vera [4]) et exploratae fidei iudicari? Quid enim sibi vult illa pinus, quam semper statutis [5]) diebus in Deum Matris intromittitis [6]) sanctuario? Nonne illius similitudo est arboris, sub qua sibi furens manus et infelix adulescentulus intulit et genetrix divum in solatium sui vulneris consecravit? Quid lanarum vellera, quibus arboris colligatis et circumvolvitis stipitem? Nonne illarum repetitio lanarum est, quibus *Ia* [7]) deficientem contexit et teporis aliquid rata est se posse

---

1) sc. historiolam de Matre Deum et Attide. — In seqq. in commentariis praebet ed. LB. 2) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. perstructione mg. Urs. et ed. Elm. per instructionem ed. Hild. In cett. pro instructione. Retinui Codd. verba. Nam et apud Tertull. de Patientia c. 3. ipsa voc. structio in Codd. legitur simili significatu, et in aliis ejusdem scriptoris locis saepius etiam verbum struere simplex deprehenditur pro composito instruere. V. Semleri Ind. in Tertulliani Lat. Olim emendaveram: et futuri temporis superstructionem per ordinem sacc. tradi. 3) nos deest in edd. omnibus praeter LB. et Hild.

4) veram emendat Meurs. — In seqq. pro exploratae ed. pr. Bas. Cant. Urs. (sed mg.: exploratae) explicatae praebent. 5) Sic Cod. a m. sec. et ed. Hild. In cett. statis, ut habet Cod. a m. pr. 6) intermittitis ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. intromittis ed. LB. vitiose. — De re v. supra ad c. 7. Zoega Abhandl. p. 179. Münter ad Firm. Mat. c. 27. 7) Iam Cod. littera majuscula, ut testatur Hild., qui hoc ipsum in suam ed. admisit. Ia ed. Orell. Ion ed. Elm. In cett. iam. — In seqq. et contexit habet ed. LB.

membris conciliare frigentibus? Quid compti violaceis coronis et redimiti arboris ramuli? Nonne illud indicant, uti mater primigeniis floribus adornaverit pinum, miserabilis indicem testimoniumque fortunae? Quid pectoribus adplodentes palmas passis cum crinibus Galli?[1] Nonne illos referunt in memoriam luctus, quibus mater turrita cum Agdesti lacrimabili puerum prosecuta est heiulatu? Quid temperatus ab alimonio[2] panis, cui rei dedistis nomen castus? Nonne illius temporis imitatio est, quo se numen ab Cereris fruge violentia maeroris abstinuit?

168 **17.** Aut si ea quae dicimus non sunt ita, vos edissertate, vos dicite: evirati isti mollesque, quos interesse vobiscum in istius numinis videmus sacris, quidnam istic habeant negotii, sollicitudinis, curae, et cur more lugentium caedant cum pectoribus lacertos et fortunam imitentur in lamentabili constitutorum sorte? Quid coronae, quid violae? quid volucra mollium*ve* velamenta[3] lanarum? Cur ad ultimum pinus ipsa paulo ante in dumis inertissimum nutans lignum, mox ut aliquod praesens atque augustissimum numen Deum Matris constituatur in sedibus? Aut enim haec causa est, quam in vestris scriptis et commentariis invenimus, et manifestum vos est[4] non divinas conficere caerimonias, sed imaginem tristium redintegrare gestorum; aut si alia ratio est, quam mysterii nobis abnegavit obscuritas, et ipsa quoque necesse est turpitudinis alicuius participetur infamia. Quis est enim qui credat, honestatis ali-

1) Cf. Apulej. Met. VIII, 27. 28. et Arrhian. IV, 8. 2) temperatus fabae alimonio ed. Bas. — De re v. Petav. in Juliani Or. V, p. 88. Intt. ad Aeliani V. H. II, 33. Lobeck Aglaoph. I, 189 sqq. Böttiger Ideen z. Kunstmyth. I, 132 sqq. Brisson. ad Marin. Vit. Procli p. 105.

3) volucra mollium velamenta Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Hild. quod emendavi; volucra mollium et velamenta ed. LB. voluere mollium velamenta ed. Orell. ex cj. Gronovii (Diatr. Stat. I, 6, 20. p. 110.) Volucrum voc. h. l. idem significare videtur, quod involucrum, quod ipsum olim reponendum putavi. Sed amat Arnobius simplicia ponere pro compositis. Cf. II, 24. volutum. III, 43. structae. V, 32. sectatio, V, 7. tecta. V, 16. structionem. Et Glossae tuentur voc. volucrum per εἴλημα explicantes. 4) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Hild. In cett. est vos. — In seqq. Codd. ed. pr. et Urs. habent quaerimonias pro caerimonias.

quid in ea re esse, quam *incant*[1]) viles Galli, effeminati conficiant exoleti?

18. Postulat quidem magnitudo materiae atque ipsius defensionis officium, ut similiter ceteras turpitudinum species persequamur, vel quas produnt antiquitatis historiae vel mysteria illa continent sancta, quibus initiis nomen est, et quae *hominibus* non vulgo[2]), sed paucorum taciturnitatibus *traditis*. *Sed*[3]) sacrorum innumeri ritus atque adfixa deformitas singulis corporaliter[4]) prohibet universa nos exsequi, quinimmo, ut verius[5]) exprimamus, a quibusdam nos ipsi consilio et ratione deflectimus, ne dum explicare contendimus cuncta, expositionis ipsius contaminationibus polluamur. *Fentam*[6]) igitur Fatuam, Bona quae dicitur Dea, transeamus, quam myrteis caesam virgis, quod marito nesciente *seriam*[7]) meri ebiberit plenam, Sextus Clodius indicat sexto de Diis graeco[8]), signumque monstrari, quod cum ei divinam rem mulieres faciunt, vini amphora constituatur obtecta nec myrteas fas sit inferre verbenas, sicut suis scribit in Causalibus Butas[9]). Sed et deos Con- 169

---

1) inhiant Codd. ed. pr. et Urs. ineant ed. Bas. Cant. mg. Urs. Elm. Oberth. initient mg. Urs. initiant ed. LB. et Orell. inchoant cj. Herald. initant ed. Hild., quas emendationes infirmat vel sequ. conjunctivus conficiant, quem Codd. tuentur, et pro quo in sola ed. LB. conficiunt indicativus reperitur.

2) omnibus non vulgo Codd. et ed. pr., unde restituendum putavi: hominibus non vulgo. In edd. cett. est: non omnibus vulgo. Olim cj. non omnibus, non vulgo. 3) tradidisse Codd. ed. pr. et Urs. traduntur, sed ed. Bas. Cant. Oberth. tradunt, sed mg. Urs. In cett. traditis, sed. 4) h. e. per membra et partes. 5) Sic Codd. ed. LB. et Hild. In cett. verum. — In seqq. pro a quibusdam Codd. ed. pr. et Urs. a quibus praebent. 6) fetam Codd. Foetam ed. pr. Foedam ed. Bas. Cant. Oberth. Fentam ed. Hild. Faunam ed. Urs. cum cett. — Cf. ad I, 36. Klausen Aen. VI, 314 sqq. Merkel Proll. ad Ovid. Fast. p. CCIV sq. et Intt. ad Juven. Sat. VI, 314 sqq. 7) se mariam Cod: seriolam ed. Hild. In cett. seriam. Equidem emendaverim senariam sc. urnam vel amphoram. 8) Sic Codd. et edd. Graecorum Vet. Lib. Ernstii et mg. Urs. Sed Lactant. I, 22. huius Clodii librum de Diis graece scriptum fuisse diserte commemorat. Sextum Clodium quidam putant eundem cum rhetore ejusdem nominis Siculo, de quo Sueton. de Cl. Rhet. l. ubi v. Intt. Cf. Bünem. ad Lact. l. l. et Voss. de Hist. Gr. IV, p. 511. Orell. Onom. Tull. p. 164, et inprimis Krause Vit. et Frr. Vett. Hist. Rom. p. 213 sq., qui Sextum Clodium seiungit ab Clodio Licino, quocum eum confuderat Fr. Lachmann. de Fontt. Livii p. 23. 9) putas Codd. ed. pr. et Urs. vitiose. — V. Plut.

serentis [1]) pari more ac dissimulatione taceamus, quos cum ceteris scribit Flaccus [2]) in humani penis similitudinem versos obruisse se [3]) cineri, qui sub ollula fuerat factus extorum: quem cum Tanaquil dimoveret Etruriae disciplinarum perita, subrexisse se [4]) deos et nervis obduruisse divinis. *Corniculanae dein* [5]) imperavisse captivae, ut intellegeret et agnosceret, quid sibi res vellent; Ocrisiam prudentissimam feminam divos inseruisse genitali, explicuisse motus certos: tunc sancta *effervenția* [6]) numina vim vomuisse Lucilii [7]) ac regem Servium natum esse Romanum.

19. Bacchanalia etiam praetermittemus *immania* [8]) quibus nomen Omophagiis [9]) graecum est, in quibus furore mentito et sequestrata pectoris sanitate circumplicatis vos anguibus [10]), atque ut vos plenos dei numine ac maiestate doceatis, caprorum reclamantium viscera cruentatis oribus dissipatis. Nec non et Cypriae Veneris abstrusa illa initia praeterimus [11]), quorum conditor indicatur Ci-

---

Rom. 21. 1) Conferentis Codd. ed. pr. et Urs. Conferenteis ed. Bas. Cant. Elm. Oberth. Conserentis ed. Hild. In cett. Conserenteis. Consentes alii conj. — V. de his diis Hertzberg de Diis Rom. Patr. p. 22. et 30 sqq. Merkel l. l. p. CCXXXVII. et Panofka in Mus. Rhen. a. 1845. tom. IV. fasc. 1. Rem ipsam narrant Ovid. Fast. VI, 627 sqq. et paulo aliter Dion. Hal. IV, 2. 2) Intelligendus est aut Granius Flaccus, de quo dictum est ad III, 31., aut Verrius Flaccus, de quo Sueton. de Ill. Gramm. c. 17. Voss. de Hist. Lat. I, 20. Müller Praef. ad Fest. p. XII, sqq. Lersch Sprachphil. d. Alten III, p. 112 sqq. 3) se deest in ed. pr. Bas. Cant. Pro cineri Meurs. aliique emendarunt cinere. Non male. 4) se deest in ed. Urs. 5) Cornicula inde Codd. Corniculanae ed. Bas. Elm. Orell. Hild In cett. Corniculae. Corniculanae dein dedi ex emend. Rig. — Pro imperavisse ed. Cant. vitiose impetravisse habet. 6) et ferventia Codd. et edd., quod correxi. 7) V. Varro de L. L. V, 63. ed. Müller cf. Dousa ad Lucilii Frr. p. 207. ed. Haverk. et Scal. ad Manil. Astron. II, p. 187. ed. Commel.

8) praetermittemus inania Codd. ed. pr. et Urs. praetermittemus immania ed. Hild. In cett. praetermittamus immania. 9) Clem. Alex. Protr. p. 11. ed. Potter. — De Omophagiis v. Visconti in Museo Chiaramont. I, 96. Creuzer Symb. III, 387 sqq. Böttiger Kunstmyth. I, 388 sqq. Voss Mythol. Br. V, 14 sqq. Stuhr Religionssyst. d. Hell. p. 431 sqq. Cf. Sext. Empir. Pyrrh. Hypotyp. III, 25. Maimonid. Mor. Nebochim. Part. III, c. 48. Ch. G. Schwarz Opusc. Acad. c. 3. p. 82. ed. Harl. 10) Cf. Firm. Mat. 6. Schol. ad Lycophr. 143. Creuzer Symb. III, 187. — In seqq. ed. Hild. mendose habet doceamus pro doceatis. 11) Sic Codd. ed. pr. et Urs. praeteriemus (!) ed. Hild. In cett. praeter-

nyras rex fuisse, in quibus sumentes ea[1]) certas stipes inferunt ut meretrici et referunt phallos propitii numinis signa donatos[2]). Oblivioni etiam Corybantia sacra[3]) donentur, in quibus sanctum illud mysterium traditur: frater trucidatus[4]) ab fratribus, interempti ex sanguine apium[5]) natum, prohibitum mensis holus[6]) illud apponi, ne a manibus mortui inexpiabilis contraheretur offensio. Sed et illa desistimus Bacchanalia altera praedicare, in quibus arcana et tacenda res proditur insinuaturque sacratis, ut occupatus puerilibus ludicris distractus ab Titanis[7]) Liber sit, ut ab iisdem membratim sectus atque in ollulas coniectus ut coqueretur, quemadmodum Iuppiter suavitate odoris[8]) illectus, invocatus advolarit[9]) ad prandium, compertaque re gravi grassatores obruerit fulmine atque in imas Tartari praecipitaverit sedes. Cuius rei testimonium argumentumque fortunae suis prodidit in carminibus Thracius[10]) talos, speculum, turbines, volubiles rotulas et teretis[11]) pilas et virginibus aurea sumpta[12]) ab Hesperidibus mala.

20. Erat[13]) nobis consilium praeterire, praetervehi illa etiam mysteria, quibus Phrygia initiatur atque omnis

eamus. 1) Malim ei ex Clem. verbis: „νόμισμα δὲ εἰσφέρουσι αὐτῇ — ὡς ἑταίρᾳ. 2) Clem. Alex. Protr. p. 13. Firm. Mat. c. 9. ibique Münter. Münter: Der Tempel d. himml. Göttin zu Paphos p. 17. Cf. Spanh. ad Callim. p. 60. 3) Clem. Alex. Protr. p. 15. Firm. Mat. c. 12. ibique Münter. Sainte-Croix I, 79 sqq. Lobeck Aglaoph. II, 1139 sqq. Barth Kabiren p. 61 sqq. Klausen Aen. I, 11 sqq. Creuzer Symb. II, 41. 152. 767 sqq. Cf. Gerhard Etr. Spiegel I, 64 sqq. et in Abhandl. d. Berl. Akad. 1836. Sect. Philos. Hist. p. 336 sqq. 4) Sic Codd. mg. Urs. Elm. LB. Orell. Hild. In cett. *trucidatur.* — In seqq. edd. invito Cod. praebent: *a fratribus.* 5) Cf. Böttiger Sab. I, 211 sqq. 244 sqq. et Kl. Schr. III, 182 sqq. Voss ad Virg. Georg. IV, 121. 6) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. *olus.* 7) Sic Codd. test. Anchers. et Hild, sed Crusius in Par. *titantis* (unde *Titanibus* emendandum foret) extare dicit. *Titanibus* praebent omnes edd. praeter Hild. 8) *nidoris* mg. Urs. ed. Elm. et LB. — Voc. *illectus* pro gloss. habet Hild. 9) *advolaverit* ed. Oberth. et Orell. 10) Sic Codd. et pr. et Urs. In cett. *carminibus vates Thracius.* 11) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. *teretes.* — De Zagrei crepundiis v. Lobeck Aglaoph. I, 699 sqq. Creuzer Symb. III, 391 sqq. Baur Symb. II, 2, 183 sqq. Voss Mythol. Br. V, 53 sqq. Böttiger Amalth. I, 27 sqq. et Kunstmyth. II, 10 sqq. 12) Sic Codd. ed. pr. Urs. LB. Oberth. Orell. In cett. *assumta.*

13) Sic Codd. et edd. praeter LB. et Orell., in quibus: *Ea erat*

gens illa, nisi nomen interpositum his Iovis prohiberet nos strictim iniurias eius ignominiasque transire, non quo nobis dulce sit tam foedis inequitare mysteriis, sed ut ipsis vobis promptum etiam atque etiam fiat, quid in eos congeratis iniuriae, quorum profitemini vos esse custodes, vindices, veneratores. Quondam Diespiter, inquiunt, cum *in Cererem* suam [1]) matrem libidinibus improbis atque inconcessis cupiditatibus aestuaret, (nam genetrix haec Iovis regionis eius ab accolis traditur) neque tamen auderet id quod procaci adpetitione conceperat apertissima vi petere, ingeniosas comminiscitur captiones, quibus nihil tale metuentem castitate imminueret genetricem: fit ex deo taurus et sub pecoris specie subsessoris animum atque audaciam celans in securam et nesciam repentina immittitur vi furens, agit incestius [2]) res suas et prodita per libidinem fraude intellectus et cognitus evolat: ardescit furiis atque indignationibus mater, spumat, anhelat, exaestuat, nec fremitum continere tempestatemque irarum valens ex continua passione Brimo [3]) deinceps ut appellaretur adsumpsit, neque alia cordi est res ei, *quam ut* [4]) audaciam filii poenis quibus potis est persequatur.

21. Iuppiter satagit fractus metu nec quibus remediis leniat violatae animos reperit. Fundit preces et supplicat: obstructae sunt dolentes [5]) aures. Adlegatur deorum universus ordo: nullius auctoritas tanta est ut audiatur; ad postremum filius vias satisfactionis inquirens comminiscitur remedium tale. Arietem nobilem bene grandibus cum testiculis deligit, exsecat hos ipse et lanato exuit ex folliculi tegmine. Accedens maerens et summissus ad

---

extat — In seqq. voc. praeterire Hild. pro gloss. habet, et pro gens illa Memm. cj. gens Ilia. 1) inicere suam Codd. Scalig. cj. inire Cererem. Voc. suam desideratur in ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. et Orell. — De re v. Clem. Alex. Protr. p. 13. Cf. Lobeck Aglaoph. I, 586 sqq. 2) Sic Cod. ed. LB. Oberth. Orell. Hild. In cett. incestus. 3) primo Codd. ed. pr. Bas. In cett. Brimo ex emend. Cant. et mg. Urs. — De deae appellatione hac Brimo v. Schol. ad Lycophr. 1176. et ad Apollon. III, 860. Etym. M. s. v. *Βριμώ*. Barth ad Stat. Silv. I, p. 221. et Markl. ad II, 3, 38. p. 235. Stuhr Religionssyst. d. Hell. p. 48 sq. Creuzer Symb. II, 123 sqq. — In seqq. appellatur habent ed. pr. Bas. Cant. appellaretur ed. Urs. Elm. Oberth. Hild. In cett. appelletur. 4) quin Codd. quia ed. pr. sed in errat. quam ut cum cett. edd.

5) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. dolentis.

matrem et, tamquam ipse sententia condemnasset se sua, in gremium proiicit et *facit* [1]) hos eius. Virilitate pignoris visa sumit animum mitiorem et *concepti* [2]) fetus revo- 171
catur ad curam: parit mensem post decimum luculenti filiam corporis, quam aetas mortalium consequens modo Liberam, modo Proserpinam nuncupavit. Quam cum *verveceus* [3]) Iuppiter bene validam, floridam et suci esse conspiceret plenioris, oblitus paulo ante quid malorum et sceleris esset adgressus et temeritatis quantum, redit ad priores actus [4]), et quia nefarium videbatur satis patrem cum filia comminus [5]) uxoria coniugatione misceri, in draconis terribilem formam migrat, ingentibus spiris pavefactam colligat virginem et sub obtentu fero [6]) mollissimis ludit atque adulatur amplexibus. Fit ut et ipsa de semine fortissimi compleatur Iovis, sed non eadem condicione qua mater: nam illa filiam reddidit liniamentis descriptam suis, at ex partu virginis tauri *species* [7]) fusa, Iovialis monumenta pellaciae. Auctorem aliquis desiderabit rei: tum illum citabimus Tarentinum [8]) notumque senarium, quem antiquitas canit dicens: *Taurus draconem genuit, et taurum draco* [9]). Ipsa novissime sacra et ritus initiationis ipsius, quibus Sebadiis [10]) nomen est, testimonio esse poterunt veritati, in quibus aureus coluber in sinum demittitur [11])

---

1) Sic correxi. Codd. et edd. habent iacit. 2) concepit Cod. concipit ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. Elm. In cett. concepti. 3) virviriceus Codd. virginarius ed. Hild. In cett. verveceus. Verveceus autem appellatur Juppiter, quia testiculos quos tradidit Cereri, non sibi ipsi sed arieti exsecuerat. Aliter Reines. ad Petron. c. 67. p. 438., qui verveceum Jovem libidinosum explicat. 4) astus cj. Stewech. aestus cj. Hild. 5) h. e. aperte et sine ambagibus. 6) feri mg. Urs. et ed. Elm. 7) specie Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. species est mg. Urs. In cett. species. In seqq. malim monumentum vel monumento. 8) Recte suspicari videtur Herald. versum hic ab Arnobio prolatum pertinere ad fabulam Rhintonicam. 9) Clem. Alex. Protr. p. 15. Firm. Mat. c. 27. ibique Intt. 10) Sabadiis ed. LB. — De Sebadiis v. Heyne in Comment. Soc. Gott. tom. VIII. Sainte-Croix Rech. II, 93 sqq. Creuzer Symb. III, 349. et Dionys. p. 267 sqq. Lobeck Aglaoph. I, 296 sqq. 639 sqq. 655 sqq. II, 1046 sqq. Stuhr l. l. 430. Cf. Baur Symb. II, 2, 112 sqq. et 179 sqq. Voss Mythol. Br. II, 317 sqq. et V, 5 sqq. et 200 sqq. Otfr. Müller Etr. II, 76 sqq. Gerhard Etr. Spiegel p. 41 sqq. Böttiger Ideen z. Archaeol. d. Malerei p. 173 sqq. 11) Sic mg. Urs. In Codd. et edd. est dimittitur. — De re cf. Firm. Mat. c. 11. ibique Münter.

consecratis et eximitur rursus ab inferioribus partibus atque imis.

22. Non esse arbitror necessarium sermone quoque hic multo membra ire per singula quantaeque insint in partibus *privis* [1]) turpitudinum scatebrae flagitiorumque monstrare. Quis est enim mortalium vel exiguae humanitatis sensum ferens, qui non ipse pervideat, qualia sint [2]) haec omnia, quam scelerata, quam foeda quantasque ignominias dii ferant [3]) ex ipsis mysteriorum sacris et ex sacrorum originibus indecoris? Iuppiter, inquit, exarsit in Cererem. Quid tantum, quaeso, de vobis Iuppiter iste quicunque est meruit, quod genus est nullum probri, infame adulterium nullum, quod in eius non caput velut in aliquam congeratis
172 vilem luteamque personam? Matrimonii prodidit ius Leda: Iuppiter esse dicitur auctor culpae. Virginitatem Danae custodire nequivit: furtum esse narratur Iovis. Ad mulieris nomen properavit Europa: expugnator pudicitiae idem esse iactatur. Alcmena, Electra, Latona, Laodamia, mille aliae virgines ac mille matres cumque illis Catamitus puer pudoris spoliatus est honestate: eadem ubique est Iuppiter fabula, neque ullum turpitudinis genus est, in quo eius non nomen consociatis libidinibus conseratis [4]), ut videatur miserabilis prorsus nullam non esse causam ob aliam natus, nisi ut esset criminum sedes [5]), maledictorum materia, locus quidam expositus, in quem spurcitiae se omnes *e* scenarum [6]) colluvionibus derivarent. Quem tamen si diceretis cum extraneis habuisse commercium feminis, impia res quidem, sed tolerabilis esset maledictionis [7]) iniuria. Etiamne in matrem, etiamne in filiam efferati pectoris appetitionibus adhinnivit, neque illum sanctitas aut reverentia genetricis, horror etiam pignoris ex se sati ab imagine potuit tam foedae cogitationis [8]) abducere?

---

1) Sic emendavit Davies in Misc. Obss. IV, p. 418. In Codd. et edd. est pravis sine sensu. 2) sunt ed. pr. Bas. Cant. Urs. Codd. et cett. edd. sint habent. 3) differant Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. di ferant ed. Hild. In cett. dii ferant ex Meursii emend. 4) Nos „keine Art von Schändlichkeit, bei welcher Ihr nicht Iuppiters Namen mit doppelten und dreifachen Zügellosigkeiten in Verbindung bringt. — inseratis mg. Urs. ed. LB. 5) seges mg. Urs. et ed. Orell. 6) omnes screnarum Cod. omnes scoenarum ed. pr. omnes sentinarum ed. LB. In cett. omnes scenarum. 7) maleactionis ed. Bas. et Orell. 8) h. e. consilii.

23. Vellem itaque [1]) videre patrem illum deorum Iovem, aeternam rerum atque hominum potestatem, bubulis esse cohonestatum cornibus, hirsutas agitantem aures, contractis in ungulas [2]) gressibus rumigantem pallentis herbas, et ex parte postica caudam, suffragines, talos *molli fimo* [3]) perlitum atque intestina proluvie delibutum. Vellem, inquam, videre (dicendum est enim saepius) torquentem illum sidera et qui pallidas nationes fragore perterret [4]) et prosternit, consectantem vervecum greges, inspicientem testiculos arietinos, arripientem hos manu censoria illa atque divina, qua vibrare coruscos ignes et saevire fulminibus suetus est; tum deinde secreta rimantem ferventi *in bulga* [5]), summotisque arbitris circumiectas prolibus diripientem membranulas, ferventique adhuc matri velut quasdam infulas eliciendae miserationis offerentem: deductum, pallidum, saucium, simulantem doloris cruces [6]), 173
et ad fidem facto faciendam arietino sanguine coinquinatum et mendacia vulneris lanis [7]), fasceis linteolisque contectum. Hocine audiri et perlegi sub mundi hoc axe? et eos, qui haec tractant, existimari se velle pios, sanctos religionumque custodes? Estne aliquod sacrilegium hoc maius, aut ulla mens [8]) inveniri tam irreligiosis potest opinionibus *praedita* [9]), quam quae talia credit aut accipit aut sacrorum intimis se mysteriis prodit? Iuppiter ille quicunque est, si

---

1) ita ed. Cant. 2) ungulam ed. Oberth. et Orell. — In seqq. ed. Hild. cum Codd. rumigantem pallentis, cett. ruminantem pallentes habent. 3) Sic mg. Urs. ed. Elm. LB. Oberth. Orell. molissimo Cod. Par. a m. pr. molli simo Vet. Lib. Ernstii. mollissimo Cod. Br. ed. pr. et Urs. mollissima Cod. Par. a m. sec. et ed. Hild. mollissimos ed. Bas. et Cant. mollissimo fimo cj. Stewech. 4) Sic Cod. a m. sec. perterrit a m. pr. habet. perterit ed. Hild. In cett. perterret. 5) Sic emendavi. rimantem ferventi nullas Codd. ed. pr. et Urs. rimantem ferventi in olla Vet. Lib. Ernstii. rimantem illa omisso voc. ferventi ed. LB. rimantem in ferventi vulva (!) ed. Hild. In cett. rimantem ferventis smila. Voc. bulga Placidi Glossae „saccum coreum" et Non. s. v. „capacitatem cum laxitate" explicant. Apte sic appellari posse scrotum arietinum ponderosum, laxum atque pendulum nemo est qui non concedat. Hinc etiam Laber. ap. Tertull. de Pallio l. arietem testitrahum dicit. Cf. Lucil. ap. Non. p. 235. 6) crucis Codd. et ed. Hild. 7) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. laneis. 8) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. gens. 9) praedicata Codd. mendose.

sentiret se esse aut si ullo sensu adficeretur iniuriae, nonne digna res esset, propter quam iratus et percitus terram nostris subduceret gressibus, solis lumina extingueret atque lunae, quinimmo res omnes in antiquae speciem confunderet unitatis?

24. Sed non sunt, inquit, reipublicae nostrae haec sacra. Quisnam istud dicit aut quis reponit? Romanus, Gallus, Spanus [1]), Afer, Germanus aut Siculus? Et quid adiuvat causam, si vestra haec non sunt, cum qui ea conficiunt sint vestrarum partium? aut quid refert, utrumne ea probetis, nec ne, cum quae vestra sunt [2]) propria aut in simili foeditate aut turpitudinis genere reperiantur esse maiore? Vultis enim consideremus mysteria et illa divina, quae Thesmophoria [3]) nominantur a Graecis, quibus gente ab Attica sancta illa pervigilia consecrata sunt et pannychismi graves? [4]) Vultis, inquam, videamus, quas origines habeant quasve causas, ut Athenas etiam probemus ipsas humanitatis artibus studiisque pollentes tam in deos dicere contumeliosa, quam dictitent [5]) alii, nec minora ab his probra, quam ceteris obiiciantur a vobis, religionis sub specie publicari? Quodam, inquiunt, tempore cum in Siciliae pratulis purpureos legeret nondum mulier flores et adhuc virago [6]) Proserpina, cumque illam per floream messem huc atque illuc passim lectionis cupiditas avocaret, per profundae altitudinis speluncam [7]) rex prosiliens Manium

---

1) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. Hispanus. 2) Sic Cod. mg. Urs. et ed. Hild. In cett. sint. — In seqq. voc. in ante simili deest in omnibus edd. praeter Hild. 3) Thesmophoria hic confundi cum Eleusiniis jam monuit Salm. ad Solin. p. 527. — De Thesmophoriis v. Creuzer Symb. IV, 440 sqq. Baur Symb. II. 2, 325 sqq. Stuhr l. l. p. 344 sqq. Böttiger Kunstmyth. II, 263 sqq. Wellauer de Thesmophoriis. (Vratislaviae 1820.) et Du Theil in Mém. de l'Acad. XXXIX, p. 203 sqq. 4) phanniciismi graves Cod. phanniciis migrave ed. pr. et Urs. Pannychia! ni grave mg. Urs. et ed. Hild. In cett. pannychismi graves. — De pannychismis v. Intt. ad Petron. c. 21. et Sainte-Croix Réch. II, p. 12 sqq. Graves vero hi pannychismi per ironiam dicuntur. 5) Sic Codd. et edd. praeter pr. Bas. Cant. Urs., quae dictent praebent. 6) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. virgo. — De re v. Firm. Mat. c. 7. ibique Münter. Hygin. fab. 146. et Intt. Ovid. Fast. IV, 420 sqq. et inprimis Welcker in Comm.: Der Raub der Kora, in Zeitschr. f. Gesch. d. alt. Kunst I, 1, p. 1 sqq. 7) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. (mg. specum) Oberth. Hild. In cett. specum. — De hac spelunca v.

raptam virginem secum vehit et terrarum absconditur successibus rursus. Quod cum factum nesciret Ceres nec filia esset ubinam gentium suspicaretur, intendit animum perditam toto in orbe conquirere: sumit faces geminas flammis *compraehensas* Aetneis [1]) quibus sibi praelucens pergit ire quaesitum terrarum in regionibus cunctis. 174

25. In istius conquisitionis errore Eleusinios etiam pervehitur fines [2]). Pagi istud est nomen regione in Attica constituti. *Quinque* [3]) illud temporis has partes incolebant terrigenae, quibus nomina haec fuerant: Baubo, Triptolemus, Eubuleus, *Eumolpus* [4]), Dysaules, boum iugator Triptolemus, capellarum Dysaules custos, Eubuleus porcorum, gregis lanitii Eumolpus, a quo gens *effluit* [5]) Eumolpidarum et ducitur clarum illud apud Cecropios nomen et qui postea floruerunt caduceatores, hierophantae atque praecones [6]). Igitur Baubo illa, quam incolam dixi-

---

Spanh. ad Callim. p. 674. 1) flammis onere pressas etneis Codd. unde quod restituendum sit nescire me fateor. fl. onere pressas et etneis ed. pr. fl. onere pressas Aetnaeis ed. Urs. fl. ociter prensas Aetneis ed. Hild. In cett. comprehensas ex loco c. 35. Contracta forma prendere pro prehendere aut prensus pro prehensus uspiam usum esse Arnobium documentum aut vestigium extat nullum.

2) Clem. Alex. Protr. p. 16 sqq. Pro Eleusinios, quod Codd. praebent cum ed. LB. et Hild., cett. edd. omnes Eleusinos habent. 3) qui Codd. et edd. atque cj. Herald. quinque id temporis cj. Livin. Bernhardy qui delendum esse censet. 4) Voc. Eumolpus in Codd. non legitur et videtur negligenter omissum librario propter similitudinem praecedentis vocabuli. Hild., qui Eumolpus, Eubuleus restituendum consebat, in ed. dedit: Triptolemus, Eubuleus, Dysaules, Eumolpus, boum sqq. cum ed. LB. Oberth. et Orell. In cett. omnibus ut et in Cod. Br. verba: Eubuleus, Eumolpus, Dysaules, boum iugator Triptolemus omnino non habentur. Pro Eubuleus vett. edd. Euboleus et edd. Oberth. et Orell. in secundo loco vitiose Eubolcus praebent. — De Dysaule cf. Paus. I, 14. et de Eubuleo Gerhard Prodr. p. 53. c. adn. et p. 81. adn. 74. Baubonem Misman vocant Nicand. Alexiph. 130 sqq. et Anton. Liber. c. 24. ubi v. Verh. p. 107. Auctor Hymni in Cer. v. 197 sqq. dicit a Metanira, Celei Eleusinii conjuge, Cererem primum recreatam potu, postquam ab Jamba, Metanirae famula exhilarata esset. Cf. Schott. ad Procli Chrest. p. 30. et Gierig ad Ovid. Met. V, 447. 5) a quo gens et fluit Codd. ed. pr. Urs. Hild. a quo et gens fl. ed. Bas. Cant. Elm. Oberth. Orell. et gens et fluit ed. LB. a quo gens effluit mg. Urs. prob. Cant. et Hild. 6) Cf. Sainte-Croix l. l. I, 217 sqq.

mus Eleusini fuisse pagi, malis multiformibus fatigatam accipit hospitio Cererem, adulatur obsequiis mitibus, reficiendi corporis rogat curam ut habeat, sitienti adorî[1]) oggerit potionem cinnum, cyceonem quem[2]) nuncupat Graecia: aversatur et respuit humanitatis officia maerens dea, nec eam fortuna perpetitur valetudinis meminisse communis[3]). Rogat illa atque hortatur contra, sicut mos est in huiusmodi casibus, *ut ne*[4]) fastidium suae humanitatis adsumat: obstinatissime durat Ceres et rigoris indomiti pertinaciam retinet. Quod cum saepius fieret neque ullis quiret obsequiis ineluctabile propositum fatigari, vertit Baubo artes et quam serie non quibat allicere ludibriorum statuit exhilarare miraculis: partem illam corporis, per quam secus femineum[5]) et subolem prodere et nomen solet adquirere *genetricum*[6]) longiore ab incuria liberat, facit sumere habitum puriorem et in speciem levigari nondum duri atque striculi pusionis. Redit *ita* ad[7]) deam tristem et inter illa communia, quibus moris est frangere ac temperare maerores, retegit se ipsam atque omnia illa pudoris loca revelatis monstrat inguinibus: atque pubi adfigit oculos[8]) diva et inauditi specie solaminis pascitur. Tum diffusior facta per risum aspernatam sumit atque ebibit potionem, et quod diu nequivit verecundia Baubonis exprimere, propudiosi facinoris extorsit obscenitas.

---

1) Sic Cod. a m. pr. et ed. Hild. adoris ed. LB. et Orell. In cett. ut in Cod. a m. sec. ardori. Olim malui sitientis ardori.— In seqq. ed. pr. Bas. Cant. et Urs. cum Cod. a m. pr. praebent cynum. In cett. ut in Cod. a m. sec. est cinnum. Cinnus sive cyceon quid sit docet Hesych. s. v. *Κυκεῶ· κυκεῶνα. ἐξ οἴνου καὶ μέλιτος καὶ ὕδατος καὶ ἀλφίτων ἀναμεμιγμένον πόμα.* V. Fest. et Non. s. v. Cf. Ovid. Met. V. 449 sqq. Anton. Liber. c. 24. Coray ad Theophr. Char. IV, 1. p. 117. Schneider Ecl. Phys. p. 139. Creuzer in Comm. I. de Caussis Rer. Bacch. p. 50. 2) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. quam. 3) h. e. quae omnibus curae esse solet. Olim cj. meminisse. Comis rogat. Pro fortuna Cod. ed. pr. et Urs. vitiose fortunam praebent. 4) casibus anne Cod. teste Crus. casibus ane Cod. test. Hild. In edd. casibus ne est. casibus anus, ne cj. Herald. Equidem malim ut ne vel at ne. 5) Sic Codd. ed. Elm. LB. Orell. et Hild. sexus femineam ed. pr. et Urs. In cett. sexus femineus. 6) Sic optime emendavit Livin. Codd. generi cum, ed. pr. generi eum, ed. Urs. et Hild. genericum, ed. LB. generi, tum, cett. edd. generi, eam habent. 7) redit a ad Cod. quod emendavit Stewech. In edd. est redit ad. — In seqq. voc. maerores deest in Cod. Br. 8) Voc. oculos deest in Cod. Br.

26. Calumniari nos improbe siquis forte hominum suspicatur, libros sumat Threicii [1]) vatis, quos antiquitatis memoratis esse divinae, et inveniet nos nihil neque callide fingere neque quo sint risui deûm quaerere atque efficere sanctitates [2]): ipsos namque in medio ponemus versus, quos Calliopae filius ore edidit graeco et cantando per saecula iuri [3]) publicavit humano:

Sic effata [4]) *simul vestem* [5]) *contraxit ab imo*
Obiecitque oculis formatas inguinibus res
Quas cava succutiens [6]) *Baubo manu, nam puerilis*
Ollis [7]) *vultus erat, plaudit contrectat amice.*
Tum dea defigens augusti luminis orbes,
Tristitias animi paulum mollita reponit:
Inde manu poculum [8]) *sumit risuque sequenti*
Perducit totum cyceonis laeta liquorem.

Quid *Erichthidae o cati* [9]), quid cives Minervii dicitis? Havet animus scire, quibus sitis eloquiis tam periculosa negotia defensuri, vel artibus habeatis quibus tam con-

---

1) Thracii Vet. Lib. Ernstii. 2) sanctitatem Cod. 3) generi mg. Urs. et ed. Elm. 4) Habes hos versus graece ap. Clem. Alex. Protr. p. 17. et ap. Euseb. Praep. Ev. II, 5.: *Ὥς εἰποῦσα πέπλους ἀνεσύρετο, δεῖξε δὲ πάντα Σώματος οὐδὲ πρέποντα τύπον· παῖς δ' ἦεν Ἴακχος, Χειρί τε μιν ῥίπτεσκε γελῶν Βαυβοῦς ὑπὸ κόλποις. Ἡ δ' ἐπεὶ οὖν μείδησε θεὰ, μείδησ' ἐνὶ θυμῷ, Δέξατο δ' αἴολον ἄγγος, ἐν ᾧ κυκεὼν ἐνέκειτο.* In quibus versibus emendandis et explicandis elaborarunt D. Heins. ad Clem., P. Leopard. Emendd. VI, 25. Gesner ad Orphei frr. 16. p. 475. ed. Herm., Corn. de Pauw. ad Anacr. p. 181. Latinam versionem tentarunt Salm. ad Solin. p. 527 sqq. et in Ep. ad Menag. p. 68 sqq., Behot. in Apophor. III, p. 143., Lambin. ad Lucret. VI, 436. Cf. Meurs. Att. Lectt. I, 15. et Salm. de Herode Infanticida p. 208 sqq., qui recte judicat Arnobium male expressisse Graecum. 5) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. In cett. sinu vestem ex emend. Lambini. 6) suffutiens ed. Oberth. Pro Baubo manu P. Scriver., Joh. Auratus et Putean. Bacchi manu' emendarunt. Versui claudicanti vario modo succurrere conati sunt vv. dd. At recte jam Herald. monuit Christianos ejus aevi poetas, inprimis Afros, numeros parum curare. Hinc etiam refutandi erunt qui in seqq. praeter Codd. auctoritatem poclum pro poculum corrigere conati sunt. 7) Sic Codd. et edd. praeter pr. Bas. Cant. et Urs., quae Olli praebent. — In seqq. ed. pr. et Urs. vitiose habet: plaudit conctata micae, quod primum emendavit Gelenius. 8) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. poclum. — Pro sequenti Petr. Jun. cj. frequenti. 9) erithideo cati Codd. Erechthidae cati ed. LB. Erichthidae o cati ed. Hild. ex Pith. emend. In cett. Erichtheo sati. — Cives Minervii sunt

fossis salutem dare personis, vulneribus atque causis. Non est ita [1]) falsa suspectio, nec delatione adpetimini calumniosa: Eleusiniorum vestrorum notas et origines producunt turpes [2]) et antiquarum elogia litterarum, ipsa denique symbola, quae rogati sacrorum in acceptionibus respondetis: *Ieiunavi atque ebibi cyceonem: ex cista* [3]) *sumpsi et in calathum misi: accepi rursus, in cistulam transtuli.*

27. Ergone, ut promunt [4]) sancta illa atque arcana mysteria, rapiuntur et rapiunt dii vestri, matrimonia copulant fraudibus adpetita furtivis, ab [5]) repugnantibus et invitis decus virginitatis eripitur, imminentes nesciuntur iniu-
176 riae, quidnam raptis acciderit ignoratur, *amissae* [6]) quaeruntur ut homines et sub sole clarissimo cum lucernis et facibus orbis peragrant vastitatem? Adficiuntur, aegrescunt, lugentium sumunt sordes et miseriarum [7]) insignia, atque ut animum commodare alimoniis possint victuique sumendo, non ratio, non tempus, non sermo aliquis adhibetur gravis aut affabilitas seria, sed propudiosa corporum monstratur obscenitas obiectanturque partes illae, quas pudor communis abscondere, quas naturalis verecundiae lex iubet, quas inter aures castas sine venia nefas est ac sine honoribus appellare praefatis. Quidnam, quaeso, in specu *alvi* [8]), quid in pudendis fuit reverendisque [9]) Baubonis, quod fe-

---

Athenienses. Hygin. fab. 275. 1) Sic Codd. ed. pr. et Hild. In cett. ista. — In seqq. pro suspectio ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. susceptio, ed. LB. subscriptio habent. 2) produnt urbes Vet. Lib. Ernstii, mg. Urs. et ed. Elm. — Sequens et deest in ed. LB. 3) excita Codd. ed. pr. exta ed. Bas. et Cant. In cett. ex cista ex emend. mg. Urs. V. Clem. Alex. p. 19. Cf. Firm. Mat. c. 19. Sainte-Croix I, 304. ibique adn. Silv. de Sacy. Meursii Eleus. c. 10. et 25. Spanh. ad Callim. Hymn. in Cer. 3. Wesseling ad Diod. Sic. I, 2. Visconti Mus. Chiaram. I, tab. 34. p. 83.

4) pronunt Cod., unde etiam emendari possit: produnt. 5) Sic Cod. ed. LB. et Hild. In cett. a repugn. 6) amissa quaeruntur Codd. ed. pr. amissa quaerunt ut ed. Urs. amissae quaeruntur ed. Hild. In cett. amissi quaeruntur. 7) miserorum mg. Urs. ed. Elm. et LB. invito Cod. 8) in specuali Codd. in specu tali ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. spectaculo in tali mg. Urs. et ed. Elm. spectu in tali ed. Orell. in specu alio ed. Hild. In cett. in spectu tali. Ego emendavi: in specu alvi. In seqq. pro fuit ed. Oberth. et Orell. mendose praebent furit. 9) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Hild. In cett. verendisque, ut habet etiam Vet. Lib. Ernstii. fuit rei veren-

minei sexus deam et consimili formatam membro in admirationem converteret atque risum, quod obiectum lumini conspectuique divino et oblivionem miseriarum daret et habitum *in* [1]) laetiorem repentina hilaritate traduceret? O qualia, o quanta irridentes potuimus cavillantesque depromere, si non religio noscentis [2]) et litterarum prohiberet auctoritas!

28. Iam dudum me fateor haesitare, *circumspicere* [3]), tergiversari, tricas, quemadmodum dicitur, conduplicare Tellenas [4]), dum pudor me habet *Alimontia* [5]) proferre mysteria, quibus in Liberi honorem patris phallos [6]) subrigit Graecia et simulacris virilium fascinorum territoria cuncta florescunt [7]). Quid sit istud obscurum est forsitan, et qua fiat ratione disquiritur. Quisquis istud ignoras, disce, atque admiratus res tantas puris semper in sensibus meticulosa observatione custodi. Cum inter homines, inquiunt, esset adhuc Nysius [8]) et Semeleius Liber, nosse inferos expetivit et sub Tartari sedibus quidnam rerum ageretur

---

disque probabilis est Stewechii emendatio. 1) in deest in Codd. — Pro laetiorem ed. Hild. vitiose habet laetiorum. 2) Sic Codd. et ed. Hild. Noscens est lector. — In cett. edd. nos gentis.

3) circumsciscere Codd. et Vet. Lib. Ernstii. circumspicere ed. Hild. In cett. circumhiscere. — Pro tergiversari Codd. habent tergiversa. 4) Sic Codd. et edd. Olim (v. me ad Varronis Satt. Menipp. frr. p. 131.) putaveram et in Varronis loco ap. Non. p. 8. „Putas eos non citius tricas Tellanas quam id extricaturos" et in hoc ipso Arnobii Atellanas restituendum esse, sed hodie paene poenitet ejus conjecturae, quamquam melius quicquam quod proferam non habeo. Alii tricas Tellenas dictas esse a Tellene, Latinorum urbe, opinati sunt (cf. Plin. III, 11, 16, qui sic Apinam et Tricam oppidula in proverbium abiisse tradit): quidam etiam a Tellene, Graeco poeta. Cf. Ruhnken Ep. Crit. I, p. 119. (170. ed. Lips.) Mihi quidem neque hoc neque illud probabile est, atque vocis veriloquium in medio relinquo. Tricas autem Tellenas vel Tellanas Romani videntur dixisse tricas (praetextus, tergiversationes) vanas, quibus muneri sese aliquis minus commodo aut injucundo subtrahere studet. 5) alimoniae Codd. ed. pr. et Urs. alma illa ed. Bas. Cant. Oberth. Alimuntis ed. Elm. ex corr. Pithoei. In cett. Alimontia. — V. Clem. Alex. p. 29 sqq. 6) vallos Codd. phallos ed. LB. et Hild. In cett. ithyphallos. In seqq. ed. Cant. vitiose subrugit praebet. — De re cf. Lucian. de Dea Syr. c. 16. ibique schol. Sainte-Croix I, 368 sqq. 7) h. e. abundant. Lucret. I, 255. V, 1441. — Pro territoria Vet. Lib. Ernstii et mg. Urs. tectoria dant. 8) V. Diodor. Sic. I, 15. III, 67 sqq. Creuzer Symb. III, 122 sqq. et ad Cic. N. D. III, 25. Munck. ad Hygin.

inquirere: *sed* [1]) cupiditas haec eius nonnullis difficultatibus impediebatur, quod qua iret ac pergeret inscitia itineris nesciebat. Prosumnus [2]) quidnam exoritur ignominiosus amator dei atque in nefarias libidines satis pronus, qui
177 se ianuam Ditis atque Acherusios aditus pollicetur indicaturum, si sibi gereret morem deus atque uxorias voluptates pateretur ex se carpi. Deus facilis iurat potestatis futurum ac voluntatis se eius, sed cum primum ab inferis compos voti atque expeditionis [3]) redisset. Viam comiter Prosumnus edisserit atque in limine ipso prostituit inferorum. Interea [4]) dum Liber Stygem, Cerberum, Furias atque alias res omni curiosa inquisitione collustrat, ex viventium numero index ille [5]) decidit atque ex more sepelitus humano; emergit ab inferis Evius [6]) et recognoscit extinctum ducem. Qui ut fidem compleret pacti et iurandi solveret religione se iuris [7]), locum pergit ad funeris et ficorum ex arbore ramum validissimum praesecans dolat, runcinat, levigat et humani speciem fabricatur in penis, figit super aggerem tumuli et postica ex parte nudatus accedit, subsidit, insidit [8]). Lascivia deinde surientis [9]) adsumpta huc atque illuc clunes torquet et meditatur ab ligno pati quod iam dudum in veritate promiserat.

---

fab. 131. et Kopp ad Mart. Cap. II, §. 158. p. 212. 1) inquireret et Codd., unde fortasse restituendum: ut sub Tartari — — — inquireret, at. 2) *Προσύμνον* eum cum Arnobio appellant Clem. l. l. et Gregor. Naz. Stelit. 2., sed Hygin. Poet. Astr. II, 5. Hypolipnum vel Hypolymnum, Pausan. II, 37. cum Nonno in Expositione profanarum historiarum, quarum Gregorius meminit, *Πολύμνον*, Theodoret. in Curat. Graec. Aff. et in Serm. VIII, de Martyr. cum Tzetz. ad Lycophr. 212. *Πολύϋμνον* et Phavorin. s. v. *Ἐνόρχης Πολύσυμνον* vocat. 3) Sic Cod. teste Crusio et ed. Elm. LB. Orell. et Hild. expetitionis idem Cod. teste Hild., et cett. edd. 4) Intera ed. Hild. mendose. — In seqq. pro res omni edd. omnes praeter pr. Urs. et Hild. omneis vel omnes praebent. 5) index inde Codd. ed. pr. et Urs. — decidit tenent Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Hild. In cett. decedit. Cf. Plaut. Trin. II, 4, 143. Claudian. in Ruf. I, 1. Prol. et Horat. Ep. II, 1, 46. 6) cuius Codd. euhiius ed. pr. Euhyius ed. Bas. Cant. Urs. Elm. In cett. Evius. 7) religionis et iuris Cod. teste Crusio, religione et iuris Cod. Par. teste Hild. religionem et iuris ed. Hild. In cett. religione se iuris. 8) Sic Codd. accedit, subdit, subsidit ed. Hild. mendose. In cett. omnibus accedit, subdit, insidit. 9) Sic Cod. Br. et Cod. Par., qui subrigen-

29. Ac [1]) ne quis forte a nobis tam impias arbitretur confictas res esse, Heraclito ut [2]) testi non postulamus ut credat nec mysteriis volumus quid super talibus senserit ex ipsius accipiat lectione: totam interroget [3]) Graeciam, quid sibi velint hi phalli [4]), quos per rura, per oppida mos subrigit et veneratur antiquus, inveniet causas eas [5]) esse quas dicimus, aut si fuerit puditum veritatem simpliciter explicare, quid obscurare, quid tegere causam ritus atque originem proderit, *cum* [6]) criminatio ipsa religionis in re sit? Quid dicitis o gentes, quid occupatae, quid deditae templorum venerationibus nationes? Ad haeccine [7]) nos sacra flammis, exiliis, caedibus atque aliquo [8]) genere suppliciorum compellitis et crudelitatis metu? Hoscine nobis deos importatis, insinuatis, infligitis, quorum similes nec vos esse neque alium velitis quemquam sanguinis vobis gradu et iure familiaritatis adiunctum? Potestisne impubi- 178
bus et praetextatis vestris quas Liber induxit pactiones suis cum amatoribus indicare? [9]) Potestis vestras nurus, quinimmo vobis matrimonio coniugatas ad verecundiam Baubonis impellere atque ad pudicas Cereris voluptates? Vultis vestri iuvenes sciant, audiant, discant, Iuppiter ipse qualis in unam extiterit atque alteram matrem? [10]) Vultis adultae virgines robustique adhuc patres idem iste in filiam qua luserit arte cognoscant? Vultis germani iam fervidi atque ex isdem [11]) seminibus fratres eumdem rursus accipiant

---

tis a m. sec. habet, cum ed. Elm. LB. Orell. Hild. In cett. luxuriantis. — In seqq. ed. Hild. mendose exhibet clunos.

1) Sic Cod. ed. pr. Urs. Elm. LB. Hild. In cett. At. 2) ut deest in ed. LB. et Orell., et jure, ni fallor, quamquam Codd. tuentur. 3) Sic Codd. ed. pr. Bas. Urs. Hild. In cett. interrogat. 4) hii valli Cod. teste Hild. hivalli Codd. test. Crusio et Anchers. hi phalli ed. LB. Orell. ii phalli ed. Hild. In cett. velint ithyphalli. — De re v. Schol. ad Arist. Acharn. 245. 5) eas bis legitur in Codd. ed. pr. Bas. et Urs. causas et eas res esse habet ed. LB. In cett. causas eas esse. 6) cum desideratur in Codd. et in ed. pr. et Urs. (sed mg. habet). Olim emendandum putavi proderit: criminatio — — in re fit. 7) Sic Cod. Par., teste Crusio, et ed. LB. haecine Cod. Br. teste Anchers. et Cod. Par., teste Hild., et ed. Hild. In cett. haecne. 8) h. e. alio quolibet. Cf. Intt. ad Cic. Tusc. III, 14, 29. aliquo tenent Codd. ed. pr. Urs. et Hild. In cett. reliquo. 9) Cf. Firm. Mat. c. 13. 10) sc. in Magnam Deum Matrem et in Cererem. 11) hisdem Cod. In cett. iisdem.

concubitus [1]) lectulos non esse aspernatum sororis? Ita ergo non protinus ab huiusmodi fugiendum diis longe, ac ne irrepat in animum tam impurae religionis obscenitas, audientia tota claudenda est? Quis est enim mortalium tam pudicis moribus institutus, quem non ad huiusmodi furias deorum documenta proritent? aut quis suas comprimere cupiditates a cognatis valeat reverendisque personis, cum apud superos sanctum nihil in libidinum videat confusione servatum? Ubi enim primam perfectamque naturam intra [2]) fines constiterit iustos cupidinem suam non voluisse frenare, cur non in promiscuos appetitus effundat se homo, et ingenita fragilitate praeceps datus et magisterio sanctae divinitatis adiutus?

30. Iam dudum me fateor reputantem mecum [3]) in animo rerum huiuscemodi monstra solitum esse mirari, audere vos dicere quemquam ex his atheum, irreligiosum, sacrilegum, qui deos esse omnino aut negent aut dubitent aut qui eos homines fuisse contendant et potestatis alicuius et meriti causa deorum in numerum relatos, cum si verum fiat atque habeatur examen, nullos [4]) quam vos magis huiusmodi par sit appellationibus nuncupari, qui sub specie cultionis plus in eo ingeratis maledictionum et criminum, quam si aperte hoc facere confessis maledictionibus combibissetis [5]). Deos esse qui dubitat aut esse omnino qui
179 negat, quamvis sequi sententias immanes opinionum videatur audacia, sine ullius tamen insectatione personae fidem rebus non accommodat involutis, et qui generis adseverat eos fuisse terreni, quamvis eos privet sublimitate [6]) caelitum, subsicivis [7]) tamen accumulat laudibus, siquidem illos divinitatis ad meritum beneficiis autumat et virtutum admirationibus sublevatos.

---

1) Perperam hoc voc. pro gloss. habuerunt Herald. Meurs. Hild. aliique. concubitus est genitivus, non accusativus. — In seqq. Codd. pro aspernatum vitiose aspernaturos praebent. 2) inter Cod. ed. pr. et Urs. In cett. intra.

3) mecum deest in Cod. Br. 4) nullius Cod. ed. pr. et Urs. In cett. nullos. 5) coimbibissetis ed. LB. 6) Hild. affirmat Cod. sublimitates habere, et hoc in suam ed. recepit. Cf. ad V, 13. In cett. sublimitate. 7) subcisivis ed. Bas. et Cant. subditivis mg. Urs. In cett. ut in Cod. subsicivis. — In seqq. Cod. ed. pr. et Urs. vitiose autumant habent.

31. Vos vero, qui vindices et eorum contenditis immortalitatis esse propagatores, unum [1]) ex his quempiam praeteristis, transistis vestris maledictionibus invulneratum? aut genus ullum est probri tam communi existimatione damnabile, quod in eos conferre metueritis, vel nominis saltem auctoritate *tardati?* [2]) Quis caduca et mortalia corpora deos edidit amasse? Non vos? [3]) Quis illa furta dulcissima in alienis genialibus perpetrasse? Non vos? Quis cum matribus liberos, quis cum suis virginibus rursus patres infaustos miscuisse concubitus? [4]) Non vos? Quis scitulos pusiones atque adultos venustissimis lineis adpetitos esse iniuste? [5]) Non vos? Quis abscisos, quis exoletos, quis versipelles, quis fures, quis in vinculis habitos, quis in catenis, quis denique fulminibus adpetitos, quis vulneratos, quis obisse supremos dies, sepulturas etiam meruisse terrenas? Non vos? Cum igitur a vobis tot et tanta conflata sint deorum in contumelias [6]) crimina, audetis obiicere nostri nominis causa numinum esse offensas mentes, cum iamdudum vos *liqueat* irarum [7]) esse tantarum reos, et divinae indignationis auctores?

32. Sed erras, inquit, et laberis satisque te esse imperitum, indoctum ac rusticum, ipsa rerum in sectatione [8]) demonstras. Nam istae omnes historiae, quae tibi turpes videntur atque ad labem pertinere divinam, mysteria in se continent sancta, rationes miras atque altas, nec quas facile quivis possit ingenii vivacitate pernoscere. Neque enim quod scriptum est atque in prima est positum

1) Sic Codd. propugnatores, num mg. Urs. propagatores, num ed. Elm. Cett. edd. faciunt cum Codd. — Ipse maluerim prorogatores, unum. — In seqq. voc. praeteristis pro gloss. habet Hild. 2) tradatis Cod. tardatis ed. Hild. In cett. tardati. 3) nos vos ed. Hild. mendose, et sic ter in seqq. — Verba: Quis illa — — — adpetitos esse iniuste? Non vos? desiderantur in Cod. Br. 4) Hild. in Cod. extare dicit: miscuisse in concubitus, unde edidit miscuisse se in concubitus. In cett. edd. misc. concubitus. 5) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Oberth. Hild. In cett. inhoneste ex emend. mg. Urs. — Hild. cj. inceste. 6) contumeliis ed. Bas. et mg. Urs. 7) vos que ad irarum Codd. mendose.

8) Sic Cod. teste Hild. et ed. LB. Orell. Hild. In cett. insectatione. Orell. cj. in insectatione. Sed v. nos supra ad V, 17.

verborum fronte, id significatur et dicitur, sed allegoricis
180 sensibus et subditivis intelleguntur omnia illa secretis. Itaque qui dicit [1]): cum sua concubuit Iuppiter matre, non incestas significat aut propudiosas Veneris complexiones, sed Iovem pro pluvia, pro tellure Cererem nominat. Et qui rursus perhibet lascivias eum exercuisse cum filia, nihil de foedis voluptatibus loquitur, sed pro imbris nomine ponit Iovem, in filiae significatione sementem. Sic et ille qui raptam Dite a patre Proserpinam dicit, non, uti reris [2]), in turpissimos adpetitus viraginem dicit raptam, sed quia glebis occulimus semina, isse sub terras deam et cum Orco [3]) significat foedera genitalis conciliare feturae. Consimili ratione et in historiis ceteris aliud quidem dicitur, sed intellegitur aliud, et sub vulgari [4]) simplicitate sermonis latet ratio secreta et altitudo involuta mysterii.

33. Argutiae sunt, ut apparet, atque acumina haec omnia, quibus fulcire solemne est malas in iudiciis causas, quinimmo, ut verius dicam, sophisticarum disputationum colores, non quibus verum, sed imago et species veri semper atque umbra conquiritur. Nam quoniam rectas accipere lectiones pudet *et* dedecet, *inde decursum* [5]) est in has partes, ut alia subiiceretur res alii et in speciem decoris turpitudinis interpretatio cogeretur. Sed quid ad nos istud, an alii sensus aliaeque sententiae conscriptionibus vanis subsint? Nobis enim satis est, qui deos a vobis scelerate contendimus impieque tractari, quod scriptum est, quod auditur accipere, nec curare in abdito quid sit, cum contumelia numinum non in obscura sensuum mente, sed in verborum eminentium significatione teneatur. Ac ne tamen videamur inspicere quale sit istud quod dicitur nolle, primum illud a vobis, si modo commodare patientiam vultis,

---

1) dicet Cod. ed. pr. et Urs. In cett. dicit. 2) non ut cereris Codd. ed. pr. et Urs. non vi Cereris ed. Bas. Cant. non uti reris ed. Hild. In cett. non ut reris ex emend. mg. Urs. Equidem olim malui: non his Cereris. 3) origo Codd. Orcho ed. Hild. In cett. Orco. — In sqq. pro feturae Cod. mendose futurae exhibet. 4) vulgaris cj. Meurs.

5) pudet dedecet indecorum est Codd. corrupte cum ed. pr. et Urs. pudet, dedecet, inclinatum est ed. Bas. Cant. mg. Urs. Elm. Oberth. In cett. pudet, dedecet, decursum est. Orell. cj. inde cursum est. Alii aliter. Nos putamus scribendum esse aut: dedecet, inde decursum est aut: dedecet, inde

exquirimus primum: allegorico genere vel scripta haec esse
vel eodem modo intellegi oportere, unde est vobis cogni-
tum vel unde intimatum? in consilium scriptores *advocavere*
vos? *aut tum* [1]) in eorum pectoribus latitabatis, cum pro 181
aliis res alias inter veritate capta [2]) subdebant? Deinde si
illi rationis alicuius et religionis metu mysteria illa convol-
vere tenebrosa obscuritate voluerunt, quantum vobis auda-
ciae est, ut quod [3]) illi noluerunt vos velitis intellegere,
vos scire et cunctorum substernere notioni quod illi frustra
verbis minus verum significantibus occulerunt?

34. Sed ut vobis adsentiamur in fabulis his omnibus cervos [4]) pro Iphigeniis dici, unde tamen vobis liquet, cum allegorias istas vel *explanatis* vel *panditis* [5]), eadem vos interpretari eademque sentire, quae sub tacitis cogitationibus ipsis ab historicis sensa sunt, nec per voces proprias significationibus sed aliis explicata? Vos Iovis et Cereris coitum imbrem dicitis dictum telluris in gremium lapsum: potest alius aliud et argutius fingere et veri cum similitudine suspicari, potest aliud tertius, potest aliud quartus atque ut se tulerint [6]) ingeniorum opinantium qualitates, ita singulae res possunt infinitis interpretationibus explicari. Cum enim rebus *ab* occlusis [7]) omnis ista quae dicitur allegoria sumatur nec habeat finem certum, in quo rei [8]) quae dicitur sit fixa atque immota sententia, unicui-

---

decorant eas in has partes. 1) advocare vos sutum Codd. corrupte. advocare? vos scilicet tum ed. pr. Bas. Cant. Urs. advocavere? vos scilicet tum mg. Urs. ed. Elm. advocare vos scilicet? aut tum ed. Oberth. et Orell. advocavere vos? aut tum ed. LB. Herald. in Advv. I, 3. statuit advocare syncopatam formam cum Cod. retinendam esse. Cf. infra VI, 23. ubi Cod. pari modo explicare exhibet pro explicavere, et Donat. ad Terent. Ad. III, 3, 10. 2) intercepta mg. Urs. et ed. Elm. 3) quid ed. pr. et Urs.

4) Sic Codd. ed. pr. Urs. et Hild. In cett. cervas. Cf. supra IV, 16. ex capite conceptos filios procreat“, ubi Minerva significatur. 5) explanare vel pandere Codd. explanatis vel expanditis ed. LB. In cett. explanatis vel panditis. Olim cj. cum allegorias itis vel explanare vel pandere. vos eadem habet Cod. Br. et in seqq. istis ab historicis pro ipsis ab hist. — In seqq. ed. pr. et Urs. habent sentiri pro sentire. 6) tulerunt ed. Oberth. et Orell. 7) cum enim rebus occlusis Codd. ed. pr. et Urs. rebus ab occlusis ed. Hild. In cett. Cum enim e rebus occlusis. 8) re ed. Hild. mendose.

que liberum est, in id quo [1]) velit attrahere lectionem et affirmare id positum, in quod eum sua suspicio et coniectura opinabilis [2]) duxerit. Quod cum ita se habeat, qui potestis res certas rebus ab dubiis [3]) sumere atque unam adiungere significationem dicto, quod per modos videatis innumeros expositionum varietate deduci?

35. Denique si adcommodum [4]) ducitis, etiam illud a vobis repetita interrogatione conquirimus, omnes de *dîs* [5]) fabulas existimetis id est singulas totas an bifarias [6]) ac bilingues et versipellibus esse scriptas modis, an alias earum partes nihil ambiguum dicere, alias vero multifidas atque allegorici tegminis superiectione velatas? Si enim ad finem a capite textus omnis expositionis et series obtentionibus
182 allegoricis clausa sunt, edissertate, monstrate, quid pro rebus singulis, quas unaquaeque eloquitur fabula, supponere debeamus et promere quasque in res alias atque *intellegentiam* [7]) vocare. Ut enim Iovem pro pluvia, Cererem verbi causa pro terra vultis audire [8]) et pro Libera ac patre Dite submersionem seminis atque iactum, ita dicere vos convenit, quid pro tauro debeamus accipere, quid pro indignatione Cereris atque ira [9]), quid sibi velit Brimo verbum, quid Iovis solliciti supplicatio, quid allegati caelites nec auditi? quid exsectus aries, quid exsecti arietis proles, quid satisfactio his facta, quid quae rursus gesta sunt libidine obsceniore cum filia? Consimiliter et in altera fabula Hennae nemus [10]) et flores quid sint, quid sumptus ignis ex Aetna

---

1) Sic Codd. et ed. LB. In cett. quod. 2) opinabilis coniectura ed. Oberth. et Orell. 3) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. a dubiis. —

4) ad commodum ed. pr. 5) de his Codd. ed pr. Bas. Cant. Urs. Hild. de diis ed. Oberth. et Orell. In cett. de dîs. 6) Sic Codd. testibus Crusio et Stewech. Hild. contra affirmat in Cod. Par. extare ambifarias, quod edd. omnes tenent. 7) atque intellegentia Cod. intelligentiam ed. Hild. In cett. intelligentias. Equidem restituendum esse puto alias quaque (vel: et qua) intellegentia. 8) Cf. Firm. Mat. c. 13. Theodoret. de Curand. Aff. Graec. Or. III, p. 771. ed. Schulz. — In seqq. Cod. a m. sec. ed. LB. Oberth. Orell. et Hild. Libera praebent, cett. edd. cum Cod. a m. pr. Libero. — De Libera cf. Gerhard Prodr. p. 179 sqq. 9) irae ed. Oberth. et Orell. vitiose. — In seqq. Codd. ed. pr. et Bas. primo habent pro Brimo, de cujus nominis origine cf. etiam Cant. Nov. Lectt. I, 6. 10) Hennademus Codd. Ennaea nemus ed. pr.

comprachensaeque isto [1]) faces, quid peragratio cum his orbis, quid Attica regio, quid Eleusinius pagus, quid Baubonis tugurium atque hospitium rusticana? [2]) quid cyceonis significet potio, quid aspernatio potionis, quid novatio et revelatio pudendorum, quid spectaculi flagitiosa dulcedo et ex remediis talibus orbitatis oblivio comparata? Quod si pro his omnibus quod oporteat subiici rerum immutatione monstratis, erit ut vobis adsensum super tali adseveratione tribuamus: sin autem singula in singulis neque potestis opponere [3]) nec *ad* alterum rerum vocare contextum, quid allegoricis obscuritatibus *honestatis* id [4]) quod simpliciter dictum est et communem ad intellegentiam publicatum?

36. Nisi forte dicetis non toto in historiae corpore allegorias has esse, ceterum [5]) partes alias esse communiter scriptas, alias vero dupliciter et ambifaria obtentione velatas. Urbana est ista [6]) subtilitas et quibuslibet brutis patens. Nam quia cuncta quae scripta sunt inexpeditissimum vobis est traducere, invertere, derivare, eligitis quaedam vestrae convenientia voluntati et ex ipsis obtinere contenditis nothas atque adulteras lectiones interiori esse superpositas [7]) veritati. Quod tamen ut vobis ita sese habere, quemadmodum dicitis, adnuamus, qui scitis aut unde 183
cognoscitis, utra pars sit sententiis historiae scripta simplicibus, utra vero sit dissonis atque alienis significationibus tecta? Potest enim fieri, ut quod vos existimatis sic esse aliter se habeat, ut [8]) quod aliter creditis conceptionibus

---

Bas. Cant. Oberth. Ennaea nemus ed. Urs. et Elm. In cett. Hennae nemus. 1) Sic Codd. et mg. Urs. Elm. LB. Orell. Hild. In cett. istae, 2) rusticano Codd. rusticana ed. LB. et Hild. In cett. rusticanum. 3) supponere ed. LB. et Orell. invitis Codd. ex Meursii corr. — In seqq. Codd. ed. pr. et Urs. nec alterum rerum, ed. Bas. Cant. Elm. Oberth. Hild. nec ad rerum, cett. edd. nec alterum in sensum rerum praebent. neque ad verum rerum cj. Herald. nec ad alterum rerum cj. Stewech. 4) allegoricis obscuritatibus honestis id Cod. allegoricis obscuritatibus honestatis id ed. Hild. In cett. allegoriis obscuratis honestis id.

5) ceterarum Cod. teste Crus. — In seqq. ed. LB. conscriptas habet pro scriptas. 6) illa ed. Oberth. et Orell. — In seqq. pro et malim at vel sed. Cf. Min. Fel. Oct. c. 16. ubi legendum est: procul est ab eius subtilitate simplici tam subtilis urbanitas. 7) superposita Cod. teste Crusio. — 8) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. aut.

aliis contrariisque prolatum sit. Ubi enim dicitur in unius materiae corpore pars esse allegorice scripta, indubitabili altera sermone rectoque, nec inest in re signum quo differitas[1]) indicari ambiguorum possit simpliciterque dictorum, tam potest quod[2]) simplex est ambiformiter dictum existimari, quam quod ambigue scriptum est reclusis esse obtentionibus credi. Quod quidem quo genere aut fiat aut fieri posse credatur, intellegere confitemur minime nos posse[3]).

37. Inspiciamus enim quod dicitur hoc modo. In nemore, inquit, Hennensi[4]) quondam flores Proserpina virago lectitabat. Integrum adhuc istud est et recta pronuntiatione prolatum; nam et nemus et flores quid sint, quid Proserpina, quid virago, cunctis indubitabiliter notum est. Emicuit Summanus e terris curru quadriiugo vectitatus. Simplex et hoc aeque est; nam quadrigae, currus atque Summanus interpretationem desiderant[5]) nullam. Improvisus Proserpinam rapuit et sub terras secum avexit; seminis, inquit, abstrusio raptione in Proserpinae nuncupatur. Quid accidit quaeso, ut in aliud subito[6]) converteretur historia? semen Proserpina diceretur? ut quae virago iamdudum florum in lectionibus habebatur, postquam sublata et rapta est significationem coeperit habere sementis? Iuppiter, inquit, in taurum versus concubitum matris suae Cereris adpetivit[7]): ut expositum supra est, nominibus his tellus et labens pluvia nuncupatur. Legem allegoricam video tenebrosis ambiguitatibus explicatam. Irata Ceres est et exarsit et arietis proles pro poena atque ultione suscepit. Hoc iterum video communibus in proloquiis prom-
184ptum; nam et ira et testes, satisfactio, suis in[8]) moribus

1) Sic Codd. ed. Elm. LB. Oberth. Orell. Hild. In cett. differentia. — In seqq. omnes edd. praeter LB. et Hild. praebent iudicari pro indicari. 2) quam Cod. vitiose. 3) minime non posse Cod. Par. a m. p. et Cod. Br. nos minime posse Vet. Lib. Ernstii. nos deest in edd. omnibus praeter LB. Oberth. Orell. et Hild.

4) Sic Codd. ed. LB. et Hild. In cett. Ennensi. — In seqq. voc. virago desideratur in ed. pr. Bas. Cant. Urs. (quae tamen in mg. habet post lectitabat) Oberth., neque id in Codd. legi Crus. aut Anchers. adnotarunt. 5) desiderat ed. Hild. 6) subito deest in ed. Bas. — In seqq. historia ac semen praebent ed. LB. Oberth. Orell. Hild. invitis Codd. 7) expetivit ed. Oberth. et Orell. mendose. 8) in Cod. test. Hild. his teste Crus. In edd. est: hic. Hild. cj. sibi.

et conidcionibus dicta sunt. Quid ergo hic accidit, ut ab Iove, qui pluvia, et ab Cerere, quae appellata est terra, res transiret ad verum Iovem atque ad rerum simplicissimam dictionem?

38. Aut igitur debent allegorico genere omnia esse scripta et posita demonstrandaque universa nobis, aut genere isto conscriptum est nihil, quoniam esse quod creditur quasi parte ex historiae non videtur[1]). Allegorico genere scripta sunt haec omnia. Minime istud videtur certum. *Qua* quaeritis ratione, qua causa?[2]) Quia omne, quod gestum est et in alicuius operis evidentia constitutum[3]), conversionem non potest in allegoricam duci; neque enim potest infectum esse quod factum est, aut rei gestae natura in alienam potest degenerare naturam. Numquid bellum Iliacum in Socraticam verti condemnationem potest, aut pugna illa Cannensis proscriptio fieri crudelitasque Syllana? Potest quidem proscriptio, quemadmodum Tullius ludit[4]), pugna dici appellarique Cannensis, sed quae gesta est dudum pugna[5]) esse non potest eadem eademque proscriptio; neque enim quod gestum est potest aliud, ut dixi, quam id esse quod gestum est, aut in alienam migrare substantiam id quod in vi propria atque in sui generis qualitate defixum est.

39. Unde igitur probamus historias has omnes rerum esse gestarum conscriptiones? Ex solemnibus scilicet sacris atque initiorum mysteriis, vel quae statis fiunt temporibus ac diebus, vel quae in abdito tradunt gentes[6]) moris proprii perpetuitate servata. Neque enim credendum est sine suis originibus haec esse, frustra atque inania[7]) fieri, nec habere coniunctas primis institutionibus causas. Pinus illa, solemniter quae in matris infertur san-

1) h. e. quoniam quod creditur allegorice scriptum non videtur ad historiam pertinere. 2) Sic emendavi. Codd. habent: certum. Quaeritis sqq. ed. Hild. Quaeritis ratione qua, qua caussa. In cett. Quaeritis qua ratione, qua. 3) constitutum est ed. pr. Bas. Cant. Urs. (sed in mg. omittitur est.). — In seqq. ed. Bas. habet allegoriam pro allegoricam. 4) Cic. pro Rosc. Am. c. 32. 5) dudum pugna, pugna mg. Urs. et cj. Stewech. — In seqq. voc. eadem ante eademque deest in ed. pr. Bas. Cant. Urs.

6) tradunt genitis ed. pr. Bas. Cant. Urs. tradunt initiatis vel tr. gentes mg. Urs. traduntur initiatis ed. LB. et Oberth. In cett. tradunt gentes. 7) inaniter mg. Urs. et

ctum deae, nonne illius imago est arboris, sub qua sibi Attis virum demessis genitalibus abstulit et quam memorant divam in solatium sui consecravisse maeroris? Phallorum [1])
185 illa fascinorumque subrectio, quos ritibus annuis adorat et concelebrat Graecia, nonne illius facinoris similitudinem refert, quo se ab debito [2]) *Liber* liberavit? Eleusinia illa mysteria et sacrorum reconditi ritus cuius memoriam continent? nonne illius erroris, quo in filiae conquisitione Ceres, fessa oras ut venit ad Atticas, triticeas attulit fruges, Nebridarum familiam [3]) pellicula cohonestavit hinnulae, et illud spectaculum maximum Baubonis in inguinibus risit? Aut si alia causa est, nihil ad nos istud, dummodo causa [4]) cuncta ista confiant. Neque enim credibile est nullis antecedentibus causis suscepta haec esse, aut insanire iudicandum est Atticos, qui sibi ritum religionis affixerint conflatum rationibus nullis. Quod si liquet et constat, id est si rebus [5]) actis mysteriorum causae atque origines effluunt, in allegoricas species nulla possunt conversione traduci. Quod enim factum [6]), gestum est, infectum non potest fieri, rerum prohibente natura.

40. Et tamen ut vobis ita se habere adsentiamur res istas, id est ut historiae aliud verbis sonent, nescio quid aliud [7]) more hariolantium dicant, ita non animadvertitis, non videtis, quanta istud dicatur et cum ignominia fieri contumeliaque divorum? An iniuria gravior ulla potis est reperiri, quam terram et pluviam vel quodlibet aliud (nihil enim refert quae fiat interpretatione conversio) Iovis et Cereris dicere atque appellare concubitum, et cum deorum criminibus labem imbris e caelo et telluris significare madorem? Potest irreligiosius quidpiam vel existimari vel

---

ed. Elm. 1) maeroris? Ithyphallorum ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. 2) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. a debito. — In seqq. voc. Liber deest in Codd. et pro Eleusinia ed. Bas. et Cant. Eleusina praebent. 3) Per errorem transtulit Arnobius Nebridarum familiam ex Coa insula in Atticam, confundens *Νεβρίδας* Coenses et *τοὺς νεβρίζοντας* (Eleusiniorum) Atticae. V. Steph. Byz. v. *Κῶς*, ibique Holsten. p. 184. Vales. ad Harpocrat p. 387. ed. Lips. Salm. ad Solin. p. 864. (607.) Creuzer Symb. IV, 534 sq. Schwarz Miscell. Pol. Hum. p. 104 sqq. Gerhard Prodr. p. 175. 4) causa deest in ed. LB. 5) si e rebus Vet. Lib. Ernstii mg. Urs. et ed. Elm. 6) factum perperam pro gloss. habet Hild. 7) sonent nescio quid, aliud distinguunt ed. pr. Bas. Cant.

credi, quam semina terris mersa vel quodlibet aliud (nihil enim similiter refert) raptum Proserpinae dicere et cum nota Ditis patris rei rusticae de opere proloqui? [1]) Nonne millies optatius fuit elinguem fieri atque mutum, atque scaturriginem [2]) istam vocis et strepitum foedae loquacitatis amittere, quam deorum nominibus res appellare turpissimas, quinimmo turpibus deorum factis negotia significare vulgaria?

41. Antea mos fuerat in allegorica dictione [3]) ho- 186
nestissimis sensibus obumbrare res turpes et foedas prolatu honestorum convestirier dignitate. At vero vobis auctoribus per turpitudinem dicuntur res graves, et castitate pollentia obscenis commorantur [4]) in vocibus, ut quod olim gravitas [5]) foederum verecundia contegebat [6]), nunc verniliter turpiterque dicatur, dignorum [7]) elocutione mutata. Quod in adulterio dicimus Martem, inquit, et Venerem Vulcani esse circumretitos arte, cupiditatem dicimus atque iram vi pressas consilioque rationis. Quid enim prohibebat, quid obstabat, suis [8]) unamquamque rem verbis et

---

Urs. Elm. 1) Sic Cod. Par. a m. sec. Vet. Lib. Ernstii et ed. Elm. LB. Oberth. Orell. Hild. operi Cod. Par. a m. pr. et Cod. Br. rei rusticae opera proloqui mg. Urs. In cett. rei rusticae dei proloqui. 2) Sic Cod. Par. teste Hild. et ed. Hild. In cett. ut in Cod. Br. scaturiginem.

3) Sic Codd. ed. LB. et Hild. In cett. allegoricas dictiones. 4) Sic Codd. ed. pr. (sed. in errat. commemorantur) Bas. Cant. Elm. In cett. commemorantur, quod primum habet ed. Urs. 5) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. graviter mg. Urs. et ed. Elm. In cett. pravitas. — In seqq. pro foederum, quod Codd. praebent et ed. Hild., ed. Elm. et LB. foedorum, cett. foedae rei praebent. Hild. putat foedera h. l. esse foeta et turpitudines, et hoc voc. memorari in Gloss. Arabico-Lat. ap. Vulcan. p. 705. „feditas vel fedus sine diphthongo.“ Cf. Ulp. Dig. III, 22, 47. „Nec enim honos ei servatur, qui se in tantum foedus deduxit.,“ ubi tamen alii scelus legunt. Mihi videntur per foedera h. l. ab Arnobio significari aut ipsa matrimonia, aut etiam quaelibet junctiones honestae et piae societates, quales inter filios et parentes, inter maritos et inter amicos. Harum enim gravitate servari et ipsam morum castitatem nemo est qui non concedat. 6) Sic Codd. testib. Crusio et Livin., et sic habet etiam ed. Elm. In cett. omnibus legitur: contegebatur. — In seqq. pro verniliter, quod Codd. praebent, ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. et Orell. scurriliter habent. 7) digna res ed. pr. Bas. Cant. Urs. invitis Codd. — In seqq. ed. Urs. habet inquitis pro inquit pro more. 8) suis deest in ed. Bas.

suis significationibus promere? immo quid urgebat, cum[1]) nescio quid indicare per commentarios et scripta voluisses[2]), nolle illud intellegi quod indicares, sed contrarias res simul una expositione suscipere, studium docere cupientis et nolentis ostendere malignitatem? An deos adulteros dicere periculum habuit nullum?[3]) prolatio cupidinis atque irae linguam et os fuerant obsceno coinquinatura contactu? Quod si utique fieret et allegoricae caecitatis obumbratio tolleretur et facilis ad discendum res esset et deorum dignitas conservaretur illaesa. Nunc vero cum dicitur in Martis et in Veneris vinctione vitiorum esse significata compressio, perversissimae res duae simul iisdem temporibus fiunt, ut et foedae rei[4]) species intellectum subiiciat honestatis, et prius animum turpitudo quam religionis alicuius perstringat auctoritas.

42. Nisi forte dicetis (hoc enim solum restat, quod a vobis posse videatur opponi) deos sua mysteria nolle ab hominibus sciri et idcirco historias ambagibus esse allegoricis scriptas. Et unde vobis est liquidum quod hominibus superi nolint sua mysteria publicari? Unde illa vos scitis aut cur ea dissolvere in allegoriarum explanatione[5]) curatis? Ad extremum et ultimum quid sibi dii volunt, ut honesta cum nolint, turpissima de se dici atque indecora
187 patiantur? Attidem cum nominamus, solem, inquit, significamus et dicimus: sed si Attis sol est, quemadmodum *commemoratis*[6]) et dicitis, quis erit Attis ille, quem in Phrygia genitum vestrae produnt atque indicant litterae? quem passum esse res certas, fecisse item res certas, quem in spectaculis ludicris theatra universa noverunt, cui inter sacros cultus[7]) res videmus fieri specialiter annuas nominatimque divinas? Utrumne ab sole ad hominem an ab ho-

---

1) eum ed. pr. et Urs. In cett. ut in Codd. cum. 2) voluisse Cod. ed. pr. et Urs. voluisset ed. Bas. Cant. Elm. In cett. voluisses. — In seqq. pro indicaris Codd. indicare, ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. indicaret, cett. indicaris habent. 3) ullum ed. Orell. ex Meursii corr. 4) ui et foede rē Cod. teste Crus. foeda rei ed. Elm. foederum ed. Hild. In cett. foedae rei. Pro subiiciat mg. Urs. et ed. Elm. praebent subeat.

5) Sic Cod. ed. LB. et Hild. In cett. explanationem. 6) connumeratis Codd. et edd. omnes praeter Elm., quae commemoratis habet ex cj. Canteri et Rig. 7) vultus ed. Oberth.

mine ad solem vocabuli huius facta translatio est? Si enim nomen istud principali *erat* origine [1]) solis, quid tandem de vobis sol aureus meruit, ut ei cum semiviro faceretis vocabulum istud esse commune: sin hirquinum et Phrygium est, quid Phaethontis genitor, pater huius luminis et claritatis admisit, ut abciso ab homine dignus [2]) videretur vocari et augustior fieret evirati corporis nuncupatione signatus?

43. Sed quid sit istud, iam promptum est omnibus. Nam quia talium scriptorum historiarumque vos pudet, nec aboleri [3]) videtis posse ea quae sunt foede semel in commentarios relata, nitimini cohonestare res turpes, atque omnibus argutiarum modis pro rebus subditis verborum invertitis corrumpitisque naturas [4]), atque ut olim accidere male sanis assolet, quorum turbida vis morbi sensum atque intellegentiam depulit, confusa atque incerta iactatis et inanium per rerum figmenta bacchamini. Esto in Iovis et Cereris coetu [5]) irrigatio sit significata telluris, *occultatio* seminis patris in Ditis raptu, vina per terras sparsa distractis in visceribus Liberi, cupiditatis et temeritatis impressio [6]) colligatio dicta sit adulterorum Veneris atque Martis.

44. Sed si fabulas has vultis more esse [7]) allegorico scriptas, quid ceteris fiet, quas non videmus posse versuras in huiusmodi cogi? Quid enim subiiciemus pro illis fluctibus [8]), quos super aggerem tumuli Semeleiae subolis *urigo* [9]) contorsit? Et quid pro illis Ganymedibus *ra-*

---

et Orell. vitiose. 1) principaliter ab origine Codd. ed. LB. et Hild. principaliter habet originem est in cett. edd. Equidem principali erat origine meam emendat. reposui. — In seqq. Cod. pro quid habet qui. 2) dignius mg. Urs. et ed. Elm. divus cj. Stewech.

3) abolere ed. Oberth. et Orell. mendose. 4) natura ed. Hild. vitiose. — In seqq. olim idem est atque nonnumquam. cf. VI, 10. 5) Sic Codd. ed. LB. Orell. Hild. caetu ed. Elm. In cett. coitu. — In seqq. Codd. ed. pr. et Urs. habent occupatio pro occultatio. 6) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. compressio, quod quidem verum esse puto, tamen ab Codd. auctoritate recedere nolui. — In seqq. Codd. et ed. LB. et Hild. praebent adulterorum, cett. adulteriorum.

7) esse desideratur in ed. Oberth. Orell. et Hild. 8) Sic Codd. ed. LB. et Hild. In cett. fustibus. Fluctus sunt motus obscene crispantis nates. Cf. V, 28. fin. II, 42. VII, 33. Lucret. IV, 1267. Ruperti ad Juv. Sat. VI, 322. 9) origo Codd. ed. pr. Bas. Cant.

ptis [1]) atque in libidinum magisteria substitutis? Quid pro
188 illa conversione formiculae, in quam Iuppiter maximus vastitatis suae lineamenta contraxit? Quid pro cycnis et satyris? quid pro aureis imbribus, in quos idem se pellax fraude induit perfida formarum varietatibus ludens? Ac ne de Iove solo loqui videamur voluisse, in amoribus numinum reliquorum esse allegoriae quae possunt, quae in mercenariis condicionibus ac servitutibus [2]), quae in vinculis, orbitatibus, planctibus? quae in cruciatibus, vulneribus, *sepulcris?* [3]) In quo cum unam contrahere possetis culpam conscriptione de superis tali, addidistis, ut dicitur, garo gerem [4]), cum deorum nominibus appellavistis res turpes et vocabulis rursus deos rerum coinquinavistis [5]) infamium. Quod si adesse hic eos aut esse illos uspiam cognitione indubitabili [6]) crederetis, in mentione illorum facienda praestringeret vos metus, et tamquam vos audirent vetrasque acciperent voces, ita credi oportuit et haberi in cogitatione defixum. Apud enim homines officiosis religionibus deditos non ipsi dii tantum, verum etiam nomina debent [7])

Urs. Oberth. prurigo mg. Urs. et ed. Elm. In cett. urigo ex Meursii correctione. 1) partis Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. In cett. raptis ex emend. mg. Urs. et Cant. — In seqq. pro magisteria Petr. Junius et Schwarz (ad Plin. Paneg. 13) cj. ministeria. Magisteria sunt officia; cf. Tertull. de Patient. 1. 2) servitutis Codd. ed. pr. (at in errat. corr. servitutibus). Terminationes is et ibus saepius commutantur in Codd. Sic III, 8. dubitationibus pro dubitationis, III, 33. satietatibus pro satietatis, VI, 22. rationibus pro rationis, IV, 6. fictilis pro fictilibus, et VII, 6, ubi Cod. Br. ignorationibus praebet pro ignorationis, atque hinc probare nunc malim plurr. correctionem culminis supra I, 23., ubi Codd. culminibus praebent. 3) sepultis Cod. vitiose. 4) Sic Codd. et Vet. Lib. Ernstii et ed. Hild. gangrenam ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. In cett. garo gerrem ex emend. Meursii. Proverbium „addere garo gerrem" valet de iis, qui rem bonam rei pessimae additione corrumpunt, quemadmodum hi faciunt, qui garo, liquamine pretioso, (Apic. I, 7. et Intt. Geopon. XX, 46. ibique Niclas, Heind. ad Hor. Sat. II, 8, 6. et Intt. ad Petron. c. 36.) geres, vilissimum genus piscis. (Plin. XXXII, 53.) condiunt. Cf. Heinsii Advv. VI, 8. et Swart. in Analect., qui hoc proverbium commode confert cum Graeco: *Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον,* de quo v. quae adnotavi ad Varronis fr. Sat. Menipp. p. 228. — In seqq. ed. Hild. vitiose dearum exhibet pro deorum. 5) coinquinastis ed. Oberth. conquinastis ed. Orell. mendose. 6) indubitabile ed. Cant. et Oberth. mendose. 7) deberent ed. Oberth. et Orell.

esse deorum reverenda, quantumque est in ipsis qui censentur his nominibus, tantum esse par est in eorum appellationibus dignitatis.

45. Da veram [1]) iudicii formam et in illa estis repraehensionis parte, quod in usu sermonis vestri Martem pro pugna appellatis, pro aquis Neptunum, Liberum patrem pro vino, Cererem pro pane, Minervam pro stamine, pro obscenis libidinibus [2]) Venerem. Quae est enim [3]) ratio, ut cum suis censeri appellationibus res possint, nominibus cognominentur deorum, et ea fiat numinibus contumelia, quam nec homines sustinemus, si nostra quis nomina res ducat atque invertat in frivolas? Sed oratio sordida est [4]), verbis fuerit polluta si talibus. Verecundia o laude [5]) condigna! erubescitis panem et vinum nominare, et pro coitu Venerem non metuitis dicere!

---

1) Sic Codd. ed. LB. Oberth. Orell. Hild. In cett. Ad veram. 2) Sic Codd. ed. LB. Oberth. Orell. Hild. In cett. libidinis. 3) Quae enim est ed. Oberth. et Orell. 4) est non comparet in ed. LB. sit praebet mg. Urs. et ed. Elm. Bernhardyus locum esse corruptum censet. 5) Verecundia ac laude ed. pr. et Urs. Codd. ed. pr. Sed oratio sordida, verbis fuerit polluta si talibus verecunda ac laude condigna ed. LB. Verecundia haec laude ed. Elm. In cett. verecundia laude. Nos emendamus: Verecundia o laude sqq. vel: Verecundia ecce laude sqq. Bernhardyus putat locum ex transpositione verborum labem traxisse, et pro argumenti sententia scribendum esse: Verecundia laude condigna erubescitis — dicere. Sed oratio sordida sqq. Subscriptum est Cod. Par.: ARNOBII. LIBER. QUINTUS. EXP. INCIPIT. LIBER. SEXTUS. FELICITER.

ARNOBII
ADVERSUS NATIONES
LIBER SEXTUS.

189 1. Nunc quoniam summatim ostendimus, quam impias de diis vestris opinionum constitueritis infamias, sequitur ut de templis, de simulacris etiam sacrificiisque dicamus, deque alia serie, quae his rebus adnexa est et vicina copulatione coniuncta. In hac enim consuestis parte crimen nobis maximum impietatis adfigere [1]), quod neque aedes sacras venerationis ad officia construamus, non deorum alicuius simulacrum constituamus aut formam, non altaria fabricemus, non aras, non caesorum sanguinem animantium demus, non tura neque fruges salsas, non denique vinum liquens paterarum effusionibus inferamus. Quae quidem nos cessamus non ideo vel exaedificare vel facere, tamquam impias geramus et [2]) scelerosas mentes, aut aliquem sumpserimus temeraria in deos desperatione contemptum, sed quod eos [3]) arbitramur et credimus (si modo dii certi sunt et nominis huius eminentia praediti) honorum haec genera aut risui habere, si rideant, aut indigne perpeti, si motibus exasperentur irarum.

2. Ut enim noscatis, quid de isto nomine sentiamus iudiciique simus cuius, existimamus nos eos (si modo dii

1) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. LB. et Hild. In cett. affingere ex mg. Urs. 2) ac ed. Oberth. et Orell. 3) Sic Codd. et Vet. Lib. Ernstii, ed. Elm. LB. Orell. Hild. In cett. deos.

certi sunt, ut eadem rursus satiateque [1]) dicantur), cunctarum esse debere perfectarumque virtutum, sapientes, iustos, graves (si modo nulla est culpa, quod eos laudibus 190
adcumulamus humanis) intestinis pollentes bonis, nec extraneis adminiculis addicere [2]) quod illis integritas inoffensae beatitudinis compleatur, ab affectibus cunctis et cunctis perturbationibus liberos, non ira effervere, non ullis cupiditatibus excitari, calamitatem irrogare nullis, non ex malis hominum crudelem accipere voluptatem [3]), non terrere portentis, non prodigiosas ostentare formidines, non votorum debitis habere obnoxios et obligatos, nec piaculares hostias signis minacibus postulare, non pestilentias, non morbos corruptione aëris inducere, non adurere siccitatibus fruges, non caedibus interesse bellorum, non urbium stragibus [4]), non adversa his velle, non illorum commoditatibus suffragari: sed, quod magnarum est mentium, pari pendere cunctos lance et individuas cunctis benivolentias exhibere. Caduci enim generis et infirmitatis humanae est, contrariis agere [5]), eosque quos tangat affectio pati, dolore deminui [6]), sapientium scita et pronuntiata definiunt, nec posse aliter fieri, quin legibus mortalitatis adstricti sint qui sint ullis perturbationibus mancipati. Quod cum ita se habeat, qui possumus iudicari deos habere contemptui, quos nisi sunt recti et magnarum mentium admiratione laudabiles, deos negamus existere, nec potestatibus posse caelitibus [7]) applicari?

---

1) Sic Codd. ed. LB. Oberth. Orell. Hild. In cett. sociateque. 2) Sic Codd. ed. pr. et Urs. adminiculis indigere ed. Bas. Cant. Elm. Oberth. In cett. adm. se addicere. Hild. cj. addicier. Sed salva est Codd. auctoritas. Dicit Arnobius nec extraneis adminiculis addicere debere deos quod integritatem inoffensae beatitudinis completam habeant. 3) voluntatem ed. Oberth. et Orell. vitiose. 4) Hic verbum excidisse putat Hild. Male. 5) Sic Codd. In edd. extat egere. — Si locus corruptela vacat „contrariis agere" nil aliud significare potest, quam incommodis atque infortuniis vexare homines. Sic „contrarium facere" pro vexare habes in Capitul. Caroli M. a. 797. (ap. Holsten. in Collect. Rom. §. 6.): „De Presbyteris statuerunt, quod si aliquid eis aut eorum hominibus quis contrarium facere aut tollere praesumpserit" sqq. Sed malim corrigere: e contrariis agere aut potius: contrariis agier et haec verba referre ad ea quae modo praecesserant. „Contrariis egere" (ut praebent edd.) quid sit explicare mihi non potui. 6) Sic Codd. et ed. Hild. dolorem, diminui ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. dolere, diminui mg. Urs. ed. Elm. LB. Orell. 7) caelitus Codd. ed.

3. Sed templa illis exstruimus nulla nec eorum effigies adoramus, non mactamus hostias, non tura ac vina libamus. Et quid amplius possumus vel honoris eis attribuere vel dignitatis, quam quod eos in ea ponimus [1]) parte, qua rerum caput ac dominum summumque ipsum regem, cui debent divi *una* nobiscum [2]), quod esse se sentiunt et vitali in substantia contineri? Numquid enim delubris aut templorum eum constructionibus honoramus? Numquid et [3]) hostias caedimus? Numquid alias res damus, quas libare, profundere [4]) non est rationis expensae, sed tracti per
191 consuetudinem moris? Etenim [5]) plena dementia est, necessitatibus tuis potentiora metiri et quae tibi sunt usui datoribus diis dare, et honorem istum, non contumeliam ducere. Templa igitur quaerimus in deorum quos usus aut in [6]) rei cuius necessitatem aut dicitis esse constructa [7]) aut esse rursus aedificanda censetis? Hiemalia sentiunt frigora aut solibus torrentur aestivis, pluvialibus nimbis perfluunt, ventorum eos ac turbines vexant, incursionem pati periclitantur hostilem ferarum aut rabidos adpetitus, ut merito illos conveniat tectorum munitionibus claudere saxorum aut obiectione tutari? Templa enim haec quid sunt? Si humanam infirmitatem roges, nescio quid immane atque amplum: si deorum potentiam [8]) metiaris, successus quidam parvi, atque ut verius eloquar, genus angustissimum cavernarum paupertini cordis excogitatione suspensum. Quorum si quaeris audire quis prior fuerit institutor, quis [9]) fabricator, aut Phoroneus Aegyptius aut Merops [10]) tibi fuisse mon-

---

pr. et Elm. coelitum ed. Bas. Cant. Urs. Oberth. coelestibus mg. Urs. coelicis ed. Hild. In cett. coelitibus.

1) Sic Codd. ed. pr. Urs. Hild. In cett. ponamus. 2) divina nobiscum Codd. et edd. praeter Orell., quae ex emend. Meursii recepit: dii una nobiscum. 3) ei ed. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. In cett. ut in Codd.: et. 4) profundere pro gloss. habet Hild. 5) Etiam ed. Hild. vitiose. — In seqq. pro potentiora Cod. Br. habet potiora. 6) Verba aut in desunt in Cod. Br. 7) conscripta Codd. vitiose. 8) potentia ed. LB. — In seqq. ed. Elm. quidem pro quidam exhibet. 9) Verba: institutor quis desunt in omnibus edd. praeter Hild. — De re v. Clem. Alex. p. 38. 10) De Phoroneo Argivo v. Hygin. fab. 225. et Munck. ad fab. 143 et 145. Cf. Scalig. ad Hieronym. Chron. Euseb. p. 19. Lutat. ad Stat. Theb. I, 541. IV, 589. August. C. D. XVIII, 3. Pausan. II, 19. et 20. — Merops Aegyptius, quem hic Arnobius et

strabitur, *aut* [1]) ut tradit in Admirandis Varro, Iovis progenies Aeacus [2]). Sint ergo haec licet aut ex molibus marmoreis structa, laquearibus aut reniteant aureis, splendeant hic gemmae et sidereos evomant variata interstinctione [3]) fulgores: terra sunt haec omnia et ex faece ultima vilioris materiae concreta. Neque enim si vos ea [4]) pretiis carioribus penditis, delectari credendum est his deos, nec recusare nec spernere, quo minus se saepiant et eorum obiectibus [5]) coerceantur inclusi. Templum, inquit, hoc Martis est, hoc Iunonis et Veneris, hoc Herculis, Apollinis, Ditis: quid est aliud dicere, quam domus haec Martis est, haec Iunonis et Veneris [6]), Apollo hic habitat, in hac manet Hercules, illa [7]) Summanus. Ita non prima et maxima contumelia est habitationibus deos habere *districtos* [8]), tuguriola his dare, conclavia et cellulas fabricari, eis existimari necessarias res esse, quae hominibus, felibus, quae sunt formiculis et lacertis, quae fugacibus, pavidis atque 192
exiguis muribus?

4. Sed non, inquit [9]), idcirco attribuimus diis templa tamquam umidos ab his imbres, ventos, pluvias arceamus aut soles, sed ut eos possimus coram et comminus contueri, affari de proximo et cum praesentibus quodammodo venerationum colloquia miscere. Sub axe enim nudo et

---

Clem. Alex. l. l. memorant, Cecrops est, non Merops, ut recte judicavit jam olim Scal. ad Hieron. Chron. Euseb. p. 13., qui inde apud utrumque scriptorem illud nomen refingi voluit. Cf. Voss. Mythol. Br. III, 181 sqq. Antisymb. p. 307., et Müller Prolegg. p. 174 sqq. Stuhr l. l. p. 66. Baur Symb. I, 260 sqq. 1) aut desideratur in Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs., quae tamen in mg. habet. — Varronis liber de Admirandis, sive ut plenius inscriptum passim reperitur: Gallus vel Fundanius de Admirandis (seu: de Miris), Lagistoricorum unus erat, ex quo frr. servarunt Nonius, Priscianus et Intt. Virgilii. V. Varronis Opp. p. 253. ed. Bipont. 2) V. Pausan. II, 30. Müller Aeginet. p. 18 sqq. 3) interstictione Codd. interstinctione ed. LB. et Hild. In cett. interstitione. 4) eos ed. LB. 5) Sic Codd. ed. LB. Oberth. Orell. Hild. In cett. obiectionibus. 6) Verba: hoc Herculis — — — — Iunonis et Veneris desiderantur in ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Cf. Herald. Advv. II, 9. 7) Sic Codd. ed. LB. Oberth. Orell. Hild. In cett. in hoc m. Herc., illo. Pro illa malim in illa. — In seqq. pro Ita ed. pr. Bas. Cant. Urs. (in textu) Ista habent. 8) destructos Cod. — In seqq. ed. Urs. existimare habet pro existimari.

9) inquitis ed. Urs. pro more. — In seqq. cum Cod. et ed. Hild. umidos scripsimus pro humidos, quod cett. edd. praebent. Cf.

sub aetherio tegmine invocati si fuerint, nihil audiunt, et nisi de proximo admoveantur his preces, tamquam nihil dicatur obstructi atque immobiles stabunt. Atquin nos arbitramur omnem deum omnino, si modo nominis huius vi pollet, ex quacumque mundi parte quod quisque fuerit locutus, tamquam si sit praesens, audire debere, immo quod quisque conceperit sub obscuris et tacitis [1]) sensibus cognitione anticipata praesumere, atque ut astra, sol, luna, cum supra terras meant, omnibus omnino cernentibus statim sunt et ubique praesentes, ita *quoque* [2]) convenit audientiam numinum nulli esse clausam linguae semperque esse praesentem, quamvis ad eam voces regionibus ex distantibus confluant. Hoc est enim proprium deorum, complere omnia vi sua, non partiliter uspiam sed ubique esse totos, non adesse non abesse, non cenatum ad Aethiopas pergere et post dies bis senos privatum ad domicilium redire [3]).

5. Quod si ita non erit, tollitur omnis spes opis et [4]) erit in dubio, audiamur ab diis nec ne, siquando res sacras caerimoniarum conficitis debitis. Constituamus enim noscendae rei causa templum numinis alicuius [5]) esse apud Canarias insulas, eiusdem apud ultimam Thylen, eiusdem apud Seras esse, apud furvos Garamantas, et si qui sunt alii quos ab sui notitia maria, montes, silvae et quadrini disterminant cardines. Si omnes uno in tempore rebus divinis factis, quod sua quosque necessitas cogitare [6]) compellit, poscant, quae [7]) de numine referendi beneficii, quaenam omnibus spes erit, si non undique ad se missam vocem deus exaudiet et erit
193 ulla longinquitas, quo penetrare non possit auxilium poscentis oratio? Aut enim nullis erit in partibus praesens,

---

de hac scriptura Maii adnot. ad Front. p. 286. 1) Verba et tacitis omissa sunt in ed. Oberth. et Orell. 2) itaque Codd. 3) Hom. Il. I, 423. ibique Eustath. cf. Gregor. Nazianz. Orat. I. in Julian. p. 300. Creuzer Symb. IV, 376 sqq.

4) et deest in ed. LB. — In seqq. ed. Elm. LB. Orell. audiamini habent pro audiamur ex emend. mg. Urs. et Meursii. 5) alicuius voc. non legitur in Cod. Br. — In seqq. Codd. et edd. praeter Hild. Thylem praebent pro Thylen. 6) rogitare emendat mg. Urs. prob. Meurs., Rig. et Heinsio, et ita est in ed. Elm. 7) poscantque Codd., quod emendavi. Edd. habent

si uspiam poterit aliquando non esse, aut aderit unis tantum, quoniam praebere communiter suum non potest atque indiscretus auditum. Atque [1]) ita perficitur, ut àut nullis deus opituletur omnino, si occupatus re aliqua ad audiendas voces non quiverit advolare, aut exauditi tantummodo uni abeant soli, nihil egerint ceteri.

6. Quid quod multa ex his templa, quae tholis [2]) sunt aureis et sublimibus elata fastigiis, auctorum conscriptionibus comprobatur contegere cineres atque ossa et functorum esse corporum sepulturas? Nonne patet [3]) et promptum est aut pro diis immortalibus mortuos vos colere aut inexpiabilem fieri numinibus contumeliam, quorum delubra et templa mortuorum superlata sunt bustis? In historiarum Antiochus [4]) nono Athenis in Minervio memorat Cecropem esse mandatum terrae, in templo rursus eiusdem quod in arce Larissae esse [5]) conditus scribitur atque indicatur Acrisius, Erichthonius Poliadis in fano [6]), Dairas et Immarnachus [7]) fratres in Eleusinio [8]) consaepto, quod civitati subiectum est. Quid Celei [9]) virgines, non in Ce-

---

poscant de numine, ref. 1) Sic Codd. ed. Elm. LB. Orell. Hild. In cett. At.

2) De tholis v. Serv. ad Aen. IX, 408. Vales. ad Amm. Marcell. XXVIII, 4. Schneider ad Vitruv. IV, 8. Pitt. d'Ercol. III, tab. 60. p. 315. et I, tab. 44. p. 231. 3) V. Clem. Alex. Protr. p. 39 sqq., a quo repetiit sequentia Arnobius. Cf. Euseb. Praep. Evang. II, 6. Cyrill. adv. Jul. l. X. Athenag. Legat. pro Christo p. 258. ed. Rechenb. 4) Antiochus, Syracusanus (flor. Ol. XC.), qui scripsit res Siculas novem libris. V. Diod. Sic. XII, 71. et ibi Wessel. Voss. de Hist. Gr. IV, 7. 5) Sic Cod. ed. pr. (sed in errat. corr.) et Hild. In cett. Larissae est. — De re v. Pausan. II, 16. Apollod. II, 2, 4. 6) Pausan. I, 27. Otfr. Müller: Minervae Poliadis Sacra et Aedes in arce Athen. (Gotting. 1820). 7) Sic Cod. Par. test. Crus. et Hild. Immaranchus Cod. Br. Edd. LB. et Orell. pro Immarnachus, quod est in cett. omnibus, emendatum habent Immarus ex Clem. Alex. l. l. Ceterum in hoc nomine omnino discrepant scriptores, quum Apollod. III, 15, 4. et Euseb. l. l. *Ἴσμαρον*, Pausan. I, 27. et 38. atque Cyrill. adv. Jul. X, p. 349. *Ἰμμάραδον* scribant. — De Daira v. Pausan. I, 38. Eustath. ad Hom. p. 468, 30 sqq. Apollon. Rhod. III, 847. Spanh. ad Callim. p. 132. — Ceterum Clem. l. l. verba h. l., ut saepius, male et intellexit et transtulit Arnobius, quum Dairam ille non fratrem sed matrem Immari fuisse dicat (*Ἴμμαρος δὲ ὁ Εὐμόλπου καὶ Δαείρας*). — 8) Sic Cod. a m. sec. et Hild. in Eleusino Cod. a m. pr. LB. Orell. Ineleus in consepto ed. pr. In cett. in Eleusinis. 9) elei Cod. Par. a m. pr. et Cod. Br. Elei ed. pr. et Urs. Celei Cod. a m.

reris Eleusiniae humationibus perhibentur *affectae?* [1]) non in Dianae delubro, quod in Apollinis constitutum est Delii, Hyperoche [2]) Laodiceque, quod advectas illuc esse finibus ex Hyperboreis indicatur? [3]) In Didymaeo Milesio Cleochum [4]) dicit habuisse suprema Leandrius [5]) funeris. Leucophrynae [6]) monumentum in fano apud Magnesiam Dianae esse Myndius profitetur ac memorat Zeno. Sub Apollinis arula, quae Telmessi apud oppidum visitur, Telmessum [7]) esse conditum vatem non scriptis constantibus indicatur? Ptolemaeus Agesarchi [8]) de Philopatore quem edidit primo Cinyram regem Paphi cum familia omni sua, immo cum omni prosapia in Veneris templo situm esse litterarum auctoritate declarat. Infinitum est et immensum, quibus quisque in fanis toto sint in orbe describere, nec
194 exactum desiderat curam — quamvis [9]) poenam constituerit Aegyptius in eum, qui publicasset quibus Apis iaceret ab-

---

sec. et edd. — In seqq. Cod. iterum habet Eleusinae (cum edd. omnibus) a m. pr., sed Eleusiniae a m. sec. 1) humationibus perhibentur officio Codd. ed. pr. et Urs. Eleusinae humationis perh. officio Vet. Lib. Ernstii. Eleusinae humatae habere perhibentur officia ed. Bas. Cant. Oberth. humationis sortitae perhibentur officia mg. Urs. et ed. Elm. humationibus perh. affectae ed. Hild. In cett. humationis habuisse perh. officia. — De Celei virginibus cf. Pausan. I, 38. 2) hyperochae Codd. Hyperoche ed. Hild. In cett. Hyperocha. 3) Cf. Herodot. IV, 33. Schol. ad Apoll. Rhod IV, 611. Müller Dor. I, 271. 4) Sic Codd. ed. pr. Urs. et Hild. Cleomachum (ex Euseb. l. l.) mg. Urs. In cett. Clearchum (ex Clem.). Cleochum, si vera est lectio, puto significari patrem Areae, matris Mileti, urbis Mileti conditoris, memoratum ap. Apollod. III, 1, 2. 5) Leandrus ed. pr. in erratis, mg. Urs. et ed. Elm. In cett. ut in Codd. Leandrius. De Leandro sive Leandrio cf. Diog. Laert. I, 28. Macrob. Sat. I, 17. et Intt. Voss. de Hist. Gr. III, 271. 6) Cf. Lips. ad Tacit. Ann. III, 62. Panofka Terracott. p. 152 sqq. — Zenonem Myndium grammaticum memorat Steph. Byz. s. v. *Μύνδος*. 7) Cic. de Divin. I, 41. ibique Dav. Cf. Herod. I, 78. Arrhian. Exped. Alex. II, 3. Steph. Byz. s. v. *Γαλεῶται*. 8) Hic scripsit historiam de Philopatore. Athen. Deipnos. VI, 246. X, 425. — Nos cum ed. LB. et Hild. exhibuimus Codd. scripturam. Agesarcho Ptolomaeo de Philopatore ed. pr. sed in errat. corr. indicatur? Agesarchus Ptolemaeo. Agesarchi? Ptolemaeus Philopator ed. Bas. indicatur? Agesarchi Ptolemaeus de Philopatore ed. Bas. Cant. Urs. Elm. et Oberth. cum Orell., quae duae postremae tamen mendose: Ptolemaeus de Philopatre praebent. 9) Sic Codd. Vet. Lib. Ernstii ed. pr. Urs. Hild. quam poenam ed. Bas. Cant. Elm. Oberth. In cett.

sconditus — Polyandria illa Varronis [1]) quibus templis contegantur quasque in se habeant superlati ponderis moles.

7. Sed quid ego haec parva? Regnatoris in populi Capitolium qui [2]) est hominum qui ignoret Oli esse sepulchrum Vulcentani? Quis est, inquam, qui non sciat ex fundaminum sedibus caput hominis evolutum non ante plurimum temporis aut solum sine [3]) partibus ceteris (hoc enim quidam ferunt) aut cum membris omnibus humationis officia sortitum? Quod si planum fieri testimoniis postulatis auctorum, Sammonicus, Granius, Valerianus vobis et Fabius [4]) indicabunt, cuius Aulus [5]) fuerit filius gentis et nationis cuius, germani *servulo ut* vita [6]) fuerit spoliatus et lumine, quid de suis commeruerit civibus, ut ei sit abnegata telluris *paternae* [7]) sepultura. Condiscetis etiam, quamvis nolle istud publicare se fingant, quid sit capite resecto factum, vel in parte [8]) qua rei curiosa fuerit ob-

---

quam is. — De re v. August. C. D. XVIII, 5. — In seqq. Codd. ed. pr. Urs. LB. Hild. praebent Aegyptius, cett. edd. mg. Urs. et Vet. Lib. Ernstii: Aegyptus. 1) barronis Codd. — De voc. polyandrion v. Creuzer in Diar. Antiquar. a. 1843. p. 1086. Per Polyandria Varronis significari huius Hebdomadon sive de Imaginibus libros, in quibus de heroum vitis breviter expositum erat, docui in Prolegg. ad Varr. Sat. Menipp. Frr. p. 69 sq. adn.

2) Sic Codd. et ed. Hild. Capitolium quis ed. pr. sed in cett. Capitolio quis cum cett. edd. Accusativum Capitolium pro ablativo archaice positum defendunt Stewech. et Hild. cf. infra VII, 35. „in rerum naturam". — In seqq. pro Oli Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. praebent Toli, et pro Vulcentani Cod. Br. habet Vulcani vitiose. — De ipsa re v. Serv. ad Aen. VIII, 345. Plin. XXVIII, 2. Dion. Halic. IV, 8. Kopp ad Mart. Cap. III, §. 233. p. 256. Rycquius de Capitolio c. 10. et inpr. Franc. Orioli Conghietture sopra l'antica leggenda del capo trovato nelle fondamenta del Campidaglio in Annal. dell' Instit. di Corrisp. Archeol. 1832. p. 31—60. 3) sive ed. LB. Oberth. Orell. 4) De Q. Sereno Sammonico v. Meurs. et Ackerm. in Praef. ad ed. Sammonici. — De Granio v. supra ad III, 31. — Valerianus fortasse est Cornel. Valerianus cit. a Plin. III, 12. XIV, 2. et X, 2. In mg. ed. Urs. emendatum extat Valerius Antias, de quo cf. supra ad V, 1. et 7. — De Q. Fabio Pictore v. Krause Vitt. et Frr. Hist. Rom. pag. 38 sqq. 5) Sic Codd. ed. LB. et Hild. In cett. Tolus. 6) cuius germani servuli vita Codd. ed. pr. et Urs. cuius ut a germani servulo ed. Bas. Cant. Elm. Oberth. In cett. cuius ut a germani servulis. Dedi locum ex mea emendatione. 7) patientiae Codd. et ed. pr. vitiose. paternae ed. Hild. In cett. patriae. — Olim cj. telluris patriae licentia sepulturae. 8) i. e. regione. Caes. B. G. I,

scuritate conclusum, ut immobilis videlicet atque fixa obsignati ominis perpetuitas staret. Quod cum opprimi par esset et vetustatis oblitteratione celari, compositio nominis iecit in medium et cum suis causis per data sibi tempora inextinguibili fecit testificatione procedere, nec erubuit civitas maxima et numinum cunctorum cultrix, cum vocabulum templo daret, ex Oli [1]) capite Capitolium quam ex nomine Iovio nuncupare.

8. Satis igitur, ut opinor, ostendimus templa diis immortalibus aut inaniter iis [2]) esse constructa aut contra decus et potentiam creditam contumeliosis opinationibus fabricata. Sequitur ut de signis aliquid simulacrisque dicamus, quae multa arte componitis et religiosa observatione curatis. Qua in parte si fides est ulla, constituere apud nos ipsos nullis considerationibus possumus, utrumne istud serio et cum proposito faciatis gravi, an ridendo res
195 ipsas puerili halucinatione ludatis. Si enim certum est apud vos deos esse, quos remini atque in summis caeli regionibus degere, quae causa, quae ratio est, ut simulacra ista fingantur a vobis, cum habeatis res certas, quibus preces possitis effundere et auxilium rebus in exigentibus postulare? Sin autem non creditis aut, ut mediocriter dicatur, ambigitis, etiam sic ratio quaenam est dubiorum fingere atque instituere simulacra et quod esse non credas ventosa imitatione formari? [3]) An numquid dicitis forte, praesentiam vobis quamdam his numinum sub exhiberi [4]) simulacris, et quia deos videre non datum est, eos sic *colitis* et munia officiosa *praestatis?* [5]) Hoc qui dicit et adserit, deos esse non credit, nec habere convincitur suis religio-

---

13. — Sequ. genit. rei (quod voc. deest in ed. Bas.) pendet non ab subst. parte, sed ab adj. curiosa. 1) soli Codd. Toli ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. In cett. Oli.

2) Sic Cod. ed. LB. et Hild. aut inaniter his ed. pr. In cett. iis deest. 3) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. formare. 4) sub exhibere Cod. subexhibere ed. pr. subexhiberi ed. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. In cett. sub exhiberi. 5) eos insolidi et munia off. praestari Codd. ed. pr. et Urs. eos ita coli et munia off. praestari ed. Bas. Cant. Elm. eos ita coli et iis m. off. praestari ed. Oberth. eos sic coli et iis m. off. praestari ed. Orell. eos sic coli iis et — praestari ed. LB. eos sic coli, dis et munia off. praestari ed. Hild. eos in his coli et m. off. praestari cj. Guyet. Dedi in

nibus fidem, cui opus est videre quod teneat, ne inane forte sit quod obscurum non videtur [1]).

9. Deos, inquitis, per simulacra veneramur. Quid ergo, si haec non sint, coli se dii nesciunt nec impertiri a vobis ullum sibi existimabunt honorem? Per tramites ergo quosdam et per quaedam fidei commissa [2]), ut dicitur, vestras sumunt atque accipiunt cultiones, et antequam hi sentiant quibus illud debetur obsequium, simulacris litatis prius et velut reliquias [3]) quasdam aliena ad illos ex auctoritate transmittitis. Et quid fieri potis est [4]) iniuriosius, contumeliosius, durius, quam deum alterum scire et rei alteri supplicare? opem sperare de numine et nullius sensus ad effigiem deprecari? Nonne illud est quaeso quod in vulgaribus proverbiis dicitur, fabrum caedere, cum ferias fullonem? [5]) et cum hominis consilium quaeras, ab asellis et porculis agendarum rerum sententias postulare?

10. Et unde novissime [6]) scitis an simulacra haec omnia, quae diis immortalibus vicaria substitutione formatis, similitudinem referant habeantque divinam? Potest enim fieri, ut barbatus in caelo sit qui esse a vobis *effingitur* [7]) levis, potest ut senectute provectior cui puerilem commodatis aetatem, potest ut hic flavus sit qui in veritate ha- 196
beat oculos caesios, displosas ut gestitet nares quem esse vos facitis figuratisque nasicam. Neque enim rectum est dicere aut appellare simulacrum quod non pariles lineas principali ab ore traducat: quod esse planum et certum manifestis poterit ab rebus [8]) agnosci. Nam cum omnes

---

textu meam emendationem. 1) h. e. ne id, quod quippe obscurum videri non potest, inane forte sit.

2) Cf. Brisson. de Formul. VII, p. 669. Heinecc. Antiqu. Rom. II, 23. Dicit Arnobius, deos cultiones hominum accipere per simulacra quasi per quosdam fideicommissarios, cum homines illis simulacris tamquam munus injungant ipsorum preces ad deos deferendi. 3) Simulacra cultionum tamquam primitias capiunt, ut ad ipsos deos nihil praeter reliquias pervenire apte dici possit. 4) pote est ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. pro more. 5) Cf. Hadr. Junii Adag. Cent. VI, 84. et Paul. Leopard. Emend. X, 5.

6) Sic Codd. et edd. praeter Cant., quae notissime praebet. Cf. infra VII, 28. — In seqq. voc. an desideratur in ed. Oberth. et Orell. 7) effigitur Cod. effigiatur cj. Stewech. efficitur cj. Hild. Edd.: effingitur. — In seqq. ed. Hild. mendose aestatem praebet pro aetatem. 8) Sic Cod. ed. LB. Hild. In cett. a

homines teretem esse solem indubitabili luminum contemplatione videamus, os illi vos hominis et mortalium corporum lineamenta donastis [1]). Luna semper in motu est et ter denas facies in restitutione accipit menstrua: vobis ducibus et figuratoribus femina est vultuque est uno, quae per habitus mille cotidiana instabilitate mutatur. Intellegimus omnes ventos aëris esse fluorem pulsi et mundani rationibus concitati [2]): per vos hominum formae sunt buccinarum animantes tortus intestinis et domesticis flatibus [3]). Inter deos videmus vestros [4]) leonis torvissimam faciem [5]) mero oblitam minio et nomine Frugiferi [6]) nuncupari. Si simulacra haec omnia superorum [7]) sunt imagines numinum, ergo et in caelo habitare dicendus est deus talis, ad cuius formam et speciem simulacri huius similitudo directa est, et videlicet ut hic iste, ita illic ille sine reliquo corpore persona est et facies sola, fremibundus [8]), hiatibus torvidis dirus, sanguineo *decolor ore* [9]), malum dentibus

rebus. 1) Sic Codd. ed. LB. Hild. In cett. donatis. 2) Sic Codd. ed. LB. Orell. Hild. pulsis — concitatis ed. Oberth. In cett. fluorem pulsos — concitatos. 3) V. Voss Mythol. Br. I, 258 sqq. Hirt. Mythol. Bilderb. p. 140 sq. Müller Archaeol. §. 401. Montfauc. Antiqu. tom. LI, 9. ed. Schazii. 4) Voc. vestros omissum est in ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. Hild. — Pro leonis in seqq. Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. leones habent. 5) Sic Codd. ed. LB. Orell. Hild. In cett. torvissima facie. — In seqq. Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. habent oblita pro oblitam. 6) Frugiferio Cod. et ed. Hild. Sed prorsus ineptum est Cod. lectionem tueri velle ex locis et exemplis, qualia sunt IV, 16. Minervium nomen. IV, 15. Apollinarium nominum. VI, 7. nomen Jovium. — frugi serio ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. truci serio mg. Urs. et ed. Elm. In cett. (cf. Salm. ad Scriptt. H. A. p. 349. D.) Frugiferi. — Frugifer est Mithras, quem Persae colebant vultu leonino cum tiara effigiatum. Cf. Montfauc. Antiqu. XLI, fig. 6 et 7. Rig. ad Artemid. Oneirocr. II, 101. ed. Reiff. Tertull. adv. Marc. I, 13. Porphyr. de Abst. IV, 399 sq. Stat. Theb. I, 717. ibique Schol. Voss Mythol. Br. II, 322. Broukh. ad Tibull. I, 8, 29. Gerhard Ant. Bildw. p. 104. n. 154. Zoega Abhandl. p. 131. ed. Welcker. Sainte-Croix Rech. sur les Myst. II, 121 sqq. Creuzer Symb. I, 729 sqq. — De more veterum deorum ora minio oblinendi cf. Böttiger Id. z. Archäol. d. Malerei p. 22. et Kl. Schr. I, 164 sqq. III. 33 sqq. Comment ad Pict. Hercul. tom. IV, tab. 52. p. 253. et Intt. ad Plin. XXXIII, 7. (cf. VIII, 17. et XXXV, 12.) 7) superiorum ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. 8) Sic Cod. ed. pr. et Hild. In cett. fremebundus, praeter LB. quae habet fremebundis hiatibus, torvis rictibus. 9) sanguineo decotoro Codd. ed. pr. et Urs. s. de gutture ed. Bas. Cant. Elm. s. de colore ed. Oberth. sanguinea de ceroto ed. LB. In

suis comprimens atque ut olim fessi canes linguam ore de patulo *perpetua aviditate* [1]) proiiciens. Quod si [2]) utique non est, ita ut omnes existimamus non esse, quaenam tanta audacia est, formam tibi quam volueris fingere *ac dicere* [3]) esse simulacrum dei quem probare non possis ulla esse in parte naturae?

11. Ridetis [4]) temporibus priscis Persas fluvios coluisse, memoralia ut indicant scripta, informem Arabas lapidem [5]), acinacem Scythiae nationes [6]), ramum pro Cinxia [7]) Thespios, lignum *Icarios* [8]) pro Diana indolatum, Pessinuntios silicem pro Deum Matre, pro Marte Romanos
hastam [9]), Varronis ut indicant Musae, atque, ut *Aë-* 197
thlius [10]) memorat, ante usum disciplinamque fictorum *pluteum* [11]) Samios pro Iunone: et abstinetis a risu, cum pro diis immortalibus sigilliolis hominum et formis supplicatis

---

cett. sanguineo de ceroto ex emend. Rig. ad Artemid. II, p. 100. ed. Reiff. sanguineo decolor ore dedimus ex emend. Graevii in Epp. p. 337. Decolor autem dicitur propter minii meri foedum et gravem colorem. — In seqq. ed. LB. autque ut habet pro atque ut, et eadem ed. cum Orell. omittit voc. olim, de cujus significatu v. ad V, 43. 1) puetuitate Cod. pituitate ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. pituitantem ed. Hild. Perperam. In cett. potus aviditate. Nobis videtur aut perpetua (ppetua) aviditate (vel ariditate) aut perpetim (vel perpetuo) late reponendum esse. Nam quod olim conjecimus per aviditatem vel propter aviditatem nunc displicet. 2) sic Cod. ed. pr. 3) accidere Codd. ac credere ed. pr. Bas. Cant. Oberth. Hild. fingere, hanc credere mg. Urs. unde negligenter ed. Elm. ac hanc credere. In cett. ac dicere ex corr. Meursii.

4) V. Clem. Alex. l. l. p. 40. — Persas fluvios coluisse probat etiam Herod. I, 138. — Cf. Gronov. Observv. IV, 8. et Brisson. de Reg. Princ. Pers. p. 366. 5) Maxim. Tyr. VIII, 8. p. 142. ed. Reiske. Suid. s. v. Θευσάρης. Tertull. Apol. c. 23. et Movers Phöniz. I, 337 sq. 6) Amm. Marcell. XXXI, 2, 23. Herod. IV, 62. Lucian. Toxar. 38. et Jove Trag. 42. 7) Sic Cod. Procinexi athaespios ed. pr. Prognes Thespios ed. Bas. Cant. procinexia Thespios ed. Urs. (in mg. pro Cithaeronia Thespios ex Clem. l. l.). In cett. pro Cinxia Thespios. 8) Carios Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. In cett. Icarios ex emend. mg. Urs. et Cant. (ex Clem.). Ex Strab. XIV, p. 639. constat Artemidis templum fuisse in Icaria. 9) Cf. Merkel Prolegg. in Ovid. Fast. p. CCLVI. 10) ethedius Cod. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Hild. In cett. Aethlius (ex Clem. l. l.) ex emend. mg. Urs. et Cant. De Aethlio scriptore cf. Athen. Deipnos. XIV, p. 650. et 653. Etym. M. s. v. *Νένωται.* Voss. de Hist. Gr. III, s. v. 11) puteum Cod. ed. pr. Bas. Cant. Urs. In cett. pluteum (ex Clem. l. l.) ex emend. mg. Urs. Cant. et Gifanii.

humanis? Quinimmo deos esse sigillaria ipsa[1]) censetis, nec praeter haec quicquam vim creditis habere divinam. Quid dicitis o isti! Ergone dii caelites habent aures et tempora, cervices, occipitium, spinam, lumbos, latera, poplites, nates, suffraginem[2]), talos membraque alia cetera, quibus constructi nos sumus et quae prima in parte paulo plenius dicta sunt et scripto uberiore prolata?[3]) Utinam liceret introspicere sensus vestros recessusque ipsos mentis, quibus varias volvitis atque initis obscurissimas cogitationes: reperiremus et vos ipsos eadem sentire, quae nos, neque alias gerere super numinum figuratione sententias. Sed studiis facere quid pervicacibus possumus, quid intentantibus gladios novasque excogitantibus poenas? *Minantes*[4]) adseritis malam scientissimi causam, et quod semel sine ratione fecistis, ne videamini aliquando nescisse, defenditis meliusque putatis non vinci, quam confessae cedere atque adnuere veritati.

12. Ex huiusmodi causis illud etiam vobis conniventibus consecutum est, ut in deorum corporibus lasciviae artificum luderent darentque his formas, quae cuilibet tristi possent esse derisui. Itaque Hammon cum cornibus iam formatur et fingitur arietinis[5]), Saturnus cum obunca falce custos ruris ut aliquis, ramorum luxuriantium tonsor[6]), cum petaso gnatus Maiae, tamquam vias aggredi praeparet et solem pulveremque declinet[7]), Liber membris cum mollibus et liquoris feminei dissolutissimus laxitate[8]), Venus nuda, tamquam si illam dicas publicare[9]), divendere me-

---

1) illa Cod. Br. 2) Sic Codd. ed. pr. Urs. In cett. suffragines. 3) Cf. supra III, 6. 4) Animantis Codd. et edd. Amentes cj. Meurs. Animati cj. Hild. Ego malim Minantis sive Minantes.

5) V. Intt. ad Curt. IV, 7. et Sil. Ital. III, 8. Macrob. Sat. I, 21. Spanhem. de Usu et Praest. Num. VII, p. 389 sqq. Kopp ad Mart. Cap. II, §. 157. p. 211. et ad §. 192. p. 237. Creuzer Symb. II, 479 sqq. 6) Hinc forsitan appellatus est Vitisator supra III, 29. Cf. Hartung Rel. d. Röm. II, 123 sqq. Böttiger Kunstmyth. I, 224 sqq. 7) V. Mart. Cap. I, §. 26. et II, §. 176. Munck ad Albric. de Imagg. Deor. 6. p. 906. Lips. de Amphitheatr. c. 19. Becker Charikl. II, 361. Böttig. Kl. Schr. I, 263. Müller Archaeol. §. 338. 8) Recte exponit Hand ad Gron. Diatr. Stat. III, 1. liquorem de corporis suco; Mart. IV, 13.— De re cf. Albric. de Imagg. Deor. 19. ibique Intt. Böttig. Andeut. p. 162 sqq. Müller Archaeol. §. 383. 9) Voc. publicare pro

ritorii corporis formam, cum pileo Vulcanus et malleo,
manu liber sed dextera[1]) et fabrili expeditione succinctus,
cum plectro et fidibus Delius, citharistae[2]) gestus servans
cantaturi et naenias histrionis, cum fuscina rex maris[3]),
tamquam illi pugna sit gladiatorii obeunda certaminis, ne- 198
que ullum est reperire figmentum alicuius numinis, quod
non habitus certos ferat fabrorum liberalitate donatos.
Ecce si aliquis vobis[4]) nescientibus et ignaris rex urbanus
et callidus ex foribus[5]) suis Solem tollat et in Mercurii
transferat sedem, Mercurium rursus arripiat atque in Solis
faciat commigrare delubrum (uterque enim a vobis glaber
atque ore compingitur levi) detque huic radios, Solis capiti *petasunculum*[6]) superponat: quibus modis internoscere poteritis, utrumne Sol iste sit, an ille Mercurius, cum habitus vobis deos, non oris soleat proprietas indicare? Consimili rursus translatione si nudo Iovi cornua detrahat et Martis temporibus affigat, Martem armis spoliet et his rursus circumcludat Hammonem: interstitio fieri quae[7]) poterit singulorum, cum qui Iuppiter fuerat idem possit existimari Mars esse, et qui Mavors fuerat subintroire speciem Iovis possit Hammonis? Usque adeo ludus est simulacra ista confingere, nomina illis tamquam propria dedicare, quibus si habitum detrahas, tollatur cognitio singulorum, deus pro deo credi, alter videri pro altero, immo pro utroque uterque possit existimari.

13. Sed quid ego diis datas falces et fuscinas rideo? quid cornua, malleos et galeros, cum simulacra quaedam sciam certorum esse hominum formas et infamium linea-

---

gloss. habet Hild. — De re cf. Intt. ad Apul. Met. X, 31. ad Fulg. Myth. II, 4. et ad Albric. de Im. Deor. c. 5. 1) manu librans dextra ed. Orell. — De re v. Arrhian. ad Epict. IV, 8. Porphyr. ap. Euseb. Praep. Ev. III, 11. et Intt. ad Albric. l. l. c. 15. Montf. Antiqu. t. XI, fig. 2. et 3. ed. Schaz. Becker Charikl. II, 262 sqq. Müller Archaeol. §. 366. — Pro expeditione Hild. cj. expeditioni. 2) citharista Codd. ed. LB. et Hild. vitiose. In cett. citharistae. — De re v. Müller Archaeol. §. 359. et 361. Cf. Apul. Flor. II, 15. 3) V. Böttig. Amalth. II, 302 sqq. et Kunstmyth. II, 341 sqq. 4) nobis ed. Bas. 5) Tertull. de Idol. c. 15. „Etiam apud Graecos Apollinem θυραῖον et Antelios daemonas ostiorum praesides legimus." Cf. Schol. ad Soph. Electr. v. 637. 6) petasi oculum Codd. et Vet. Lib. Ernstii. 7) quae fieri ed. Oberth. et Orell. —

menta meretricum? Quis est enim qui ignoret Athenien-
ses illos Hermas Alcibiadi [1]) ad corporis similitudinem fa-
bricatos? Quis Praxitelen nescit, Posidippi si relegat [2]),
ad formam Gratinae meretricis, quam infelix perdite dilige-
bat, os Veneris Cnidiae [3]) sollertiarum coegisse certamine?
Sed sola est haec Venus cui de scorti vultu translatitium
decus *factum* [4]) est? Phryna illa Thespiaca, sicut illi re-
ferunt, qui negotia Thespiaca scriptitarunt, cum in acu-
mine [5]) ipso esset pulcritudinis, venustatis et floris, exem-
199 plarium fuisse perhibetur cunctarum quae in opinione sunt
Venerum, sive per urbes Graias sive iste [6]) quo fluxit amor
talium cupiditasque signorum. Itaque artifices omnes ipsis
iisdem qui temporibus extiterunt quibusque primas dabat
exprimendarum similitudinum veritas, omni cura studioque
certabant filum capitis prostituti Cythereia in simulacra
traducere, ardebant artificum scita [7]), alterque alterum
vincere contentiosa aemulatione quaerebant, non Venus ut
augustior fieret, sed ut Phryna [8]) pro Venere staret. At-
que ita perducta est res eo, ut pro diis immortalibus sacra
meretricibus fierent, et infelix religio [9]) signorum fabrica-

1) Retinui Cod. lectionem cum Hild., qui citat Eckstein. ad Vossii Aristarch. II, p. 597. de hac genit. forma. Alcibiadei habet ed. LB. In cett. Alcibiadis. — In seqq. Cod. et ed. Hild. Praxitelen, cett. Praxitelem praebent. — De re v. Clem. Alex. Protr. p. 47. 2) Sic Codd. et ed. LB. Posidippi si religat ed. pr. In cett. Posidippum si rel. Sed retinenda est Codd. lectio. Similiter graecissat Arnobius supra c. 6. in verbis „Ptolemaeus Agesarchi“ sc. filius, V, 18. „Sextus Clodius sexto de diis Graeco“ sc. libro. — De Posidippo cf. Voss. de Hist. Gr. III, s. v. — In seqq. Gratinae habent Cod. ed. pr. Bas. Cant. Elm. Oberth. Hild. In cett. Cratinae. 3) cnidiae Cod. (sed cf. infra c. 23. ubi bis scribitur Gnidus) ed. Urs. LB. In cett. Gnidiae. — De re v. Lucian. Imagg. 6. Amor. 13. Athen. XIII, 59. p. 137. Plin. XXXVI, 5. Müller Archaeol. §. 127. Böttig. Andeut. p. 169 sqq. 4) actum Cod. quod correxi. In edd. auctum. — In seqq. Codd. Phyrna, ed. Hild. Phryna, cett. Phryne praebent. 5) h. e. ἐν ἀκμῇ. — Putean. cj. cacumine. mg. Urs. et ed. Elm. culmine. In cett. edd. et in Codd. acumine. 6) istic ed. Orell. ex Meursii emend. 7) Besnard Orellium secutus scita intelligit de formis in animo conceptis et vertit: „Die Ideale der Künstler waren voll Feuer und Leben.“ Ego interpretor scita de ipsis statuis et artificum operibus, quibus pulcritudo, cupidinis et amoris fervor ille summus tam scite expressus fuerit, ut tamquam ardere viderentur. 8) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. Phryne. 9) regio ed. Oberth. et Orell. vitiose.

tionibus falleretur. Inter significes ille memoratus Phidias
et [1]) primus cum Olympii formam Iovis molimine operis
extulisset immensi, super dei digito PANTARCES [2]) in-
scripsit PULCER (nomen autem fuerat amati ab se pueri
atque obscena cupiditate dilecti) neque ullo metu est aut
religione commotus deum nomine prostibuli nuncupare,
quinimmo exoleto Iovis numen simulacrumque sacrare.
Usque adeo ludus est et puerilis affectio sigillaria ista for-
mare, adorare pro diis ea [3]), sanctitatibus accumulare di-
vinis, cum ipsos videamus artifices in effingendis his ludere
et libidinum propriarum monumenta sancire. Quid est enim,
si quaeras, cur Phidias ludere ac lascivire dubitaret, cum
ante paululum temporis Iovem ipsum quem fecerat sciret
aurum fuisse, lapides atque ossa informia, disparata, con-
fusa, seque horum omnium congregatorem atque vincto-
rem [4]), habitus eis per se datos in membrorum similitudine
fabricata, et quod inter omnia primum est, sui esse bene-
ficium muneris, quod natus per se esset atque in rebus
adoraretur humanis?

14. Libet in hoc loco, tamquam si omnes adsint ter-
rarum ex orbe nationes, unam facere contionem, atque in
aures haec omnium communiter audienda depromere. Quid-
nam est istud, homines, quod ipsi vos ultro in tam promptis
ac perspicuis rebus voluntaria fallitis et circumscribitis cae- 200
citate? Discutite aliquando caliginem, regressique ad lumen
mentis intuemini propius et videte istud quod agitur quale
sit, si modo retinetis ius vestrum [5]) atque in finibus his
datae rationis consiliique versamini. Simulacra ista quae
vos terrent quaeque templis in omnibus prostrati atque hu-
miles adoratis, ossa, lapides, aera sunt, argentum, aurum,
testa, lignum sumptum ex arbore aut commixtum glutinum
gypso, ex ornatibus fortasse meretriciis aut ex muliebri
mundo [6]), camelinis ex ossibus aut ex Indici animalis dente,

---

1) est Codd. et omnes edd. praeter Bas. et Cant., quae et habent.
2) pantarches Cod. ed. pr. Pantauches ed. Bas. In cett. Pantarces. — V. Clem. l. l. Pausan. VI, 10, 6. VI, 15, 2. Cf. Suid. s. v. *Καλοί.* Böttig. Sabina 322. 346. Id. Vasengem. III, 62 sqq. et Amalth. III, 344. Becker Charikl. II, 405 sq. 3) et ed. Urs. 4) iunctorem Cod. Br.

5) h. e. ab ipsa natura concessum, rationem. — In seqq. pro his mg. Urs. ed. Elm. et LB. vobis habent. 6) Cf. Phot. p. 553. 556.

ex caccabulis [1]), ollulis, ex candelabris et lucernis aut ex aliis obscenioribus vasculis congesta, conflata in has species ducta sunt, atque in formas quas cernitis exierunt, fornacibus incocta figulinis, ex incudibus et malleis nata, grosis [2]) rasa, discobinata de limis, serris, *furfuraculis* [3]), asceis secta, dolata, effossa, terebrarum excavata vertigine, runcinarum levigata de planis. Ita iste non error est, non, ut proprie dicatur, amentia, deum credere quem tute ipse formaris, supplicare tremibundum [4]) fabricatae ab te rei, et cum scias et certus sis tui esse operis et digitorum partum [5]), pronum in faciem ruere, opem rogare suppliciter adversisque in rebus atque in temporibus asperis propitii numinis favores *accurrere?* [6])

15. Ecce si aliquis ponat in medio aes rude atque in opera nulla coniectum, argenti massas indomiti infectumque [7]) aurum, lignum, lapides atque ossa resque alias ceteras, quibus signa consueta sunt et numinum simulacra constare, immo si aliquis ponat in medio collisorum deorum vultus conflata [8]) atque imminuta simulacra, iubeatque vos item frustis [9]) hostias et fragminibus caedere, informibus massis sacra et munia impertire divina: audire a vobis exposcimus, facturine istud sitis, an contra quam imperabitur

---

1) caecabulis Cod. cacabulis ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. In cett. caccabulis. — Gloss. „Cacabus, λέβης." Apic. IV, 1, 2. Cf. Casaub. ad Lamprid. Heliog. 19, p. 828 sq. 2) Sic Codd. ed. Hild. grossis ed. pr. et Urs. In cett. grosfis. Gloss. Papiae: „Grosa, Rasoria argentarii." — In seqq. Codd. ed. pr. Urs. et Hild. discobinata, cett. edd. descobinata praebent. — Cf. Salm. ad Solin. p. 758. 3) furfure aculeis Cod. furfuribus aculeis ed. pr. et Urs. furficibus, aculeis ed. Bas. Cant. Oberth. forcipibus aculeis mg. Urs. et ed. Elm. perforaculis ed. LB. furfuraculis ed. Orell. et Hild. ex emend. Salm. ad Solin. p. 774. Gloss. Isid. „Furfuraculum, tenebrae" (lege: terebrae). Gloss. ap. Salm. „Furfuraculum, τρύπανον." Terebras et furfuracula (τέρετρα καὶ τρύπανα) diversa esse docet Graec. Epigr. de instrum. fabril. ap. Salm. l. l.: Τρύπανα δ' εὐδίνητα καὶ ὠκήεντα τέρετρα." 4) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. tremebundum. 5) partem Codd. ed. pr. Urs. partum mg. Urs. et ed. Hild. In cett. artem. 6) favore succurrere Cod. ed. pr. Urs. Elm. Orell. favores accurrere ed. Bas. Cant. favores accurare ed. Hild. Male. In cett. favorem succurrere. Olim malui favores incurrere.

7) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. infectum. — Cf. Isidor. Origg. XV, 17. 8) confracta cj. Rig. 9) fruistis ed. LB. mendose.

recusaturi? Fortasse dicetis, qua causa? Quia nemo est in rebus humanis tam stolide caecus, qui argentum, aes, 201
aurum, gypsum, ebur, argillam deorum in numerum referat, ipsaque per se dicat vim habere atque obtinere divinam. Quaenam est ergo ratio, ut si omnia haec corpora intacta atque infecta permanserint, careant vi numinis atque auctoritate caelesti: ea formas si accipiant hominum, si auriculas, nasos, buccas, labra, oculos, cilia, continuo dii fiant et in ordinem caelitum referantur et censum? Novitatis aliquid fictio corporibus his addit, ut adiectione ipsa cogamini [1]) aliquid eis credere divinitatis maiestatisque collatum? In aurum aes mutat aut [2]) testulae vilitatem in argenteam cogit [3]) degenerare materiam? quae insensilia fuerunt paulo ante, facit ut sint [4]) viva et spiritali agitatione moveantur? Si quas foris habuere naturas, eas omnes retineant simulacrorum in corporibus constituta, stupiditas quae tanta est (detrecto enim dicere caecitatem) rerum existimare naturas formarum qualitate mutari et accipere numen ex habitu, quod in primigenio corpore iners fuerit et brutum et sensus mobilitate privatum.

16. Itaque immemores et obliti simulacrorum substantiae atque originis quae sit, rationale homines animal et sapientiae munere consiliique donatum coctilibus testis succumbitis, aeris lamminas [5]) adoratis, elephantorum ab dentibus secundas poscitis valetudines, magistratus, imperia, potestates, victorias, adquisitiones, lucra [6]), messes optimas feracissimasque vindemias, et cum pateat [7]), luceat, rebus fieri verba cum brutis, exaudiri vos remini, ipsique vos ultro credulitatis vacuae circumscriptione traducitis?

---

1) cogitamini Cod. mendose. 2) aes mutata ut Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs., quae edd. invitis Codd. etiam testula praebent mutatae aut testulae ed. Oberth. ex emend. Heraldi. In cett. mutat aut testulae ex emend. mg. Urs. et Stewechii. 3) Sic Codd. mg. Urs. ed. Elm. LB. Orell. Hild. In cett. cogat. — In seqq. ed. Bas. et Urs. praebent insensibilia. 4) Sic Codd. ed. pr. Urs. Elm. LB. Orell. faciat ut sint ed. Bas. Cant. mg. Urs. Oberth. facit, ut sine ed. Hild. mendose.

5) Sic Codd. constanter. Edd. laminas. — In seqq. omnes edd. praebent a dentibus pro ab dentibus. 6) acquisitionis lucra ed. pr. Bas. Cant. Urs. — In seqq. opimas pro optimas praebent omnes edd. praeter pr. et Hild. Et ego malim opimas. 7) pateat pro gloss. habet Hild.

O utinam liceret in simulacri alicuius medias introire pendigines [1])! immo utinam liceret Olympiacos illos et Capitolinos Ioves *diducere* [2]) in membra resolutos, omnesque illas partes, quibus summa concluditur corporum, discretas ac singulas contueri. Iamdudum istos videretis deos, quos exterior levitas lenocinio fulgoris augustat, lamminarum
202 *flabilium* [3]) esse crates, particularum coagmenta deformium, ab ruinarum [4]) casibus et dissolutionis metu subscudibus et catenis, uncis atque ansulis retentari, interque [5]) omnes sinus commissurarumque iuncturas plumbum ire suffusum et salutares moras signorum diuturnitatibus commodare. Videretis, inquam, iamdudum solas sine occipitiis facies, manus sine brachiis semiplenas, ventres cum lateribus dimidiatos, plantarum imperfecta vestigia, et quod maxime risum ferat, parte ligneos [6]) ex una, at ex altera saxeos, inaequabili corporum constructione contractos. Quae si utique perspici obscuritatis arte [7]) non quirent, vel ipsa vos saltem quae in medio sita sunt docere atque monere debuerunt, agere vos nihil et circa res cassas officiorum impendere vanitates. Ita enim non videtis spirantia haec signa, quorum plantas et genua contingitis et contrectatis orantes, modo casibus stillicidiorum labi, putredinis modo carie relaxari, ut nidoribus atque fumo suffita ac decolorata nigrescant, quemadmodum saecli longioris incuria perdant situ species [8]) et robigine convulnerentur exesa? Ita,

---

1) παραρτήματα explicat Huet., πήγματα Salm. ad Solin. p. 268., uncos et ansulas Is. Voss. Aliter Schneider et Gesner ad Veget. de Mulomed. III, 44, 1., qui putant esse cava simulacri interstitia, prob. Hild. 2) diducere ed. Orell. et Hild. ex cj. Graevii. In Codd. et cett. edd. extat deducere. 3) flevilium Codd. flabilium ed. Hild. (quem cf. ad. Apul. Met. III, 17., ubi Codd. inter perflabilem et perflatilem fluctuant, ut contra ap. Prudent. Perist. X, 374. flebilis et flabilis confusa sunt). In cett. flatilium. flexilium olim emend. Hild., neque male. 4) ab ruinarum Cod. ed. LB. Hild. In cett. a ruinarum. 5) inter quae Cod. ed. pr. et Urs. 6) sc. deos istos ficticios. 7) h. e. propter artem, qua sunt omnia tecta et obscurata. Suspicor mendum aliquod latere. Vet. Lib. Ernstii et mg. Urs. praebent obscurata arte. 8) incuria perdant situs species Cod. et ed. LB. inc. p. situs, specie ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. inc. p. situ, species (sic) ed. Hild. iniuria mg. Urs. incuria perdant situ speciem extat in Vet. Lib. Ernstii et in cett. edd. — In seqq. Cod. et ed. Hild. robigine, cett. rubigine praebent.

inquam, non videtis sub istorum simulacrorum *cassis* [1]) stelliones, sorices, mures, blattasque lucifugas nidamenta ponere atque habitare, spurcitias huc omnes atque alia usibus adcommodata conducere, semirosi duritias panis, *famis* ossa [2]) in spem tracta, *pannos* [3]), lanuginem, chartulas nidulorum in mollitiem sollicite [4]) miserorum fomenta pullorum? Non in ore aliquando simulacri ab araneis ordiri retia, atque insidiosos casses, quibus volatus innectere stridularum possint impudentiumque muscarum? Non hirundines [5]) denique intra ipsos aedium circumvolantes tholos iacularier stercoris *plenos* [6]), et modo ipsos vultus, modo numinum ora depingere, barbam, oculos, nasos aliasque omnes partes, in quascunque se detulerit deonerati proluvies podicis? Erubescite ergo vel sero atque ab animantibus mutis vias, rationes [7]) accipite, doceantque vos eadem 203
nihil numinis inesse simulacris, in quae obscena deiicere [8])

---

1) causis Codd. solita aberratione cum ed. pr. et Urs. casis ed. pr. in errat. et mg. Urs. cassis ed. Hild. ex loco Solin. 52. In cett. cavis. — In seqq. voc. mures deest in ed. Oberth. Orell. Hild. — De re cf. Min. Fel. Oct. c. 24. et Theodoret. H. E. V, 22. Tertull. Apol. c. 12. 2) panis pannis ossa Cod. panis, famis ossa ed. LB. In cett. panis, ossa. 3) in spem tracta annos Cod. in sepem tracta pannos ed. Orell. ex cj. Casp. Barthii. in spem tracta pannos extat in cett. edd. 4) Sic Cod. et ed. Hild. in mollitie solicite ed. pr. et Urs. in mollitie miserorum omisso voc. sollicite, ed. Bas. et Cant. in mollities miserorum ed. Elm. ex emend. mg. Urs., ubi tamen voc. sollicite extat. in mollitiem miserorum ed. Oberth. (om. sollicite voc.) In cett. in mollitiem scilicet mis. Adverbium sollicite referendum est ad verb. conducere. 5) V. Clem. Alex. Protr. p. 46. 6) plenas Codd. et edd. praeter Elm. et Hild., quae praebent splenas ex emend. Jo. Aurati. pluvias cj. Guyet. plenas retinet Meurs. in Exerc. Crit. I, p. 64. et putat dictum pro blennas, cit. Etym. M. v. *Βλέννα, μύξα· οἱ δὲ διὰ τοῦ π πλέννη καὶ πλένα τὰ ἀσθενῆ καὶ δυςκίνητα.* Bernhardyus emendari vult vagularier stercoris plenas. Ego repono plenos, et struo hoc adjectivum ita cum verbo iacularier, ut sensus evadat idem ac si dixerit: tholos jaculando facere stercoris plenos. Quod genus prolepseos, si ita appellare licet, habes ap. Virg. Aen. X, 103. in verbis: „premit placida aequora pontus“, ubi Serv. explicat: premendo reddit placida. Cf. Intt. ad Thuc. IV, 17. et ad Ovid. Met. IX, 86. 7) rationes pro gloss. habet Hild. 8) Sic Cod. a. m. sec. mg. Urs. ed. Elm. LB. Orell. Hild. dicere ed. pr. et Urs. In cett. facere. — In seqq. Codd. Vet. Lib. Ernstii et ed. pr. et Urs. habent distincta pro instincta.

neque metuunt neque vitant leges suas sequentia et *instincta* veritate naturae.

17. Sed erras, inquit [1]), et laberis, nam neque nos aera neque auri argentique materias neque alias, quibus signa confiunt, eas esse per se *deos* [2]) et religiosa decernimus numina, sed eos in his colimus eosque veneramur, quos dedicatio infert sacra et fabrilibus efficit inhabitare simulacris. Non improba neque aspernabilis ratio, qua possit quivis tardus necnon et prudentissimus credere, deos relictis sedibus propriis, id est caelo, non recusare nec fugere habitacula inire terrena, quinimmo iure dedicationis impulsos simulacrorum coalescere iunctioni. In gypso ergo mansitant atque in testulis dii vestri, quinimmo testularum et gypsi mentes, spiritus atque animae dii sunt? atque ut fieri augustiores vilissimae res possint, concludi se patiuntur et in sedis obscurae coercitione latitare? Ergo illud a vobis parte in hac primum desideramus et postulamus audire, invitine hoc faciunt, id est, iure dedicationis attracti simulacrorum ineunt mansiones, an proni et faciles neque ullis necessitatibus inrogatis? Inviti [3]) hoc faciunt? Et qui fieri potis est, ut in aliquam necessitatem imminuta maiestate cogantur? Voluntariae obsecutionis adsensu? [4]) Et quid in testulis dii petunt, ut eas sedibus sidereis anteponant vinctiones, *vi* [5]) propemodum colligati *mobilitantes* [6]) testulas et cetera quibus signa confiunt?

---

1) inquitis ed. Urs. et LB. 2) deas Codd. ed. pr. In cett. deos. Scribendum fortasse dias. 3) inrogati (*s* abraso, ut vestigia demonstrant) si inviti Cod. irrogati? Si inv. ed. pr. Bas. Cant. Urs. In cett. irrogatis? Si inviti. Ego cum mg. Urs. delevi si conjunctionem. — In seqq. verba: et qui — — — cogantur in ed. Hild. inepte per parenthesin proferuntur. 4) cogantur voluntariae obsecutionis adsensu Codd. si voluntariae sqq. ed. LB. Oberth. Orell. cogantur obs. si assensu ed. Hild. In cett., ut in Codd., si deest. — In seqq. pro Et quid mg. Urs. habet Ecquid, quod cj. etiam Stewech. 5) vinctiones ut Cod. vincti omnes et ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. Orell. vinctionis vi ed. LB. 6) mobilitatis Cod. nobilitatis ed. pr. et Urs. nobilitent ed. Bas. Cant. Elm. Oberth. Orell. nobilitantes ed. LB. quod non displicet, mobilitantes ed. Hild. (cf. III, 38. in movendis rebus. VII, 3. „motus vitalis" et VI, 23. fin.) quod recepi. — Verba, quae in Codd. in seq. capite post plumbeae vinctiones leguntur, in ed. LB. et Orell. male ad finem huius (17) capitis adnectuntur sed mutato in si et perdiderunt in perdiderint et eas post sedibus interposito.

18. Quid ergo? in materiis talibus semperne dii mansitant neque abeunt uspiam, etiam si res postulaverit maxima? An habent itus liberos, cum libuerit abire quocumque et ab suis sedibus simulacrisque discedere? Si permanendi necessitatem patiuntur, quid miserius his esse aut quid infelicius poterit, quam si eos in basibus ita unci retinent et plumbeae vinctiones? *nec* [1]) concedamus, ut, caelo et sidereis *si* sedibus [2]) anteponant, divinitatis suae perdiderint potestatem? Sin autem, cum voluerint, evolant et absolu- 204
tum ius habent inania relinquere simulacra, ergo aliquo tempore desinent esse dii signa, et in dubio stabit, quando sacra debeant reddi, quando his conveniat atque oporteat abstinere. Saepenumero videmus ab artificibus haec signa modo parvula fieri et palmarem in minutiem [3]) contrahi, modo in immensum tolli et admirabilem in amplitudinem sublevari. Ratione hac ergo sequitur ut intellegere debeamus in sigilliolis parvulis contrahere se deos et alieni ad corporis similitudinem coartari, aut vero [4]) in vastis porrigere se longius atque in maximitatem producere. Ergo si hoc ita est, et in sedentibus signis deum sedere dicendum est et in stantibus stare, in procurrentibus currere, iacularier in iacientibus tela, ad illorum formare atque aptare se vultus et ad reliquos habitus figurati corporis similitudinem commodare.

19. In simulacris dii habitant, singuline in singulis toti, an partiliter atque in membra divisi? Nam neque unus deus in compluribus potis est uno tempore inesse simulacris, neque rursus in partes sectione interveniente divisus. Constituamus enim decem millia simulacrorum toto esse in orbe Vulcani: numquid esse, ut dixi, decem omnibus in millibus potis est unus uno in tempore? Non opinor. Qua causa? Quia quae sunt privata [5]) singulariaque natura, multa

Meursius eadem verba rejicit post verba cap. sequ.: oporteat abstinere, Orell. et Hild. pro gloss. habent. — V. nos ad seq. cap.

1) Sic correxi. Codd. et pleraeque edd. sed habent. Cf. adn. ad cap. praegress. 2) sidereis sedibus Codd. et edd. si sedibus dedi ex mea emend. et perdiderint in seqq. cum ed. LB. et Orell. pro perdiderunt, quod Codd. et cett. edd. habent. anteponant sc. sedes illas et simulacra. 3) minutitiem Cod. 4) at vero ed. LB. ex emendat. Meursii. Sic cj. et Memmius. — In seqq. Cod. et ed. pr. cum Urs. habent maximitate.

5) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. Hild. In cett. priva

fieri nequeunt simplicitatis suae integritate servata, et hoc amplius nequeunt, si hominum formas dii habent [1]), opinatio ut vestra declarat. Neque enim manus a capite separata aut pes divisus a corpore summam possunt praestare totius, aut dicendum est portiones idem posse quod totum, cum consistere nequeat, nisi fuerit partium congregatione conflatum. Si autem in cunctis idem esse dicetur, perit omnis ratio atque integritas veritati [2]), si hoc fuerit sumptum, posse unum in omnibus uno tempore permanere, aut deo-
205 rum est unusquisque dicendus ita ipsum semet ab ipso sese [3]) dividere, ut et ipse sit et alter, non aliquo discrimine separatus, sed ipse idem et alius. Quod quoniam recusat et respuit aspernaturque natura, aut innumeros dicendum est confitendumque esse Vulcanos, si in cunctis volumus eum degere atque inesse simulacris, aut erit in nullo, quia esse divisus natura prohibetur in plurimis.

20. Et tamen, o isti, si apertum vobis et liquidum est, in signorum visceribus deos vivere atque habitare caelites, cur eos sub validissimis clavibus ingentibusque sub claustris, sub repagulis, pessulis aliisque huiusmodi rebus custoditis, conservatis atque habetis inclusos, ac ne forte fur aliquis aut nocturnus irrepat latro, aedituis mille protegitis atque excubitoribus mille? Cur canes in Capitoliis pascitis? cur anseribus victum alimoniamque praebetis? [4]) Quinimmo si fiditis deos istic esse nec ab signis uspiam simulacrisque discedere, permittite illis curam sui, reserata sint semper atque aperta delubra, ac siquid a quopiam temeraria fuerit fraude subreptum, vim numinis monstrent, et sub ipso furti atque operis momine [5]) sacrilegos poenis convenientibus figant. Indigna enim res est et potentiam destruens auctoritatemque, summorum custodiam numinum canum sollicitudinibus credere, et cum aliquam quaeras prohibendis formidinem furibus, non ab ipsis petere, sed in anserum ponere atque collocare gingritibus [6]).

---

ex emend. Stewechii et mg. Urs. 1) habeant ed. Oberth. et Orell. vitiose. 2) veritatis mg. Urs. et ed. Elm. 3) ab ipsos esse Cod. ab ipso sese ed. LB. Orell. Hild. In cett. ab ipso se ipse dividere.

4) Cf. Cic. pro Rosc. Am. 20. August. C. D. II, 22. Veget. R. M. IV, 26. ibique Stewech. 5) nomine Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. In cett. momine ex emend. Meursii. 6) ginglitibus Cod. Par. ganglitibus Cod. Br.

21. Antiochum Cyzicenum ferunt decem [1]) cubito-
rum Iovem ex delubro aureum sustulisse et ex aere bracteo-
lis substituisse fucatum. Si in simulacris praesto sunt atque
habitant dii suis, quibus negotiis Iuppiter, quibus curis fue-
rat illigatus, quo minus privatas persequeretur iniurias et
suppositum se sibi viliore in materia vindicaret? Dionysius
ille, sed iunior [2]), cum velamine aureo spoliaret Iovem et
pro illo laneum subderet, iocularibus etiam facetiis ludens
cum esse illud in rigoribus algidum, hoc *vaporum* [3]), one-
rosum illud in aestatibus diceret, hoc rursus sub ardoribus 206
flabile: ubinam fuerat rex poli, ut praesentem se esse for-
midine aliqua comprobaret, et urbanum scurrulam cruciati-
bus revocaret ad seria? Nam quid Aesculapii gravitatem [4])
ab eo esse commemorem risam? Quem cum barba spolia-
ret amplissima boni ponderis et philosophicae [5]) densitatis,
facinus esse dicebat indignum, ex Apolline procreatum
patre levi et glabro simillimoque impuberi [6]) ita barbatum
filium fingi, ut in ancipiti relinquatur, uter eorum pater sit,
uter filius, immo an sint [7]) generis et cognationis unius?
Quae cum omnia fierent et cum sacrilegis praedo irrisioni-
bus loqueretur [8]), si suberat numen in statua nomini eius
maiestatique sacrata, cur oris contumeliam [9]) levigati et
dehonestati vultus non iusta et merita persecutus est ultione
demonstravitque hoc facto, et se [10]) esse praesentem et
custodia pertinaci suas sedes [11]) simulacraque tutari?

---

1) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Hild. In cett. quindecim ex emend. mg. Urs. Quindecim enim cubitorum Jovem illum fuisse affirmat Clem. Alex. Protr. p. 46., quem exscripsit Arnobius. 2) Clem. Alex. l. l. — Majori Dionysio hanc facetiam tribuunt Cic. N. D. III, 34. Lact. II, 4, 16. et Aelian. V. H. I, 20. 3) vaporem Codd. vaporeum ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. In cett. vaporum. — In seqq. Cod. Br. pro flabile habet habile. 4) Cf. Pausan. X, 32. Müller Archaeol. §. 394. — De re narrata cf. Lact. l. l. Cic. l. l. et Valer. Max. I, 1. 5) philosophiae Cod. philosophae ed. Hild. In cett. philosophicae. — Philosophos vett. barbas alere solitos esse res nota est. 6) Müller Archaeol. §. 359 sqq. — In seqq. ed. Cant. habet ut anticipiti vitiose pro ut in ancipiti et paulo post Cod. Br. praebet: uter sit filius. 7) sit ed. Cant. 8) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. In cett. iocaretur ex emend. mg. Urs. 9) V. Intt. ad Pers. Sat. I, 132. Philostr. V. Apoll. VII, 14. 10) facto, et se Codd. et edd. praeter Oberth. Orell. et Hild., in quibus et desideratur. 11) Sic Cod., teste Hild., et ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Hild. aedes Cod., teste Crusio, et ed. LB. Oberth. Orell.

22. Nisi forte neglegere [1]) deos dicetis haec damna nec putare esse idoneam causam, propter quam se exserant et nocentibus poenam violatae religionis infligant. Ergo si haec ita sunt, nec simulacra ipsa habere desiderant, quae convelli et diripi perpetiuntur impune, immo e contrario perdocent aspernari se illa [2]), in quibus spretos ultione [3]) in aliqua significare non curant. Philostephanus [4]) in Cypriacis auctor est, Pygmaleonem regem Cypri simulacrum Veneris, quod sanctitatis apud Cyprios et religionis habebatur antiquae, adamasse ut feminam, mente, anima [5]), lumine rationis iudicioque caecitatis [6]), solitumque dementem, tamquam si uxoria res esset, sublevato in lectulum numine copularier amplexibus atque ore, resque alias agere libidinis vacuae imaginatione frustrabiles. Consimili ratione Posidippus [7]) in eo libro, quem scriptum super Gnido indicat superque *rebus* [8]) eius, adulescentem haud ignobilem memorat (sed vocabulum eius obscurat) correptum amoribus Veneris, propter quam Gnidus in nomine est, amatorias et
207 ipsum miscuisse lascivias cum eiusdem numinis signo genialibus fusum *in* [9]) toris et voluptatum consequentium finibus. Ut similiter rursum interrogem, si in aere atque in materiis ceteris, quibus signa formata sunt, superorum potentiae delitiscunt [10]): ubinam gentium fuerant una atque altera Veneres, ut impudicam petulantiam iuvenum propulsarent ab se longe, et contactus impios cruciabili coercitione punirent? aut quoniam mites et ingeniis tranquillioribus deae sunt, quantum fuerat, miseris furialia ut restinguerent gaudia mentemque insanam [11]) recreatis reducerent sensibus?

---

1) nec legere Codd. — In seqq. ed. Oberth. et Orell. habent dicitis mendose. 2) Hic integrum folium deest in Cod. Br., quod continet verba: se illa, in quibus spretos etc. usque ad: formidines? Usque cap. 26. 3) spretos se ultione mg. Urs. ed. Elm. et LB. 4) Clem. Alex. p. 50. cf. Ovid. Met. X, 245 sqq. Philostr. V. Apoll. V, 5. Engel Kypros II, 119 sqq. — De Philostephano v. Voss. de Hist. Gr. I, 15. 5) animo mg. Urs. et ed. Elm. — In seqq. Cod. vitiose rationibus exhibet. Cf. ad V, 45. 6) Sic Cod. et ed. Hild. iudicioque caecatis ed. LB. In cett. iudiciique caecatis. Verbum caecitare quamquam apud alios scriptores non reperitur, cum aliis edd. caecatis emendare non sum ausus. 7) Cf. supra cap. 13. 8) re abse Cod. mendose. re a se ed. pr. In cett. rebus ex ingeniosa Gelenii emendatione. 9) usum ed. Orell. ex corr. Meursii. fusum toris cett. edd. cum Cod., quod emendavi. 10) Sic Cod. ed. LB. et Hild. In cett. delitescunt. 11) in sanam cj. Huet. Non male.

23. Nisi forte, ut vos fertis, libidinis et voluptatum deae contumelias istas habuere gratissimas, nec ultione facinus existimavere [1]) condignum quod suas quoque mulceret mentes et quod ab se subdi humanis cupiditatibus scirent. Sed si deae Veneres ingeniis placidioribus praeditae gerendum esse morem infortuniis iudicavere caecorum, cum Capitolium totiens [2]) edax ignis absumeret, Iovemque ipsum Capitolinum cum uxore corripuisset ac filiam [3]): ubinam fulminator tempore illo fuit, ut sceleratum illud arceret incendium et a pestifero casu res suas ac semet et cunctam familiam vindicaret? Ubi Iuno regina, cum inclytum eius fanum sacerdotemque Chrysidem eadem vis flammae Argiva in civitate deleret? [4]) Ubi Serapis Aegyptius, cum consimili casu iacuit solutus in cinerem cum mysteriis omnibus atque Iside? [5]) Ubi Liber Eleutherius, cum Athenis? ubi Diana, cum Ephesi? [6]) ubi Dodonaeus Iuppiter, cum Dodonae? [7]) ubi denique Apollo divinus, cum a piratis maritimisque praedonibus et spoliatus ita est et incensus [8]), ut ex tot auri ponderibus, quae infinita congesserant saecula, ne [9]) unum quidem habuerit scripulum,

---

1) existimare Cod. Cf. supra V, 33. 2) Clem. Alex. Protr. p. 46. Cf. Lactant. III, 17. Euseb. Praep. Ev. VI, 3. — De incendiis Capitolii cf. August. C. D. II, 23. Tacit. Hist. III, 71 sq. Suet. Domit. 5. Euseb. Praep. Ev. IV, 81. Cf. Scalig. ad. Euseb. Chron. a. 1934. 3) Sic Cod. ed. pr. et Hild. In cett. filia. 4) Thucyd. IV, 133. 5) Dio Cass. LXVI, 10. 6) Dionysi Eleutherii templum hoc memorat Pausan. I, 20. — Artemidis Ephesinae templum primum per Herostratum, deinde postquam instauratum erat per Dinocratem (Müller Archaeol. §. 80.), a. 262. Gallieno imper. iterum incensum est. Jornand. Rer. Goth. c. 20. — Pro Ephesi ed. pr. (in errat.) Bas. Cant. mg. Urs. ed. Elm. Epheso habent. 7) Dodone ed. pr. (in errat.) Bas. Cant. Elm. Oberth. — Cf. Polyb. IV, 67. V, 9. IX, 29. Diod. Frr. p. 568. tom. IV, p. 98. ed. Dind. et Liv. XLIV, 34. E. von Lasaulx: Das Pelasg. Orak. des Zeus zu Dodona. (Herbopol. 1841.). 8) V. me in Prolegg. ad Varronis Satt. Menipp. Frr. p. 48 sqq., ubi demonstravi hanc direptionem et incensionem vix versimile esse pertinere ad templum Delphicum. Varro enim quum maritimorum praedonum et piratarum mentionem faciat, innuere videtur tempora belli piratici, cui ipse interfuerat, quoque templa Apollinis Clarii, Didymaei, Actiaci, Leucadii spoliata atque deleta esse tradit Plut. V. Pompej. 24. — De Delphici templi direptionibus v. Hüllmann: Würdigung des Delph. Orakels (Bonn. 1837.) p. 62 sqq. 9) Sic Codd. ed. pr. Bas. Urs. LB. Hild. In cett. nec. — In seqq. ed. pr. et Urs. habet scrypulum (scripulum ed. Urs.) quo, ed. Elm.

quod hirundinibus hospitis, Varro ut dicit *scite* Menippeus [1]), ostenderet? Infiniti operis res est [2]) toto in orbe describere quae sint fana convulsa terrae motibus et tempestatibus, quae incensa ab hostibus, quae ab regibus et
208 tyrannis, quae antistites et sacerdotes et [3]) ipsi suspicione aversa nudaverint, quae ad ultimum fures et obserata pandentes remediorum obscuritate Canacheni [4]): quae tuta utique permanerent et nullis obnoxia fortuitis, si adessent dii praesides aut haberent aliquas templorum quemadmodum dicitur curas. Nunc vero quia cassa sunt et nullis habitatoribus [5]) tecta, habet in illis fortuna ius suum, et perinde cunctis obiecta sunt casibus, quam sunt omnia cetera motu interiore privata.

24. In parte hac eadem illud etiam dicere simu-

---

scrupulum quod ed. Bas. Cant. Oberth. scrypulum quod. — Pro hospitis Cod. ed. pr. et Urs. hospitiis praebent. 1) ut dicit se thenippeus Cod. teste Hild. (sethenipeus legit Crus.) se Thenipeus ed. pr. et Urs. dicit in Menippeis ed. Bas. Cant. Elm. dicit Menippeus extat in cett. dicit scite Menippeus dedi ex probabili Hild. emend. Ipse olim cj. dicit iste Menipp. — De Menippei Varronis cognomine cf. me in Prolegg. ad Varr. Satt. Menipp. Frr. p. 48. 2) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. esset. — In seqq. in toto orbe praebent omnes edd. praeter LB. et Hild. 3) et deest in ed. Oberth. et Orell. 4) remedorum obscuritate canacheni Cod. ed. pr. et Urs. LB. Hild. In cett. tenebrarum obsc. canacheni. — Locus his omnium facile in toto Arnobio est difficillimus explicatu et vetus interpretum crux. Canacheni isti quinam sint dici non potest. Herald. cj. Saraceni, Orell. mirifice Chanabeni (ex Hebraeo derivans) et Goldast. in Collect. in S. Valerian. de Bon. Discipl. (Genev. 1601. 4.) p. 63. emendari vult canactae a graeco *κανάξαι*, sed ipse monet in Hardilonis Monachi Dictis Patrum, quae ipse in membr. scripta teneat, extare: Canacheni. Haec tuta utique. Meurs. in Exerc. Crit. I, 4. p. 16. et Carpentarius retinent Canacheni, item derivantes ab *κανάξαι* i. e. evacuare (Polluc. Onomast. X, 85. *Κανάξαι λέγουσι καὶ Ἐκκανάξαι· ὡς καὶ Εὔπολις ἐν τοῖς Φίλοις· Τὴν δ'αὐτὸς ἐκκανάξει.* Hesych.: *Ἐκκανάξειν· ἐκκενώσειν, ἀπὸ τοῦ Κανοῦ.* V. Intt. ad utrumque locum.) ut Canacheni quasi sint evacuatores vel fures. Sed neque haec interpretatio satisfacit. Mihi videntur Canacheni esse populus hodie quidem nominis ignoti, qui, fere ut Cinguri passim apud nostrates, artificiis remediisque magicis claustra reserare posse superstitioso olim ab saeculo putati fuerint. Hinc neque dubitavi pro remedorum reponere remediorum. 5) habitationibus ed. Orell. — In seqq. pro obiecta, quod Cod. lectio est, mg. Urs. ed. Elm. LB. Orell. habent subiecta.

lacrorum adsertores solent, non ignorasse *se*[1]) antiquos nihil habere numinis signa neque ullum omnino inesse his sensum, sed propter indomitum atque imperitum vulgus, quae pars in populis atque in civitatibus maxima est, salutariter ea consilioque formasse, ut velut quadam specie obiecta his numinum *abiicerent*[2]) asperitatem metu, arbitratique praesentibus sese sub diis agere, facta impia deputarent[3]), et ad humana officia morum immutatione transirent. Nec propter aliam causam venerabiles formas auro eis argentoque quaesitas, nisi ut adesse vis quaedam ipsis in fulgoribus crederetur, quae non oculorum tantum perstringeret sensum, verum etiam mentes ipsas augustissimae lucis radiationibus territaret. Quod ratione cum aliqua videretur forsitan dici, si post condita deorum templa atque instituta simulacra nullus esset in mundo malus, nulla omnino nequitia, iustitia, pax, fides mortalium pectora possideret neque quisquam in terris nocens neque innocens diceretur, scelerosa opera nescientibus cunctis. Nunc vero cum contra malis omnia plena sint, innocentiae paene interierit nomen, per momenta, per puncta examina maleficiorum nova noxiorum improbitate pariantur, dicere qui convenit ad incutiendas formidines vulgo instituta simulacra, cum praeter innumeras criminum et facinorum formas ipsa etiam videamus templa sacrilegis violationibus 209
appeti ab tyrannis, ab regibus, ab latronibus et nocturnis a furibus, ipsosque illos deos, quos ad metus faciendos vetus finxit et consecravit antiquitas, vadere in antra praedonum cum ipsis suis aureis metuendisque fulgoribus?

25. Quid enim, si verum et sine ulla gratificatione perspicias, signa ista quae dicunt habent in se magnum, ut merito sperarit atque existimarit antiquitas conspectu illorum[4]) posse frangi hominum vitia et mores et maleficia[5]) temperari? Falx messoria scilicet, quae est attributa Saturno[6]), metum fuerat iniectura mortalibus, vitam vel-

---

1) se deest in Cod. et edd. omnibus praeter Hild. 2) abiecerint Cod. 3) h. e. absciderent et removerent. deputarent habent Cod. et ed. Hild. In cett. deponerent. — In seqq. ed. LB. et Orell. praebent mutatione pro immutatione.

4) conspectum illorum Cod. teste Hild., qui inde conspectu in illorum emend. et edidit. 5) Sic Cod. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Hild. In cett.: a maleficio. 6) Cf. supra III, 29.

lent ut pacificam degere ac malitiosas abiicere voluntates: fronte Ianus ancipiti aut dentata illa qua insignitus est clavis [1]): riciniatus Iuppiter atque barbatus, dextra fomitem sustinens perdolatum in fulminis morem [2]): Iunonius ille caestus, aut militari sub galea puellula delitiscens [3]): Deum Mater *cum* tympano, cum tibiis et cum psalteriis Musae [4]): Mercurius pinnatus Argiphontes: Aesculapius baculo: Ceres mammis cum grandibus, aut in Liberi dextera pendens potorius cantharus [5]): Mulciber fabrili cum habitu, aut Fortuna cum cornu pomis, ficis aut frugibus autumnalibus pleno [6]): semitectis femoribus Diana, aut ad libidinem concitans Venus nuda [7]): Anubis canina cum facie, aut genitalibus propriis inferior Priapus [8]).

26. O species formidinum dirae metuendique terrores, propter quos genus hominum torpedine in perpetua [9]) adfigeretur, nihil moliretur attonitum, ab omnique se actu sceleroso flagitiosoque frenaret! Falciculae, claves, caliandria [10]), fomites, talaria, baculi, tympaniola, tibiae,

---

1) Cf. Intt. ad Ovid. Fast. I, 95 sqq. 2) De Jove cf. Kopp ad Mart. Cap. I, §. 66. p. 107. Munck. ad Albric. de Im. Deor. 2. 3) De Junonio caestu v. Hom. Il. XIV, 170 sqq. et de Athenae galea cf. Müller Archaeol. §. 369. delitiscens habet Cod. ed. LB. et Hild. In cett. pro more delitescens. 4) Voc. cum ante tympano deest in Cod. et ed. pr. — De tympano et tibia Matri Deum propriis cf. Zoega Bassiril. I, p. 94 sqq. Pitt. d'Ercol. II, tab. 29. p. 175. Böttiger Kunstmyth. I, 285 sqq. Hoc tamen in loco malim cum Hild. aliisque tibias referre ad Musas, de quibus ad h. l. videndus est Müller Archaeol. §. 393. et Pitt. d'Ercol. II. tabb. 5 et 6. p. 33 sqq. 5) De Mercurio pinnato v. Munck. ad Fulg. Myth. I, 19. Voss. Mythol. Br. I, 68 sqq. — De Aesculapii baculo cf. Ovid. Met. XV, 654 sqq. et Munck. ad Albric. de Deor. Imagg. 20. — De Cerere mammosa cf. supra III, 10. Intt. ad Min. Fel. 21., et de cantharo Liberi Macrob. Sat. V, 21. Plin, XXXIII, 53. Creuzer Studien II, 223. 6) De Vulcano cf. ad VI. 12. — De Fortuna cum cornu cf. Müller Archaeol. §. 398. Böttiger Kl. Schr. II, 376. 7) De Diana cf. Müller Archaeol. §. 363. et de Venere nuda VI, 12. 8) De Anubide cf. Heinr. ad Juven. VI, 534. Creuzer Symb. I, 260. 364 sqq. IV, 244. Intt. ad Min. Fel. Oct. 21. — De Priapo membroso v. Intt. ad Petron. Sat. c. 92.

9) torpedinem in perpetua Cod. teste Hild., qui inde emend. et recepit torpedinem in perpetuam. In cett. torpedine in perpetua. 10) Sic Cod. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. Hild. In cett. caliendra ex emend. Meursii. Forma caliandrium pro caliendrum apud alios scriptores non reperitur, unde correctio illa haud prorsus improbanda videatur. Ceterum per caliandria

psalteria, mammae promptae atque ingentes, cantharuli, forcipes cornuaque pomifera, nuda corpora feminarum et veretrorum magnitudines publicatae. Nonne satius fuerat saltitare, cantare, quam sub titulo gravitatis et severitatis obtentu tam frigida tamque inepta narrare simulacra ab antiquis ad peccata cohibenda et ad nocentium formata impiorumque formidines? Usque [1]) adeone mortales saeculi illius ac temporis corde fuerant vacui [2]) rationis sensusque nullius, ut ab actionibus improbis tamquam parvuli pusiones personarum monstruosissima torvitate sannis [3]) etiam constringerentur et maniis? Et unde est in contrarium res versa, ut cum tam multa in civitatibus templa sint plena omnium simulacris deorum, tot legibus et generibus suppliciorum tantis, iri obviam nequeat multitudini noxiorum neque ullis remediis audacia possit abscidi, tantoque se magis maleficia congeminata multiplicent, quanto legibus iudiciisque contenditur imminuere facta crudelia et poenarum coercitione sedare? Quodsi metus aliquos infligerent simulacra mortalibus, legum latio cessaret, nec tam diversae cruces facinorosorum constituerentur audaciae. Nunc vero quia constitit comprobatumque est, re ipsa inanem esse opinionem timoris qui ab signis dicatur effluere, ad legum decursum est sanctiones, a quibus formido esset certissima etiam fixa [4]) constitutaque damnatio, quibus debent et ipsa simulacra, quod incolumia adhuc perstant et honoris alicuius concessione munita sunt [5]).

---

sive caliendra hic ricinia significari non est quod verbosius demonstrem. Cf. Schol. et Intt. ad Horat. Sat. I, 8, 48. Ducang. in Lex. Med. et Inf. Lat. s. v. Isid. Origg. XIX, 25 (ricinium). In seqq. de voc. *talaria* cf. Virg. Aen. IV, 239. et Voss. Mythol. Br. I, p. 68 sqq. 1) Hucusque deerat folium in Cod. Br. et nova pag. incipit voc. *adeone*. 2) Lucret. V, 1106. 3) *monstruosissimas torvitates annis* Codd. ed. pr. et Urs. *monstruosissima torvitate animos* ed. Bas. Cant. Elm. Oberth. ex emend. Gelenii. *monstruosissima torvitate sannis* cett. edd. Ruhnken ad Tim. p. 181. cj. *monstr. torvitate lamiis* et Meurs. cj. *monstr. torvitate animis.* — In seqq. Cod. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. habent *manus*, cett. edd. *maniis.* — De sannis v. Schol. ad Pers. Sat. V, 91. Comment. ad Antiqu. Herculan. tom. VI, (Bronzi tom. II.) p. 379. et de maniis Fest. p. 129. ed. Müll. et Salm. ad Tertull. de Pallio p. 300. — 4) Sic Codd. ed. LB. Oberth. Orell. Hild. *etiam affixa* ed. pr. Bas. Cant. Elm. *et iam affixa* ed. Urs. *et iam fixa* cj. Rig. 5) *mu-*

27. Quoniam satis, ut res tulit, quam inaniter fiant simulacra monstratum est, de sacrificiis deinceps, de caedibus atque immolationibus hostiarum, de mero, de ture deque aliis omnibus, quae in parte ista confiunt, poscit ordo quam paucis et sine ullis circumlocutionibus dicere. In hac enim consuestis parte invidias nobis tumultuosissimas concitare, appellare nos atheos, et quod minime attribuamus [1]) diis, poenas etiam capitis beluarum crudelitatibus irrogare. Quod quidem nos [2]) fatemur non contemptu facere atque aspernatione divina, sed quod existimemus huius potentias nominis nihil tale deposcere neque rerum huiusmodi cupiditatibus attineri.

---

nita sunt. Quoniam Codd. ed. LB. Hild. In cett. munita. Sed quoniam. —

1) Sic Codd. ed. pr. Urs. LB. Oberth. Orell. Hild. minime tribuamus ed. Cant. In cett. minimum tribuamus. Vet. Lib. Ernstii habet: minimum attribuamus. — Verbum simplex tribuere sic absolute positum habes ap. Cic. ad. Fam. XIII, 9. et VI, 1. et ap. Caes. B. G. I, 13. ubi v. Schneider. 2) non nos fatemur non ed. Cant. vitiose. — Codici subscriptum est: ARNOVII. LIBER. VI. EXPLICIT. INCIPIT. LIBER. VII. FELICITER. —

ARNOBII

ADVERSUS NATIONES

LIBER SEPTIMUS.

---

1. Quid ergo, dixerit quispiam, sacrificia censetis 211
nulla esse omnino facienda? Ut vobis non nostra, sed Varronis vestri sententia respondeamus, nulla. Quid ita? Quia, inquit, dii veri neque desiderant ea neque deposcunt; ex aere autem facti, testa, gypso vel marmore multo minus haec curant: carent enim sensu; neque ulla contrahitur, si ea non feceris, culpa, neque ulla, si feceris, gratia. Sententia reperiri nulla potest integrior, verior [1]) et quam quivis possit, quamvis ille sit scaevus et difficillimus, occupare. Quis est enim pectoris tam obtunsi, qui aut rebus nullum habentibus sensum hostias caedat et victimas aut eis existimet dandas, qui sunt ab his longe natura et beatitudine disiugati?

2. Qui sunt, inquitis, dii veri? Ut communi vobis et simplici respondeamus verbo, non scimus. Quos enim vidimus numquam qui sint scire quemadmodum possumus? Ex vobis audire consuevimus deos esse quam plurimos et numinum [2]) in serie computari: qui si sunt, ut dicitis,

---

1) Sic Codd. ed. LB. Oberth. Orell. Hild. In cett. deest voc. verior, quod et Hild. pro gloss. habet. integrior veriore Vet. Lib. Ernstii. — Pro reperiri ed. Bas. mendose praebet reperi. — In seqq. Codd. caevus, ed. pr. Bas. Cant. Elm. Oberth. saevus habent.

2) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Hild. In cett. nomi-

uspiam verique, ut Terentius credit, eos esse consequitur sui consimiles nominis, id est tales, quales eos universi debere esse conspicimus et nominis huius appellatione dicendos, quinimmo ut breviter finiam, qualis dominus rerum est atque omnipotens ipse, quem dicere nos omnes deum
212 scimus atque intellegimus verum, cum ad eius nominis accessimus mentionem. Deus enim ab altero in eo quo [1]) deus est nulla in re differt, nec quod unum est genere suis esse in partibus minus aut plus potest qualitatis propriae uniformitate servata. Quod cum dubium non sit, sequitur, ut geniti numquam perpetuique ut debeant esse, extrinsecus adpetentes nihil nec carpentes aliquas terrenas [2]) ex materiae opibus voluptates.

3. Ergo si haec ita sunt, primum illud a vobis expetimus noscere, quae sit causa, quae ratio, sacrificia ut ista faciatis, quid deinde ex hoc lucri ad deos ipsos perveniat atque in eorum commoditate subsidat [3]). Quicquid enim geritur, debet habere causam sui neque ita esse ab ratione seiunctum, ut in operibus *teratur* [4]) cassis et in vacuis ludat inanitatis erroribus. Numquid forte dii caelestes aluntur his sacris, et ad eorum compaginem retinendam nonnullius opus est suffectione materiae? Et quis ita est hominum deus prorsus qui sit ignorans, ut eos existimet [5]) contineri alicuius alimonii genere et cibi esse munus, quod eos faciat vivere et immensa in perpetuitate durare? Quicquid enim causis et rebus fulcitur extraneis, necesse est esse mortale et habere ad periculum viam pronam, ubi aliquid coeperit deesse quo vivitur. Tum quod ex his rebus quae admoventur altaribus nihil videmus accedere atque ad numinum substantias pervenire. Aut enim tus datur et liquefactum carbonibus disperit, aut animalis est hostia et ab canibus abligurritur [6]) sanguis, aut si aliquod viscus aris fuerit traditum, ratione ardescit pari et dissolutum in cinerem labitur; nisi forte hostiarum deus animas devorat aut ex aris ardentibus nidorem consectatur

---

num. 1) Sic Cod. ed. LB. Orell. Hild. In cett. quod. 2) terrenae mg. Urs. et ed. Elm.
3) Sic Cod. ed. LB. Oberth. Orell. Hild. In cett. subsideat. 4) feratur Codd. et edd. Recepi Hild. emendationem. 5) existimes ed. Hild. vitiose. 6) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. abli-

et fumos, pasciturque de cnisis [1]), quas evomunt ardentia viscera adhuc suda [2]) de sanguine et prioribus umecta de sucis. Sed si deus, ut dicitur, nullius est corporis omnique est incontiguus tactu, qui fieri potis est [3]), ut corporalibus rebus nutriatur incorporeum quod mortale est, ut 213
immortale sustineat subdatque salutem rei, quam contingere nequeat et motus subministrare vitalis? [4]) Cessat ergo, ut apparet, sacrorum haec [5]) ratio, neque dici a quopiam potis est ea causa sacrificia celebrari, quod alantur his numina et eorum sustineantur e pastu [6]).

4. Numquid, si forte hoc non est, voluptatis alicuius animique, ut dicitur, causa caeduntur diis hostiae et succensis adiiciuntur altaribus? Et quisquam est hominum qui deos sibi persuadeat voluptatum diffusione mollescere, gestire in libidinis gaudium, et velut animal vile blandis sensibus adfici et dulcedinis labilis volucri titillatione mulceri? Quod enim voluptate dissolvitur, id contraria necesse est tristitia contrahatur, nec immune existere ab anxietate maeroris quod laetitia trepidat et levitatibus extollitur gaudiorum. Utroque autem affectu debent esse dii liberi, si eos esse perpetuos et mortalium volumus fragilitate privatos. Quid quod omnis voluptas quasi quaedam est adulatio corporis notisque illis sensibus adsumitur quinque, quam si superi sentiunt, et eorum necesse est inparticipes *esse* corporum [7]), per quae via est sensibus et accipiendis voluptatibus ianua. Postremo quod gaudium est innoxiorum ani-

---

guritur. 1) Sic Cod. et ed. Hild. dec nisis ed. pr. In cett. cnisis. 2) Sic Codd. ed. pr. Urs. LB. et Hild. In cett. uda. — In seqq. Cod. et ed. Hild. umecta, cett. humecta habent. Cf. ad VI, 4. Priores sucos appellat sucos vitales, qui, antequam caesa est hostia, ejus viscera alebant et irrigabant. 3) potest ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. 4) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. vitales. 5) Sic Cod. (teste Hild.) et edd. hic in Cod. esse testantur Meurs. et Crus. Vet. Lib. Ernstii habet heic. Ac sane defendi potest hic. — In seqq. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. pote est habent pro more. 6) Sic Codd. ed. Elm. LB. Oberth. Orell. Hild. In cett. praepositio e desideratur.

7) necesse est inparticipes corporum Codd. necesse est imparticipes esse corporum ed. Hild. In cett. necesse est esse participes corporum. Retinui cum Hild. Codd. lectionem inparticipes, quod vocabulum si genuinum est (quod tamen valde addubito), necesse est significet idem h. l. quod participes,

[illegible] et eorum necesse est sint participes corporum, per quae via est sensibus et accipiendis voluptatibus ianua. (accipio)

mantium mactatione laetari, miserabilis[1]) saepe exaudire mugitus, rivos sanguinis cernere, animas cum cruore fugientes, patefactisque secretis provolvi et intestina cum stercore, et ex residuo spiritu exsultantia adhuc corda tremibundasque palpitantes[2]) in visceribus venas? Semiferi nos homines, quinimmo apertius ut pronuntiemus quod est verius atque apertius dictu, feri, quos infelix necessitas et malus usus edocuit cibos ex his carpere, miseratione interdum commovemur illorum, arguimus nos ipsi penitusque re visa atque inspecta damnamus, quod humanitatis iure deposito naturalis initii consortia rupimus. Deos aliquis
214 credet[3]) pios, beneficos, mites, caede pecorum delectari diffundique laetitia, si quando sub his concidunt et spiritum miserabiliter ponunt? Et voluptatis ergo[4]), ut cernimus, nulla est in sacrificiis causa, nec cur fiant ratio est, quoniam nec est ulla[5]), ac si forte est aliqua, in deos eam cadere nulla posse ratione monstratum est.

5. Sequitur, ut illam quoque inspiciamus partem, quam iactari audimus vulgo et populari in persuasione versari: sacrificia superis ea fieri diis causa, ut iras atque animos ponant reddanturque mites et placidi, fervidorum pectorum indignatione sedata. Et si[6]) definitionem teneamus illam, quam pertinaciter meminisse convenit nos semper, universos animorum affectus ignotos diis esse, consectaneum[7]) est credere numquam deos irasci, quinimmo nullum affectum magis esse ab his longe, quam qui feris et beluis proximus turbat tempestatibus patientes et ad periculum interitionis inducit. Quicquid enim vexatur

---

in praepositione vim quam dicunt intensivam exhibente. 1) miserabiles Cod. a m. sec. et edd. omnes praeter Hild. 2) Sic Cod. et ed. Hild., in qua tamen palpitantes uncinis inclusum est. Cett. edd. tremebundasque palp. mg. Urs. et Stewech. emendarunt tremebundisque palpitantes, quod probo. — In seqq. pro apertius mg. Urs. et ed. Elm. prius, ed. LB. Oberth. et Orell. potius praebent. 3) Sic Cod. et ed. pr. In cett. credit. — In seqq. pro diffundi Vet. Lib. Ernstii, ed. pr. et Urs. praebent diffindi. 4) ponunt et voluptatis. Ergo ed. pr. et voluptate. Ergo ed. Bas. Cant. ponunt. Voluptatis ergo ed. Elm. In cett. ut in nostra. 5) Sic Codd. ed. pr. Urs. et Hild. In cett. quoniam nec voluptas est ulla. —

6) Sic Codd. ed. pr. Urs. LB. Hild. In cett. At si. — In seqq. ed. pr. Bas. Cant. Urs. diffinitionem habent, pro more. 7) Sic Codd. et ed. LB. Oberth. Orell. Hild. In cett. consentaneum.

rei alicuius e motu, passibile esse constat et fragile: quod passioni fragilitatique subiectum est, id necesse est esse mortale [1]): ira autem vexat et patientes se solvit: ergo esse mortale dicendum est quod passionibus subiectum est irae. Atquin deos scimus esse oportere perpetuos et naturam immortalitatis tenere, quod si constat et liquidum est, ira ab his longe et ab eorum condicione disiuncta est. Nullis ergo rationibus convenit id in superis velle placare, quod posse non videas in eorum beatitudinem convenire.

6. Sed concedamus, ut vultis, perturbationem huiusmodi familiarem diis esse, placandique [2]) eius causa res divinas fieri et sacrorum solemnia celebrari, quando ergo conveniat adhiberi haec munia vel in tempore quo dari? Antequam sunt irati et perciti, an cum fuerint moti ipsisque in indignationibus constituti? Si, ne sumant animos, occurrendum est his ante, feras nobis proponitis, non deos, quibus, ne saeviant concitatae et cavearum discutiant claustra, obiectari moris est escas, in quas rabidae saeviant et 215
cupidinem vexationis inclinent. Sin autem iam fervidis atque indignatione flagrantibus satisfactio ista sacrificiorum oggeritur, non inquiro, non exigo, an illa laeta [3]) et sublimis magnanimitas numinum homunculorum offensione moveatur habeatque pro vulnere, si quid animal caecum atque in nubibus semper ignorationis incedens designaverit [4]), dixerit, quo illorum minueretur auctoritas.

7. Sed neque illud dici aut audire deposco, quas irarum [5]) in homines habeant dii causas, ut sacrificiis debeant contracta offensione mulceri: numquid aliquas leges

---

1) necesse esse est esse mortale Cod. teste Hild. qui edidit necesse esse est mortale. Male. In cett. edd. idem extat quod in nostra. —

2) Sic Codd. et edd. praeter Orell., qui ex Meursii correct. edidit placandaeque. Sed v. Ruddim. Inst. II, 245 sqq. ed. Stallb. 3) lauta mg. Urs. elata cj. Herald. Hild. laetam explicat superbam. Mihi videtur Deorum magnanimitas ideo dici laeta, quia ipsi agunt vitam nullis doloribus aut perturbationibus obnoxiam, immo beatam prorsus et usque quietam. 4) Sic Cod. Par. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. Hild. In Cod. Br. et in cett. edd. extat dissignaverit. Voc. dixerit Hild. pro gloss. habet. Inepte. Nonius p. 96. designare interpretatur: „cum nota et ignominia aliquid facere" cit. Terent. Adelph. I, 2, 6 sq. Cf. Horat. Ep. I, 5, 16. et infra cap. 9.

5) quasi parum ed. pr. et Urs. quarum si parum Cod. Br.

sanxere aliquando [1]) mortalibus constitutumque est ab his umquam, quid eos agere conveniret vel quid non, quid consectari, quid fugere, vel coli se saltem quibus rationibus cuperent, ut aliter quam imperaverant gesta ultionibus persequerentur irarum contemptique se vellent de audacibus et transgressoribus vindicare? Ut opinor, ab his numquam neque constitutum est aliquid neque sanctum [2]), quoniam nec visi aliquando, neque si sunt ulli [3]) apertissima potuit cognitione dinosci [4]). Quaenam est ergo iustitia, ut eis ob aliquas causas irascantur dii caelites, quibus neque se esse monstrare [5]) aliquando dignati sunt, neque ullas dederint aut imposuerint leges, quas [6]) coli ab his vellent et inviolabili obsecutione servari?

8. Sed hoc, ut dixi, praetereo et silentio patior obire [7]) donatum. Unum illud prae omnibus quaero: quae causa est, ut si ego porcum occidero, deus mutet affectum animosque et rabiem ponat: si gallinulam, vitulum sub illius oculis atque altaribus concremaro, oblivionem inducat iniuriae et ab sensu penitus offensionis abscedat? Quid ad eius dolorem ex opere hoc migrat, aut remedii cuius est anser, caper aut pavus, ut ex eius cruore medicina adhibeatur irato? Ergone iniurias suas dii vendunt atque ut parvuli pusiones *ut animis* [8]) parcant abstineantque plora-
216 tibus, passerculos, pupulos, eculeos [9]), panes accipiunt, quibus avocare se possint, ita dii immortales placamenta ista sumunt, quibus iras atque animos ponant et in gratiam suis cum offensoribus redeant? Atquin ego rebar deos, si modo rectum est credere quod motibus exagitentur irarum,

---

1) aliquando sanxere ed. Oberth. et Orell. 2) sancitum ed. LB. 3) h. e. an sint ulli. In edd. omnibus praeter Orell. et Hild. pro ulli, quod Codd. tenent, legitur visi. — In praegressis emendarim nec visi sunt aliquando. 4) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. dignosci. 5) Sic Codd. Vet. Lib. Ernstii, ed. LB. Orell. Hild. neque sese monstrare ed. pr. Bas. Cant. Urs. In cett. sese esse. 6) quîs cj. Hild.

7) Sic Cod. ed. pr. Urs. Hild. In cett. abire. 8) pusiones animos Codd. test. Crusio, Anchersenio aliisque. Captiose Hild. pronuntiat in Cod. pusiones ut animis, (ut habent edd. Orell. et Hild. ex emend. mg. Urs. et Heraldi) extare. pusiones animis ed. pr. et Urs. pus. quo animis ed. Bas. Cant. Elm. Oberth. ut animosis parc. ed. LB. 9) Sic Cod. constanter, ed. pr. Bas. Cant. Urs. In cett. equuleos. De re cf. Müller de Genio Saec. Theodos. p. 40. et Apul. Met. X, 13. — In seqq. Cod. habet accipiant. —

sine ullis praemiis nullisque mercedibus iras atque animos ponere et peccatoribus delicta donare. Hoc est enim proprium numinum, liberales venias et concessiones habere gratuitas. Quod si fieri non potest, sapientius multo est pertinaciter eos in offensione durare, quam munerum corruptione mitescere. Crescit enim multitudo peccantium, cum redimendi peccati spes datur, et facile itur ad culpas, ubi est venalis ignoscentium gratia.

9. Ecce si bos aliquis aut quodlibet ex his animal, quod ad placandas caeditur mitigandasque ad numinum [1]) furias, vocem hominis sumat eloquaturque his verbis: Ergone o Iuppiter, aut quis alius deus es, humanum est istud et rectum aut aequitatis alicuius in aestimatione ponendum, ut cum alius peccaverit, ego occidar et de meo sanguine fieri tibi patiaris satis, qui numquam [2]) et laeserim, numquam sciens aut nesciens tuum numen maiestatemque violarim, animal, ut scis [3]), mutum, naturae meae simplicitatem sequens nec multiformium morum varietatibus lubricum? Numquid aliquando tuos ludos minus sancte diligenterque perfeci? numquid aliquem praesulem, tuum numen [4]) qui offenderet, ante [5]) traduxi? numquid iuravi per te falso? numquid sacrilegis furtis tua rapui spoliavique donaria? numquid erui sacratissimos lucos aut religiosa quaedam loca substructionibus pollui profanavique privatis? Quaenam est ergo causa, ut alienum crimen meo luatur e sanguine et in nefas extraneum mea vita et innocentia producatur? [6]) An quod animal vile sum nec consilii particeps, quemadmodum pronuntiant isti, qui se homines nominant et ferocitate transiliunt beluas? Nonne primordiis iisdem eadem et me genuit informavitque natura? Nonne spiritus 217
unus est qui et illos et me regit? non consimili ratione respiro et video et ceteris afficior sensibus? Habent iecora, pulmones, corda, intestina, ventriculos: et mihi membro-

1) Sic Cod. (teste Hild.) et Vet. Lib. Ernstii, ed. pr. LB. Hild. In cett. *mitigandasque numinum*. 2) Sic Codd. et Vet. Lib. Ernstii, ed. LB. Orell. Hild. *quod nunquam* ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. *quum nunquam* mg. Urs. et ed. Elm. 3) *ut scitis* Cod. Br. teste Stewech., *ut settis* teste Anchers. 4) *nomen* Cod. ed. pr. et Urs. 5) Sic Codd. Vet. Lib. Ernstii, ed. pr. Urs. Hild. *aut te* ed. Bas. Cant. mg. Urs. Elm. Oberth. In cett. *ante te*. — Respicit Arnobius ad ea quae infra c. 36. enarraturus est. 6) Sic Cod. ed. LB. et Hild. In cett. *perducatur*.

rum non idem est numerus attributus? Amant suos fetus et gignendis conveniunt liberis: non et mihi prolis et subrogandae est cura et dulcedo, cum fuerit procreata? Sed rationales illi sunt et articulatas exprimunt [1]) voces: et unde illis notum est, an et ego quod facio meis rationibus faciam, et vox ista quam promo mei generis verba sint et solis intellegantur a nobis? Interroga pietatem, utrumne sit aequius me occidi, me confici, an hominem venia et commissorum impunitate donari? Quis in gladium formavit ferrum? non homo? Quis cladem gentibus, quis nationibus imposuit servitutem? non homo? Quis parentibus, fratribus, quis uxoribus, quis amicis mortiferas subdidit commiscuitque potiones? non homo? Quis maleficia reperit aut commentatus est tanta, quanta vix explicari decem millibus nequeant [2]) vel annalium vel dierum? non homo? Ita istud non ferum, non immane, non saevum est, non tibi, o Iuppiter, iniustum videtur et barbarum, me occidi, me caedi, ut fias tu placidus et ut scelerosis contingat impunitas? Ergo ob hanc causam, id est numina ut placentur irata, inaniter fieri sacrificia constitit, cum docuerit nos ratio neque deos irasci aliquando neque alterum velle pro altero confici, caedi [3]), nec innoxii sanguine abolitionem dissignationibus [4]) comparari.

10. Sed fortasse aliquis dicet: Idcirco diis hostias et cetera impendimus munera, ut familiares quodammodo nostris supplicationibus facti res tribuant prosperas avertantque a nobis mala, cum gaudiis faciant agere nos semper, tristitias vero propellant *et* ex [5]) casibus imminentia fortuitis. Non exiguam curam locus iste desiderat, nec
218 quod dicitur facile tam consuetum est vel audiri vel credi. Advolabit enim continuo universus ille doctissimorum chorus [6]), qui adseverans et comprobans fato fieri quaecunque fiunt eripiat nobis [7]) e manibus opinionem istam et inanibus

---

1) expromunt ed. Orell. ex corr. Oudendorpii. 2) Sic Cod. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. Hild. In cett. queant ex emend. mg. Urs. — In seqq. voc. dierum injuria suspectum habuit Graevius cum aliis. 3) caedi pro gloss. habet Hild. 4) Sic Cod. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. Hild. In cett. designationibus. Cf. supra ad cap. 6.

5) et ante ex non est in Codd. et ed. Hild. 6) Stoicorum. 7) Sic Codd. ed. pr. Bas. Urs. LB. In cett. vobis.

nos arguat [1]) persuasionibus fidere. Quicquid in mundo, inquiet, gestum est, geritur et geretur, olim definitum et fixum est habetque immobiles causas, per quas sibi res nexae et inexpugnabilem [2]) conserant praeteritorum cum imminentibus necessitatem. Si definitum et fixum est, quid obtingere singulis mali debeat bonive iam certum est. Quod si certum est et fixum, vacant omnia deorum auxilia vacant odia, vacant benignitates. Tam enim praestare non possunt id quod non potest fieri, quam prohibere, ne fiat id quod necesse est evenire, nisi quod validius premere opinionem istam si voluerint [3]), quibunt, ut etiam ipsos deos frustra dicant a vobis coli et supervacaneis supplicationibus adorari. Cum enim ordinem vertere et fatalia nequeant constituta mutare, quid rei, quid causae est fatigare et obtundere eorum aures velle, quorum auxiliis nequeas supremis in necessitatibus fidere?

11. Postremo si tristia atque importuna dii pellunt, si ea, quae sunt laeta atque amica, largiuntur: unde sunt mundo tanti tamque innumerabiles miseri, unde tot infelices lacrimabilem vitam in extrema sorte ducentes? Cur immunes a calamitatibus non sunt qui momenta per singula, qui per puncta sacrificiis onerant atque adcumulant aras? Nonne alios, inquiunt, videmus ex illis domicilia esse morborum, extinctis luminibus atque auribus obseratis, pedum carere processu, truncos sine manibus degere, incendiis, naufragiis et ruinis mergi, obrui [4]), confici, patrimoniis ab ingentibus evolutos mercenario sese labore fulcire, stipes emendicare supremas, exterminari, proscribi, semper esse in luctibus, liberorum orbitatibus fractos, vexari per infortunia cetera quorum species et formas nulla potest enumeratio definire? Quod utique non fieret, si propulsare, 219
si flectere mala ista dii possent sacrorum meritis obligati. Nunc vero quia casibus nullus est in his locus sed ineluctabili omnia necessitate confiunt [5]), agit sese ordo perscriptus et quod semel decretum est perficit.

---

1) Sic Cod. ed. pr. Bas. Urs. LB. Hild. vos arguat ed. Cant. et Elm. vos urgeat ed. Oberth. et Orell. 2) et ante inexpugnabilem deest in edd. omnibus praeter LB. et Hild. 3) noluerint ed. pr. et Urs.

4) obrui, mergi transponit ed. LB. cum Stewech. 5) con-

12. Aut ingrati esse dicendi sunt caelites, si, cum habeant iura prohibendi, patiuntur infelix genus tot poenis et calamitatibus implicari. Sed [1]) fortasse aliquid dicant magnum nec quod auribus debeat frustratoriis, levibus et contemnentibus sumi. Quas tamen nos partes, quia res nimium longi est multique sermonis, inexplicatas transcurrimus atque intactas, solum illud posuisse contenti, inhonestas vos famas adiungere diis vestris, si eos aliter negatis praestare quae bona sunt atque inimica transvertere, nisi prius empti capellarum fuerint atque ovium sanguine et ceteris quae admoventur altaribus. Indignum enim primum est, ut illa vis numinum sublimitasque caelestium beneficia credatur sua habere venalia, prius sumere atque ita praestare. Tum quod foedius multo est, nisi acceperint, prodesse nulli perpetique miserrimos discriminum subire fortunas, cum prohibere possint ac subvenire. Si ex duobus facientibus res sacras *scelestus* unus *sed* [2]) locuples, alter angusto lare sed innocentia fuerit et probitate laudabilis, centum ille caedat boves totidemque cum agniculis suis matres, tus pauper exiguum et odoris alicuius unam concremet glebulam: nonne erit consequens, ut debeat credi, si modo nihil numina nisi praemiis antecedentibus praestant, ut favorem suum commodent [3]) locupleti, avertant a pauperculo lumina, quem restrictum non animus sed familiaris rei necessitas fecit? Ubi enim venalis et mercenarius dator est, ibi necesse est gratiam pro magnitudine muneris tribui et eo inclinare suffragium, unde ad eum qui praestat
220 mercedis plus multo et indecorae corruptionis adfluxerit. Quid si populi rursus duo hostilibus dissidentes armis sacrificiis paribus superorum locupletaverint aras, alterque in alterum postulent vires sibi atque auxilium commodari: nonne iterum necesse est credi, si praemiis sollicitan-

ficiunt Cod. ed. pr. Bas. Cant. Urs. — In seqq. Cod. lectionem perscriptus omnes edd. praeter pr. Urs. et Hild. in praescriptus mutarunt. perscriptus si non ex corruptela profectum est, significabit destinatus, certus atque fixus. —

1) Sic Cod., teste Crus., et ed. LB. In cett. implicari. Et. Hild. in Cod. implicaris et extare adnotat. — In seqq. Cod. ne quod praebet pro nec quod. 2) sacras hoc est unus et Codd. quod emendavi. In edd. extat sacras honestus unus et. 3) Sic Codd. ed. LB. et Hild. In cett. favorem suum et auxilium

tur [1]) ut prosint, eos partes inter utrasque haesitare, defigi, nec reperire quid faciant, cum suas intellegant gratias sacrorum acceptionibus obligatas? Aut enim auxilia hinc et inde praestabunt, id quod fieri non potest; pugnabunt enim contra ipsos se ipsi, contra suas gratias voluntatesque nitentur: aut ambobus populis opem subministrare cessabunt, id quod sceleris magni est post impensam acceptamque mercedem. Itaque ergo ab diis longe infamia est ista tota pellenda, neque est omnino dicendum praemiis eos ac mercedibus allici, bonas ut res conferant dimoveantque contrarias, si modo dii veri sunt atque in nominis huius exceptione [2]) ponendi. Aut enim fato fiunt quaecunque fiunt, et ambitionis et gratiae nullus locus in diis est: aut si excluditur et eiicitur fatum, non est superae dignitatis boni operis favores et [3]) collatas munificentias venditare.

13. Satis, ut opinor, ostendimus frustra diis immortalibus hostias rebus cum consequentibus admoveri, quod neque alantur his neque ullam percipiant voluptatem neque iras aut animos ponant neque ut res tribuant faustas neque ut abigant averruncentque contrarias. Sequitur ut illam quoque inspiciamus partem quae ab nonnullis consueta est adseri et causis caerimonialibus applicari. Aiunt enim sacra haec honorandis esse instituta caelestibus, et ea quod faciant, honoris ergo facere et his numinum potentias auctitare. Quid si similiter dicant evigilare sese atque dormire, deambulare, subsistere, conscribere aliquid et lectitare, ut honorem diis habeant et dignitatibus eos faciant ampliores? Quid enim cruore de pecorum, quid sacrorum confectione de cetera superadditur his rei, quid apponitur atque adiicitur potestatis? Etenim honos omnis qui haberi ab aliquo 221
dicitur et reverentiae potioris attribui relativi est ad alterum generis et constans partibus duabus, ex concessione tribuentis et amplificatione sumentis. Ut si quispiam viso potentissimi nominis atque auctoritatis viro via decedat, adsurgat, caput revelet vehiculoque desiliat, tum deinde salutet adclinis [4]), *ancillatum* servuli pavibundis trepidatio-

commodent. 1) sollicitentur ed. Oberth. et Orell. 2) h. e. formula, appellatio. Cf. ad III, 8. 3) fabore sed Codd. favores et ed. Hild. In cett. favorem et.

4) acclivis ed. pr. Bas. Cant. Urs. — In seqq. Codd. ed. pr. Urs.

nibus [1]) imitatus; video, quid agatur in huiusmodi honorationis officio: summissione alterius datur alteri plurimum efficiturque, ut videatur magnus, quem *suspectio* [2]) minoris extulerit et suis anteposuerit rebus.

14. Sed concessio haec omnis et honoris de qua loquimur attributio solis habet in hominibus sedem, quos naturalis infirmitas et amor in altioribus standi docet gaudere de fastibus et aliorum comparationibus anteponi. At quaero [3]) in superis ubi est honoris locus, vel quas eis eminentias *addier* [4]) sacrorum ex *confectionibus* invenitur? Augustiores, potentiores mactatis pecudibus fiunt, additur illis ex hoc quicquam, aut esse dii magis divinitate *occipiunt* [5]) ampliata? Atquin ego contumeliae proximum, quinimmo esse plenam contumeliam iudico, cum honorari ab homine deus dicitur et muneris alicuius oblatione mactari. Etenim si honos auget eiusque adcumulat dignitatem cui fuerit attributus, sequitur ut auctior deus fiat ab homine, a quo fuerit munere et honoris collatione donatus, atque ita perducitur res eo, ut inferior deus sit qui honoribus mactatur humanis, homo vero sublimior qui auget potentiam numinis [6]).

---

et Elm. praebent ancillarum, ed. Bas. Cant. Oberth. ancillae aut, ed. LB. ancillatrum (sic), ed. Orell. et Hild. ancillatum ex emend. Hemsterh. ad Luciani Tim. tom. I, p. 344. ed. Bip. Gloss. „Ἐργομώκεύω, Ancillor, Adsecto, Adulor," et s. v. „Ancillor, Κολακεύω." Cf. Salm. ad Scriptt. H. A. p. 427. Ammian. Marcell. XXVI, 6. Casaub. ad Theophr. p. 31. (al. p. 111. et 117.) 1) Sic Codd. ed. LB. et Hild. pavibunda trepidatione ed. Orell. In cett. pavibundas trepidationes. — In seqq. pro honorationis ed. Oberth. et Orell. venerationis. 2) susceptio Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. In cett. suspectio ex emend. mg. Urs. — Ea notione, qua hic suspectio positum est, alii scriptt. utuntur voc. suspectus. V. Senec. Benef. II, 26. et Consol. ad Marc. 5. Ovid. Fast. V, 31. Vitruv. Praef. ad fin.

3) At vero mg. Urs. et ed. Elm. 4) Sic ed. Hild. addere Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. In cett. accedere ex emend. mg. Urs. — In seqq. Codd. coniectionibus, ed. pr. collationibus ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. In cett. confectionibus ex emend. Meursii. 5) concipiunt Cod. ed. pr. et Urs. occipiunt ed. Hild. In cett. incipiunt. — In seqq. omnes edd. praeter Hild. Atqui praebent, invito Cod. 6) Verba homo usque ad numen desiderantur in ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. et sunt a Meursio primum ex Cod. addita.

15. Quid ergo, inquiet aliquis, honorem diis dandum nullum esse omnino censetis? Si deos nobis proponitis tales, quales, si sunt, debent esse, quosque dicere nos omnes in istius nominis praedicatione sentimus: quemadmodum possumus honorem his non habere vel maximum, cum etiam homines colere [1]) potentioribus acceperimus imperiis [2]) cuiuscumque ordinis fuerint cuiuscumque fortunae? 222
Quisnam iste est maximus? Officiosior multo quam habetur a vobis et potentiore in genere constitutus. Dicite, inquitis, quae sit [3]) opinio de *dis* primum digna [4]), recta et honesta nec turpitudinis alicuius deformitate culpabilis. Ut neque [5]) illos credas quicquam hominis habere consimile, nec quicquam expectare quod sit ab se foris atque extrinsecus veniens, tum quod saepius dictum est, non ardescere irarum flammis, non gestire corporea voluptate, non exambiri ut prosint, non praemiis ut noceant [6]) proritari, benignitatem et gratiam non habere venalem, non gaudere honore collato, non indignari et adfici non dato: sed quod rei divinae est proprium, sua se vi nosse nec se alienis adulationibus aestimare. Et tamen, ut videamus istud quod dicitur quale sit, quod est istud honoris genus, vervecem, arietem, taurum dei sub ore connectere [7]) conspectuque in eius occidere? Quod est honoris genus, deum invitare ad sanguinem, quem cum canibus videas eum sumere atque habere communem? quod est honoris genus, lignorum structibus [8]) incensis caelum fumo subtexere et effigies numinum nigrore offuscare ferali? Quod si ea quae fiunt

---

1) Sic Codd. ed. pr. Urs. et Hild. In cett. colere homines. 2) sc. Dei vel Christi. 3) ne sit ed. Bas. Elm. 4) de his primum digna Codd. test. Rig. Crus. Stewech. Captiose Hild. in Cod. de his digna extare dicit, quod habet ed. pr. cum Urs. de dîs digna ed. Hild. In cett. de diis digna. — primum sc. ante quam nobis demonstratis, quinam multo officiosior et maximus sit iste honor, quem vos diis habere dicitis. Vert. „Sagt, sprecht Ihr, welche Ansicht von den Göttern erst eine würdige, eine richtige etc. sei.“ Verba primum digna, recta — — — alicuius desunt in ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. 5) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. In cett. culpabilis. Primum ut neque. 6) sc. hostibus vel adversariis nostris. ne noceant ed. Orell. ex cj. Canteri. ut ne noceant cj. Hild. 7) Recte monet Hild. ex h. l. apertissime probari posse, hostias ante aras ligatas fuisse. 8) Sic Codd. et ed. Hild. struicibus ed. LB. Oberth. Orell. ex emend. Meursii. In cett. struibus.

propria vi pendere, non ante sumptis placet opinionibus aestimari [1]), arae istae quas dicitis altariaque haec pulcra infelicissimi animalium generis ustrinae, rogi sunt et busticeta in opus structa foedissimum atque in sedem fabricata foetorum.

16. Quid dicitis o isti! Ergone ille putor qui ex coriis tollitur atque exspirat ardentibus, qui ex ossibus, qui ex setis, ex agnorum lanitiis gallinarumque de plumis, dei munus et honor est, mactanturque hoc illi [2]), quorum templa cum adire disponitis, ab omni vos labe puros, lautos castissimosque praestatis? [3]) Et quid esse his potest coinquinatius, infelicius [4]), spurcius, quam si ita facti sunt sensus sui natura, ut in amoribus habeant tam saeva sintque illis in voluptate putores, quos neque ipsi sacrificantes
223 ferre nec ingenuae [5]) sustinere tractos valeant per spiritum nares? Quodsi animantium cruore honorari et adfici superorum animos existimatis, cur non eis et mulos et elephantos mactatis et asinos? cur non et canes, ursos et vulpes, camelos [6]) et beluas et leones? Et quoniam volucres hostiarum quoque in numeris ponitis, cur non vulturios, aquilas, ciconias, immussilos [7]), buteones, corvos, accipitres, noctuas, cumque illis salamandras, natrices, viperas, solifugas? [8]) Nempe subest et his sanguis et consimili ratione vitali agitantur spiritu. Quid in illis maioris est operis aut sollertiae in his minus, ut ista non augeant, superorum illa amplificent dignitatem? Quia rebus ex his, inquit, deos [9])

---

1) Sic Cod. test. Rig. et Crusio. *aestimationibus aestimare* ed. Oberth. et Orell. In cett. *opinionibus aestimare.*

2) Sic Cod. ed. LB. et Hild. In cett. *mactaturque hoc illis.* 3) V. Justin. Mart. Apol. 2. Macrob. Sat. III, 1. Philo de Sacrif. tom. II, p. 253. 4) h. e. obscenius. Cf. Intt. ad Propert. III, 5, 29. et Tertull. de Spect. 10. ubi substantivum *infelicitas* eodem sensu legitur. 5) h. e. nares hominum, quibus serviles quaestus alieni sunt quique non negotia exercent ingenuis digna. 6) Sic Cod. (nisi quod pro more *camellos* scriptum in eo extat) test. Crus., et ed. LB. In cett. edd. *et* ante *camelos* additum est. — De belua, quod animal nos hyaenam dicimus, cf. Schneid. ad Arist. H. A. VIII, 7. et Salm. ad Scriptt. H. A. II, p. 133. *belvas* extat in ed. Hild. *belbas* in ed. LB. et Orell. *beluas* in cett. — In seqq. ed. Oberth. et Orell. *bestiarum* exhibent vitiose pro *hostiarum.* 7) Sic Cod. test. Crus. et Hild. In edd. legitur *immussulos*; cf. supra II, 59. 8) Recte monet Censor ed. Orell. Jenensis *solifugas* fortasse epitheti loco hic fungi et supra II, 23. 9) Voc. *deos* omissum est in edd. Oberth. et Orell.

par est honorare caelestes, quibus ipsi alimur, sustentamur et vivimus, et quas nobis ad victum sui numinis tribuere benignitate dignati sunt. Sed et cuminum, nasturtium, rapa, bulbos, apium, carduos, radices, cucurbitas, rutam, mentam, ocimum, puleium porrumque sectivum iidem tribuere dii vobis esseque in usibus vestris alimoniarum in parte iusserunt. Quid ergo cessatis altaribus et haec dare, rebusque his omnibus conilam [1]) superspergere bubulam et acrimonias intermiscere ceparum?

17. Ecce si vos canes — necesse est enim quaedam fingi, perspici ut liquidius res possint — si, inquam, canes et asini, si motacillae cum his simul, si hirundines garrulae pariterque cum his porci sensu aliquo humanitatis accepto deos putarent atque existimarent vos esse sacraque vobis intenderent honoris [2]) ergo facere, non ex materiis aliis aliisque de rebus, sed quibus ali moris est illis et naturali *appetitione* [3]) fulciri: audire a vobis exposcimus, utrumne hunc honorem an contumeliam potius esse iudicaretis amplissimam, cum hirundines vobis muscas, motacillae caederent consecrarentque formiculas, cum altaribus vestris darent asini faenum paleasque libarent, cum imponerent canes ossa et humani stercoris proluviem concremarent, cum ad ulti- 224
mum porculi caenum vobis profunderent ex volutabris horrentibus lutosis et voraginibus sumptum? Ita ergo non despui vestras inflammaremini dignitates, stercoribusque vos accipi inter atroces computaretis iniurias? Sed taurorum corporibus honoratis vos deos et aliorum animantium caedibus, et quid hoc ab illo differt, cum et ipsa si nondum, mox tamen futura sint [4]) stercora et exigui temporis contracta interiectione putescant? Denique desinite supponere aris ignem, iam profecto cernitis [5]) viscera illa taurorum sacra, quibus honor a vobis auctificatur deorum, fervescere vermibus et fluctuare, vitiare et corrumpere statum [6]) caeli,

---

1) colinam Codd.

2) honores ed. pr. Bas. Cant. Urs. In cett. honoris ex emend. mg. Urs. et Guilielmi. 3) Sic dedi ex emendatione mg. Urs., quam probat etiam Hild. In Codd. et edd. legitur appositione. 4) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. In cett. sunt. — In seqq. ed. Bas. Cant. Urs. Oberth. putrescant praebent invitis Codd. 5) Sic Cod. ed. pr. Urs. Hild. In cett. cernetis. 6) Emendarim flatum.

et ex odoribus morbidis regiones consauciare vicinas: quam si [1]) vobis praecipiant dii curam vestram in valetudinem vertere, prandia inde vel coenas solemni ex more conficere, longe fugiatis exsecratique odoris genus veniam poscatis a superis facturosque vos eis numquam talia sacra iuretis. Ita istud non ludere est, non confiteri, non pandere, quid sit deus nescire, nec cui potentiae debeat nominis huius vis subdi appellatioque supponi? Cibis novis auctificatis deos, nidoribus cohonestatis et sucis, et quia vobis iucunda et grata sunt ea quae [2]) vos alunt, deos etiam creditis in eorum adfluere voluptates, latratorum et canum ritu offis saevitias ponere atque adludere porrigentibus saepius?

18. Et quoniam nobis in manibus hostiarum sermo versatur, quae causa, quae ratio est, ut cum dii immortales (sint enim et per nos licet quicunque esse creduntur) sint unius sententiae vel unius debeant esse naturae generis et qualitatis unius, non omnibus omnes hostiis sed quibusdam quidam sacrorum mulceantur e legibus? [3]) Quae est enim causa (requiram ut eadem rursus) ut ille tauris deus, haedis alius honoretur aut ovibus, hic lactentibus porculis, alter intonsis agnis, hic virginibus bubulis [4]), capris ille
225 cornutis, hic sterilibus vacculis, at ille incientibus [5]) scrofis, hic albentibus, ille taetris [6]), alter feminei generis, alter vero animantibus masculinis? Si enim honoris et reverentiae causa mactantur diis hostiae, quid refert aut interest, cuius animalis e capite luatur hoc debitum, cuius ira offensioque ponatur? An numquid alterius alteri minus gratior et iucundior sanguis est, alteri [7]) vero alterius vo-

1) qua si Cod. teste Crus. quae si ed. LB. et Orell. In cett. quam si. — In seqq. ed. Urs. vestram in valetudine, ed. Elm. vestram invaletudinem, ed. LB. et Orell. in vestram, in valet. habent. Cett. edd. cum Cod. et nostra ed. faciunt. Huet. cj. quae si vobis praec. d. coram in vestr. invaletudinem. 2) Sic Cod. et edd. omnes praeter pr. Bas. Cant. Urs. Oberth., quae eaque praebent.

3) Sic Cod. In edd. extat mulceantur legibus. 4) Sic Codd. ed. pr. Urs. Hild. oviculis vel buculis vel vitulis proponit mg. Urs. In edd. cett. buculis. Gloss. Philox. p. 31. Vulc.: „Bubula, βοΐον“ et Gloss. Cyrill. p. 411. „Βοΐον, bucula.“ 5) ingentibus Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. In cett. incientibus ex emend. mg. Urs. Codd. lectionem tueri frustra studet Meurs. in Exercitt. Critt. 6) Sic Codd. ed. LB. Oberth. Orell. Hild. In cett. atris. 7) alter ed. Oberth. et Orell. mendose.

luptatem infundit et gaudium? Aut, ut fieri moris est, ob-
servationis alicuius et religionis metu ille caprina abstinet
se carne, porcinum alius exsecratur attactum, huic ovilla
foetulenta sunt viscera, ac ne stomachum fatiget invalidum,
hic bubulam duritiem vitat et lactentium lenitatem, quo di-
gerat expeditius, sumit?

19. Sed erras, inquit, et laberis: nam diis feminis
feminas, mares maribus hostias immolare abstrusa et inte-
rior ratio est vulgique a cognitione dimota. Non inquiro,
non exigo, quid sacrorum praecipiant vel quid contineant
leges; sed si vicerit [1]) ratio atque obtinuerit veritas, diffe-
rentiam generum nullam in diis esse neque ullis sexibus
eos esse discretos, nonne solvi necesse est, nonne rationes
has omnes et stultissimis creditas opinationibus comprobari,
inveniri? [2]) Sapientium virorum non advocabo sententias,
qui risum nequeunt continere, cum discrimina sexuum diis
audiunt immortalibus attributa: unoquoque ab hominum
quaero, an ipse apud se credat sibique ipse persuadeat,
distinctum esse deorum genus, mares ac feminas hos esse
et ad generandos fetus convenientium membrorum disposi-
tione formatos? Sed si sexibus sexus pares, id est femi-
nas feminis, mares autem hostias diis maribus immolari sa-
crificiorum iura praescribunt [3]): quae in coloribus ratio est,
ut merito his albas, illis atras [4]) conveniat nigerrimasque
mactari? Quia superis diis, inquit, atque ominum [5]) dexte-
ritate pollentibus color laetus acceptus est ac felix hilari-
tate candoris, at vero diis laevis sedesque habitantibus in- 226
feras color furvus est gratior et tristibus suffectus e fucis.
Sed si rursus obtinuerit ratio, inferorum penitus cassum
esse nomen et vacuum neque ulla sub terris regna esse
domiciliaque Plutonia, opinionem necesse est id quoque
frustrari quam super atris pecudibus habetis divisque sub-
terreis. Quodsi inferi nulli sunt, deos etiam Manium ne-

---

1) Sic Codd. ed. Elm. LB. Orell. Hild. evicerit mg. Urs. In cett. iusserit. 2) Sic Codd. et ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. (quae omnes etiam: e stultissimis praebent in seqq. pro: et stult.) et Hild. In cett. nonne solvi necesse est rationes. — Infinitivorum comprobari, inveniri alterutrum pro gloss. habeo. 3) praescribant ed. Oberth. et Orell. perscribunt ed. pr. et Urs. 4) tetras ed. Oberth. et Orell. 5) hominum Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs.

cesse est esse nullos. Fieri enim qui potest, ut cum loca sint nulla, eorum quae non sunt ulli perhibeantur esse cultores?

20. Sed adsentiamur, ut vultis, et esse inferos et esse Manes et habitare nescio quos in his deos hominibus minus faustos et tristioribus praepositos rebus, *at* [1]) quae causa, quae ratio est, ut atrae [2]) his hostiae nigerrimique admoveantur coloris? [3]) Quia nigra nigris conveniunt et tristia consimilibus grata sunt. Quid ergo? Non videtis (ut vobiscum et nos stolide similiterque [4]) ludamus), albas esse hostiarum carnes, ossa, dentes, pinguitias, omenta cum cerebris mollesque in ossibus medullas? Sed vellera nigra sunt nigraeque animantium setae. Solas ergo immolate diis lanas vulsasque ex hostiis setulas, relinquite infelicissimas pecudes spoliatas licet ac tonsas caeli animam ducere et pastibus innocentissimas incubare. Quodsi grata numinibus inferis ea quae sunt nigra furvique existimatis coloris, cur non omnia cetera, quae illorum inferre sacrificiis moris est, sint nigra et fumigata taetraque *et* [5]) colorata curatis? Inficite tura, si dantur, salsas fruges atque universa libamina; lacti, oleo, sanguini, huic [6]), ponat ut purpureum colorem, illa ut sint lurida, fuliginem infundite cum favillis. Quod si vobis religio nulla est alba quaedam inferre [7]) et suos retinentia candores, ipsi vestras religiones rationesque dissolvitis, cum sacrorum in opere nihil unum perpetuumque servatis.

21. Sed et illud hoc loco consentaneum est ex vobis addiscere. Si caper caedatur Iovi, quem [8]) patri solemne

---

1) et Codd. et edd. 2) tetrae ed. LB. Oberth. Orell. 3) colores Cod. a m. sec. ed. pr. Bas. Cant. coloris Cod. a m. pr. mg. Urs. et cett. edd. — In seqq. ed. Cant. mendose tristitia exhibet pro tristia. 4) Ludunt enim pagani et ineptiunt affirmantes deos curare, utrum sint albae, an atrae hostiae, et alia ejus generis. Hinc ansam joco petens Arnobius dicit se jam similiter velle in his ipsis nugis atque ineptiis cum illis ludere. Neque tamen nego mihi suspectum videri locum, unde pro similiterque reposuerim scurriliterque. 5) taetraque ut Cod. taetreque ut ed. LB. et Orell. In cett. taetraque et. — Coloratus saepius pro rebus offuscatis et nigricantibus dici demonstrat Gronov. Diatr. ad. Stat. I, p. 111. ed. Hand. 6) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. hic, quod probo. 7) Sic Codd. mg. Urs. ed. Elm. et Hild. In cett. ferre.

8) caput caedatur Iovi quod Vet. Lib. Ernstii. caput pro caper habet etiam ed. Cant. sed corr. in errat. — De re Serv. ad

est Libero Mercurioque mactari, aut bos si sterilis Unxiae, 227
quam Proserpinae tribuitis: quo ritu atque observatione praecipitur, quid facinoris in hoc erit, quid malorum scelerisve contractum, cum nihil intersit obsequii, cuius animalis e capite honorarium istud debitum compleatur? Confundi haec, inquit, fas non est, nec piaculi parvi est officia rituum procurationemque [1]) miscere. Causam, oro, edissere. Quia generis certi hostias certis ius est consecrare numinibus certaque est [2]) supplicamenta praestari. Et quae iterum causa est, ut generis certi hostias certis ius sit consecrare numinibus certaque et supplicamenta praestari? Et hoc enim ius ipsum debet habere suam causam certisque ab rationibus exoriri, duci [3]). Antiquitatem consuetudinemque dicturus es? Hominum mihi scita pronuntias et caeci animalis inventa. Ego autem, cum postulo causam mihi depromi, audire desidero aut caelo aliquid lapsum, aut quod magis res poscit, quid applicitum Iuppiter ad tauri habeat sanguinem, ut ei debeat immolari, non debeat Mercurio, Libero? Aut natura quae capri est, ut his rursus adcommoda, Iovialibus conveniens sacrificiis non sit? Animalium facta est inter deos divisio? transactionis alicuius pactione convenit, ut ille contineret ab huius se hostia, hic ut usurpare *desineret* [4]) alieni sanguinis iura? An ut zelotypi pusiones communicare gustatum suarum pecudum nolunt, aut ut gentibus fieri moris diversissimi fama est, quae habentur his esui, aliarum [5]) eadem reiiciuntur a victibus?

22. Ergo si haec cassa sunt nec rationis alicuius habentia firmitatem, sacrificiorum et ipsa inanis est datio [6]). Etenim qui potis est habere idoneam id quod sequitur causam, cum ipsum illud primum, a quo defluit secundum, inanissimum esse reperiatur et vacuum et nulla soliditate fir-

---

Georg. II, 380. Cf. Varro de R. R. I, 2. Ovid. Fast. I, 357. Hom. Od. XIX, 396. — In seqq. ed. LB. et Orell. Mercurio pro Mercurioque habent. 1) procurationumque cj. Meurs. 2) Sic Cod. ed. LB. Orell. Hild. In cett. certaque et. 3) duci pro gloss. habeo. Similiter supra c. 19. comprobari, inveniri. 4) desideret Cod. ed. pr. et Urs. In cett. desineret. Probo desineret vel desisteret. 5) aliorum cj. Meurs. et Rig. Recte, ut puto. — In seqq. Cod. teste Crusio: a victibus, edd. omnes ab victibus habent.

6) Sic Cod., prob. Stewech., et ed. Hild. In cett. ratio. — In seqq. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. pote habent pro potis.

matum? Telluri, inquiunt, matri scrofa inciens [1]) immolatur et feta, at Minervae virgini virgo caeditur vitula, nullis umquam stimulis nullius operis *excita ad* conatus [2]).
228 Atquin nos arbitramur nec virginem virgini oportuisse mactari, ne virginitas violaretur in pecude, qua dea plurimum pollet, nec Telluri gravidas atque fetas ob honorem fecunditatis ipsius, quam [3]) cuncti expetimus et optamus inextinguibili semper fecunditate [4]) procedere. Nam si, quia virgo Tritonia est, idcirco ei convenit virgines hostias immolari, et quod Tellus est mater, consimiliter gravidis accipienda est scrofis, ergo et musicis Apollo, quod musicus, et quod medicus Aesculapius, medicis, et quod faber Vulcanus est, fabris, et quod Mercurius eloquens, eloquentibus debet disertissimisque mactari. Quodsi dicere istud insanum est aut, ut mediocriter pronuntiem, brutum, multo illud maioris amentiae est, fetas iugulare Telluri, quod sit fetibus gravior, Minervae castas et virgines, quia [5]) sit pura, virginitatis intactae.

23. Nam quod dici a vobis accipimus, esse quosdam ex diis bonos, alios autem malos et ad nocendi libidinem promptiores, illisque ut prosint, his vero ne noceant sacrorum solemnia ministrari, quanam istud ratione dicatur intellegere confitemur nos non posse [6]). Nam deos benignissimos dicere lenesque habere naturas, et sanctum et religiosum et verum est, malos autem et laevos, nequaquam sumendum est auribus, ideo quoniam divina illa vis ab no-

1) Sic Vet. Lib. Ernstii, mg. Urs. ed. Elm. LB. Oberth. Orell. Hild. In cett. ut in Codd. ingens, prob. Meursio in Exercitt. Critt. — In seqq. test. Crus. et Anchers. Codd. et feta (non ut feta, ut adnotat Hild.) habent cum Vet. Lib. Ernstii et ed. LB. Oberth. Orell. Hild. In cett. et deest. — De re cf. Fest. p. 238. ed. Müll. Ovid. Fast. I, 672. IV, 633. et Merkel in Prolegg. p. LVII sq. Serv. ad Georg. II, 380. Creuzer Symb. IV, 179. Hartung Rel. d. Röm. II, 84. 2) Sic emendavi. excitata conatus Cod. teste Hild. excitata conatu ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. In cett. exercitata conatu. Bernhardyus emendat: nullis operis exercitata colonatus. — De re cf. Eustath. ad Il. II, 550. p. 283, 34. 1752, 24. Il. X, 292. Odyss. III, 382. Ovid. Met. IV, 754. XII, 151. Fulgent. p. 560, 33. ed. Merc. Böttig. Kunstmyth. II, 268 sqq. 3) quoniam mg. Urs. et ed. Elm. 4) semper virginitate procedere ed. Oberth. et Orell. 5) quod pro quia exhibent ed. Oberth. Orell. Hild. In cett. ut in Codd. quia. — In seqq. mg. Urs. et ed. Elm. habent pura et virginit.

6) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. nos desideratur.

cendi procul est dimota et disiuncta natura. Quicquid autem potis [1]) est causam calamitatis inferre, quid sit primum videndum est, et ab dei nomine longissima debet differitate seponi. Itaque ut vobis commodemus adsensum, dextrarum sinistrarumque rerum deos esse fautores, ulla nec sic ratio est, cur alios alliciatis ad prospera, alios vero ne noceant sacrificiis commulceatis et praemiis. Primum quod dii boni male non queunt [2]) facere, etiam si nullo fuerint honore mactati: quicquid enim mite est placidumque natura, ab [3]) nocendi procul est usu et cogitatione discretum; malus vero comprimere suam ferociam nescit, quamvis gregibus mille 229
et mille alliciatur altaribus. Neque enim in dulcedinem vertere amaritudo se potest, ariditas in humorem, calor ignis in frigora, aut quod rei cuicumque contrarium est id quod sibi contrarium est in suam sumere [4]) atque immutare naturam. Ut si manu viperam mulceas, venenato blandiaris aut scorpio, petat illa te morsu, hic contractus [5]) aculeum figat, nihilque illa prosit adlusio, cum ad nocendum res ambae non stimulis exagitentur [6]) irarum, sed quadam proprietate naturae. Ita nihil prodest promereri velle per hostias deos laevos, cum sive illud feceris, sive contra non feceris, agant suam naturam et ad ea *quia* [7]) facti sunt ingenitis legibus et quadam necessitate ducantur. Quid quod isto modo utrique dii desinunt esse suis in viribus et suis in qualitatibus permanere. Nam si bonis ut prosint res divina conficitur, malis [8]) autem ne noceant iisdem rationibus supplicatur, sequitur ut intellegi debeat, nihil dexteros profuturos, nulla si acceperint munera, fierique ex his malos [9]), malos autem si acceperint, nocendi posituros mentem fierique ex hoc bonos: atque ita perducitur res eo, ut

---

1) pote ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. pro more. 2) queant ed. Oberth. et Orell. 3) ab omissum est in ed. Bas. 4) est, sumere, in suam atque ed. LB. 5) contactus ed. Bas. Cant. Oberth. invito Cod. 6) Sic Cod. ed. Bas. Cant. Elm. LB. Hild. In cett. exagitantur. 7) ad ea quae Cod. et edd. ad ea quo cj. Hild. Ego emendavi ad ea quia. Verba ad ea tam pertinent ad facti sunt, quam ad ducantur. Breviloquentia styli Arnobiani. Cf. supra IV, 22. ex Leda et eodem Graece Dioscoris nomen est. 8) malis Cod., teste Crusio, et Vet. Lib. Ernstii. Edd. omnes habent aliis. 9) Verba fierique ex his malos omissa sunt in ed. Oberth. et Orell.

neque hi dexteri neque illi sint laevi aut, quod fieri non potest, utrique ipsi sint dexteri et utrique iterum laevi.

24. Esto, concedatur infelicissimas pecudes non sine aliquo religionis officio divorum apud templa mactari, et quod ex usu consuetudinis factum est rationis alicuius causam aliquam continere: sed si magnificum videtur atque amplum iugulare diis tauros, si illibata, si solida concremari animantium viscera, quid sibi reliqua haec volunt magorum [1]) cohaerentia disciplinis, quae in sacrorum reconditis legibus pontificialia restituere mysteria et rebus inseruere divinis? Quid, inquam, sibi haec volunt: apexaones [2]), hirciae, silicernia, *longavi* [3]), quae sunt nomina et *farciminum* [4]) genera, hirquino alia sanguine, comminutis alia inculcata pulmonibus. Quid taedae [5]), quid naeniae,
230 quid offae, non vulgi, sed quibus est nomen appellatioque penitae? [6]) Ex quibus quod primum est, in exiguas arvina est miculas *catillaminum* [7]) insecta de more, quod in secundo situm est, intestini est perrectio [8]), per quam proluvies editur sucis perexsiccata vitalibus. Offa autem pe-

1) Magos non sine ironia appellat sacerdotes. 2) Sic Codd. prob. Salm. ad Solin. p. 90. apexabo ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. apexanes ed. LB. Oberth. Orell. apexabones ed. Hild. Apexabo quamquam apud Varr. L.L. V, 111. per *b* scribatur, mutare tamen invitis Codd. hic quicquam non sum ausus, quum insuper memor essem pro longabo vel longavo, quod voc. eadem ratione formatum est, in Glossis passim longao inveniri. — In seqq. pro hirciae, quod tenent Codd., isicia est in omnibus edd. praeter LB. Orell. Hild. Irceos genus farciminis memorat Fest. p. 105. 114. Cf. Salm. l. l. et Heins. Advv. IV, 9. 3) silicernia longaevi Codd. longabo Vet. Lib. Ernstii. longavo ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. longano ed. Elm. longabi ed. Hild. In cett. longavi, ut emendavit Salm. ad Solin. p. 90. De silicernio v. Fest. p. 294. ed. Müll. Nonius p. 48. ibique Varronis fr. — De longanonibus, vel longabonibus vel longavis, qua forma Arnobius solus utitur cf. Varr. L. L. V, 111. Veget. de Mulomed. I, 14. Cael. Aurel. IV, 8. Apic. IV, 2. 4) facinorum Codd. farciminum edd. fartorum cj. Hild. 5) Sic Codd. ed. pr. Urs. Elm. LB. Orell. Hild. In cett. tuceta. Taeda quid sit nemo dicere potest. Salm. l. l. cj. taxeae, de quo voc. v. Isid. Origg. XX, 2, 24. — In seqq. pro naeniae (v. Fest. p. 163. cf. Plaut. Bacch. IV, 8, 48.) ed. Elm. et LB. taeniae habent ex emend. mg. Urs. 6) De offa penita v. Fest. p. 242. et p. 230. cf. Plaut. Mil. Glor. III, 1, 164. 7) catillaminuam Cod. at illa minutim ed. pr. et Urs. et ilia minutim ed. Bas. Cant. Elm. Oberth. In cett. catillaminum ex emend. Salm. ad Solin. p. 90 sq. Catillamina dicta sunt et derivata de catillare. 8) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. porrectio.

nita est cum particula visceris cauda pecoris amputata. Quid polimina [1]), quid omenta, quid palasea sive, ut quidam cognominant, plasea? [2]) Ex quibus est nomen [3]) omenti pars quaedam, quo receptacula ventrium circumretita finiuntur, bovis cauda est plasea siligine et sanguine delibuta, polimina porro sunt ea quae nos proles verecundius dicimus, a vulgaribus autem adsolent cognomine testium nuncupari. Quid fitilla [4]), quid frumen, quid africia, quid gratilla, catumeum, conspolium, cubula? Ex quibus duo, quae prima, sunt pultium nomina sed genere et qualitate diversa, series vero quae sequitur liborum significantias continet; et ipsis enim [5]) non est una eademque formatio. Non enim placet carnem strebulam [6]) nominare, quae taurorum *ex coxendicibus* [7]) demitur, pulpamenta non assa quae in veribus [8]) exta sunt animata prius et torrefacta carbonibus, non salsamina denique *quae* [9]) sunt una commixtio quadrinis copulata de frugibus. Non similiter fendicas, quae et ipsae sunt hirae [10]), quas plebis oratio ilia solet cum eloquitur nuncupare, non ratione eadem aerumnas [11]), quae sunt prima in gurgulionibus capita, qua [12]) deiicere cibos et referre natura est ruminatoribus saeculis [13]). Non

1) Cf. Fest. p. 235. et Plaut. Menaechm. I, 3, 28. 2) plassea hic habet Cod. et ed. pr. sed infra plasea. 3) Voc. nomen delent mg. Urs. et ed. Elm. 4) fritilla ed. Urs. et Elm. — De fitilla cf. supra II, 21. Plin. XVIII, 8. Senec. de Benef. I, 6. Muret. V. L. XII, 1. — In seqq. Codd. cumspolium praebent pro conspolium, quod edd. tenent. 5) enim delent ed. Elm. LB. Oberth. et Orell. ex emend. mg. Urs. 6) De carne strebula v. Varr. de L. L. VII, 67. et Fest. p. 312. ed. Müll. 7) et condicibus Cod. ex coxendicibus ed. Hild. In cett.: e coxendicibus. 8) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Hild. In cett. verubus. 9) denique sunt Cod. ed. pr. et Urs. (sed correct. in mg.) 10) dirae Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs (mg. irae). In cett. hirae. In seqq. Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. pro ilia praebent illa, ed. Oberth. hillas. — V. Fest. p. 101. ed. Müller. Macrob. in Somn. Scip. I, 6. fin. 11) Sic Codd. ed. LB. Oberth. Orell. Hild. eadem rumas ed. Elm. ex mg. Urs., ubi et: ferumnas et: rumina proponuntur. In cett. erumnas. Baluzzi cj. et rumas. In seq. cap. dicitur ruma. 12) quae Cod. ed. pr. Orell. In cett. qua. 13) ruminator. vitulis ed. Bas. Cant. Elm. Sed v. Lucret. V, 864. I, 38. — In seqq. de magmento v. Fest. p. 126. et Placid. Gloss. s. v. Inscr. ap. Gruter. 229. cf. Sigon. de Antiquo Jure Prov. II, 6. med. et XXIII, 12. Varro L. L. V, 112., et de augmine vel augmento Varr. l. l. cf. Turneb. Advv. XXII, 6. et Carrio Emend. II, 3.

magmenta, non augmina, non mille species *velaminis* sanguinum [1]) vel fitillarum, quibus nomina indidistis obscura vulgoque ut essent augustiora fecistis.

25. Si enim quaecunque ab hominibus fiunt maximeque in re sacra debent habere suas causas, nec sine ratione est quicquam in negotiis omnibus atque in omni administratione faciendum: edissertate nobis et dicite, quae sit causa, quae ratio, ut haec etiam diis dentur sacrisque adoleantur
231 altaribus? In hoc enim diutius loco huic causae vel maxime necessario immoramur, insistimus, inhaeremus, cupientes addiscere, quid cum pultibus deo sit, quid cum libis, quid diversis cum *fartibus* [2]), confectionis iure *ex* multiplici atque impensarum varietate conditis? Opiparis numina coenis adficiuntur aut prandiis, ut innumeras conveniat excogitare his dapes? Aversionibus stomachorum laborant, et ad expellenda fastidia saporum varietas quaeritur, ut modo his assa, modo cruda ponantur, semicocta et modo [3]) semicruda? Quod si omnes has partes quas praesicias [4]) dicitis accipere dii amant suntque illis gratae [5]) vel voluptatis alicuius vel dulcedinis sensu, quid intercedit, quid prohibet, ut non semel haec omnia totis cum animantibus inferatis? Quae causa, quae ratio est, ut caro strebula separatim, ruma, coda [6]) et plasea separatim, hirae solae [7]) omenque

---

1) velamen sanguinum Cod. ed. pr. Urs. Elm. vel amen ed. Bas. Cant. Oberth. Hild. In cett. vel farciminum. Ego emendavi velaminis sanguinum facillima correctione. Velamen sanguinum dici farcimen in aperto est. Genit. fitillarum (ed. Urs. et Elm. fritillarum habent) aptus est a verbis mille species non a velaminis.

2) fratibus Cod. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. fratribus mg. Urs. ed. Elm. (ex falsa lectione ap. Plaut. Mil. Gl. I, 1, 8. ubi v. Lindem.) In cett. fartibus. — In seqq. Cod. ed. pr. et Hild. iure et multiplici, cett. edd. iure multiplici deleto et particula, habent. ex multipl. dedimus ex nostra emendatione. — De voc. impensa cf. Petron. 137. Apic. VIII, 7. 8. Fest. s. v. 3) Sic Cod. ed. pr. Urs. Hild. In cett. modo et. 4) Sic Cod. et edd. omnes praeter Elm. et LB., quae ex mg. Urs. prosicias habent. Sed recte Salm. ad Solin. p. 90. tuetur Cod. auctoritatem. De re cf. Macrob. Sat. VII, 12. Kopp ad Mart. Cap. I, §. 9, p. 36. 5) Sic Cod. teste Crusio. In edd. gratiae extat. 6) Sic Cod. a m. pr. et ed. Hild. In cett. cauda, ut habet Cod. a m. sec. 7) irae solae Cod. ed. pr. Urs. isitium solum ed. Bas. Cant. Oberth. In cett. hirae solae. — In seqq. Cod. nomen quae, ed. pr. Urs. et LB. nomenque, ed. Bas. Cant. Elm. Oberth. Orell. omentum habent. Hild. dedit omenque

solum augmentorum adiiciantur in causam? Pulmentorum varietatibus adficiuntur dii caelites, ut fieri mos est post coenarum ditium et locupletium saginas, frustilla haec parvula pro suavibus mateolis sumunt, non quibus famem sedent [1]), sed ut palati admoneant otium seque ipsos plenae adpetitu voracitatis instigent? O deorum magnitudo mirabilis! o nullis hominum compraehensa, nullis intellecta naturis, siquidem ut prosint testiculis pecudum redimuntur et rumis, neque prius iras atque animos ponunt, nisi sibi adoleri paratas conspexerint naenias offasque redemptas [2]).

26. Sequitur, ut de ture deque mero aliquid sine ulla nimietate dicamus. Copulata enim et mixta sunt [3]) caerimoniarum et haec genera cultumque adhibentur in plurimum. Ac primum illud a vobis isto ipso quaerimus percontamurque de ture, unde aut quo tempore nosse illud aut scire poteritis [4]), ut merito existimetis aut esse diis dandum aut eorum acceptissimum voluntati. Novella enim propemodum res est neque annorum inexplicabilis series, ex
quo eius notitia profluxit in has partes et delubris meruit 232
interesse divinis. Nam neque temporibus, quemadmodum creditur et perhibetur, heroicis quidnam esset tus scitum est, scriptoribus ut comprobatur a priscis, quorum in libris posita nulla [5]) eius mentio reperitur, neque genetrix et mater superstitionis Etruria opinionem eius novit aut famam, sacellorum ut indicant ritus, neque quadringentis annis quibus Albana res viguit in usum cuiquam venit, sacra cum res fieret, neque ipse Romulus aut religionibus [6]) arti-

ex emend. Meursii. abdomenque cj. Heins. in Advv. IV, 10. sine ulla necessitate. — Omen dictum est omentum, ut proximo cap. augmen pro augmento. — Pro adiiciantur omnes edd. praeter LB. et Hild. habent adiiciatur. 1) sedeant ed. Orell. vitiose. — In seqq. Codd. palatia admoneant ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. palatis admoveant, cett. palati admoneant habent (ex emend. Salm. ad. Solin. p. 29.). palati amoveant cj. Herald. 2) Sic Cod. ed. pr. Urs. LB. In cett. penitas. Perperam. Offas redemptas dicit offas a diis gratia ipsorum redemptas.

3) Sic Cod. mg. Urs. ed. Elm. LB. Orell. Hild. In cett. fiunt. 4) Sic Cod. ed. pr. Urs. Elm. Hild. potuistis ed. Bas. Cant. Oberth. In cett. potueritis ex emend. mg. Urs. 5) nulla posita ed. Oberth. et Orell. — De re cf. Plin. XIII, 1. XVIII, 11. Ovid. Fast. I, 338. Euseb. Praep. Evang. I, 9. Porphyr. de Abstin. II, p. 124. Ceterum apud orientales certe usum turis jam antiquissimis temporibus obtinuisse evincunt Moysis libri. 6) regionibus ed. Cant. mendose.

fex in comminiscendis Numa aut esse scivit aut nasci, ut pium far monstrat, quo peragi mos fuit sacrificiorum solemnium munia. Unde igitur coepta est usurpatio eius adsumi, aut in antiquam et veterem consuetudinem quaenam irruit novitas, ut quod tempestatibus tantis necessarium non fuit, locum sumeret in caerimoniis primum? Nam si sine ture religionis officium claudicat necessariaque vis eius est, quae propitios faciat mitesque hominibus caelites, peccatum est ab antiquis, quinimmo piaculis plena vita omnis illorum fuit, qui quod maxime conveniens deorum fuerat voluptati per incuriam neglexere libare. Sin autem temporibus priscis neque homines neque dii huius turis expetivere materiam, comprobatur et hodie frustra illud inaniterque praestari, quod neque antiquitas necessarium credidit et sine ullis novitas rationibus adpetivit.

27. Denique ut illam semper regulam definitionemque teneamus, qua demonstratum et fixum est, quicquid fiat ab homine, habere oportere suas causas, et [1]) in ista quoque retinebimus parte, ut requiramus ex vobis quae sit causa, quae ratio, ut ante ipsa numinum signa tura iniiciantur altaribus et ex eorum incendio familiaria fieri existimentur et mitia, quid ex huiusmodi facto adquiritur his rei aut eorum ad animos quid accedit [2]), ut merito iudicemus recte ista dependi et non frustra atque inaniter concremari? Ut enim vos debetis ostendere, cur tura diis
233 detis, sic et deos sequitur ut debeatis expromere habere aliquam causam, cur ea non respuant, quinimmo cur ea tam familiariter concupiscant [3]). Honoramus, inquiet aliquis fortasse, his deos. Sed nos non vestrum, sed numinum requirimus sensum, nec quid fiat a vobis, sed pendatur ab his quanti quod in praemium datur favoris interrogamus. Sed tamen, o pietas! quantus iste est honor aut qualis, qui ex ignis odore conficitur et resina ex arboris comparatur? Nam ne forte ignoretis, quid aut unde sit tus istud: viscum est ex corticibus profluens, ita *etiam* ex [4])

---

1) causas, id cj. Hild. 2) accidit Cod. teste Hild. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. In cett. accedit ex emend. mg. Urs. ac sic legebat Crus. etiam in ipso Cod. 3) h. e. tanquam rem sibi suisque sacris familiarem. Non erat igitur cur Orell. et Hild. voc. familiariter corruptum putarent. 4) ita ex Codd. In edd. ita

amygdalo, ceraso lacrimabili destillatione coalescens. Hocine ergo superas honorat et auctificat dignitates, aut offensa si aliquando contracta est, turis vapore dissolvitur et temperata indignatione sopitur? Quid ergo cessatis cuiuslibet arboris viscum sine ulla passim differitate comburere? Nam si honorantur hoc numina nec indigne sustinent Panchaicas sibi ardere resinulas, quid interest, unde fumus altaribus conficiatur in sanctis, vel ex visci quo genere nubes suffitionis exaestuent?

28. An [1]) numquid aliquis dicet idcirco superis tus dari, quod odoratus habeat suaves et narium commulceat sensum, reliqua vero sint aspera et ob causam offensionis exclusa? Habent enim dii nares, quibus ducant aërios [2]) spiritus, accipiunt auras et remittunt, ut penetrare illos possint nidorum differentium qualitates? Quod si damus ut fiat, mortalitatis eos adiungimus legi et excludimus divinitatis a finibus. Quicquid enim spirat et reciprocos halitus auris commeabilibus [3]) ducit, id necesse est esse mortale, quia caeli sustineatur [4]) e pastu. Quicquid autem caeli sustinetur e pastu, si recursus abstuleris, quibus alternatio redditur abstrahiturque vitalis, oblidi eius necesse est animam et rationem subrui atque interire vivendi. Ergo si et dii spirant odoremque ad se attrahunt auris comitantibus involutum, non est ab re dicere et alienis eos suffectioni- 234
bus [5]) vivere et interclusis posse spiraminibus interire. Et unde novissime scitis, an, si odorum suavitate capiuntur, eadem sint eis iucunda quae vobis, et parili sensu vestras mulceant adficiantque naturas? Nonne fieri potis [6]) est, ut quae vobis adferunt voluptatem contra illis aspera videantur et tristia? Cum enim deorum sint sententiae dispares substantiaeque non unae, quibus effici rationibus potest, ut quod qualitate diversum est unum sentiat accipiatque contactum? An non cotidie cernimus et inter animantia terris orta esse aliis eadem vel amara vel dulcia, mortifera his

---

ut ex. Correxi ita etiam ex; voc. etiam enim facillime poterat omitti propter seqq. syllabas: ex am-.

1) Sic Codd. et Vet. Lib. Ernstii. ed. pr. Urs. LB. Hild. In cett. At. 2) aereos ed. Cant. Elm. Oberth. Orell. 3) h. e. commeantibus. 4) sustinetur ed. Oberth. et Orell. 5) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. suffitionibus. 6) pote ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. pro more.

esse quae illis nata in perniciem non sunt, ut quae illos [1]) mulceant odoribus laetis, eadem pestiferos halitus aliorum corporibus spirent? Sed hoc ut fiat et accidat non in rebus est causa, quae simul dulces nequeunt simulque amarae consistere, sed ut quisque est factus ad [2]) extrinsecus rei venientis attactum, ita *afficitur*, qualitatem non accipit ex rerum impulsionibus natam, sed ex sui sensus contagiique natura. Verum omnis haec ratio longe est ab diis sita nec exigui limitis interiectione discreta. Nam si verum est, ut ab sapientibus creditur, incorporales [3]) hos esse nec validitatis [4]) alicuius eminentia sublevari, inanis apud hos odor est, nec sensibiliter commovere aura eos potis est nidoris alicuius, non si mille tu pondera masculi turis incendas [5]) caelumque hoc totum redundantium vaporum nebulositate cludatur. Quod enim non habet robur et substantiam corporalem, contrectari ab substantia [6]) non potest corporali: odor autem corpus est, tactis sicut naribus indicatur, ab deo [7]) ergo sentiri ratione non potest ulla, qui caret re corporis atque omni sensu et cogitatione privatus est.

29. Merum turis est [8]) socium, quod explanari consimiliter poscimus, cur eius [9]) superfundatur incensioni. *Nisi* [10]) enim ratio cur fiat ostenditur [11]) nec habebit ex-
235 positam sui causam, non iam istud errori obiiciendum est ludicro, sed ut dicatur expressius, insaniae, dementiae, caecitati. Ut enim iam saepius dictum est, debet omne quod geritur causam sui habere perspicuam nec caliginis

---

1) utque illos Cod. ut quae illos ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth. Hild. et quae alios mg. Urs. et ed. Elm. In cett. ut quae alios. 2) ab ed. pr. Urs. et Elm. — In seqq. Cod. cum ed. pr. et Urs. habet efficit vitiose pro afficitur. mg. Urs. et ed. Elm. attactu, ita afficitur praebent. 3) corporales ed. Oberth. et Orell. vitiose. 4) Sic Cod. ed. pr. et Urs. neque validiatis ed. Orell. et Hild. neque oliditatis ed. Bas. et Cant. vitiose. neque soliditatis mg. Urs. ed. Elm. nec soliditatis ed. LB. 5) accendas ed. Oberth. et Orell. In Cod. et edd. cett. omnibus incendas extat. — De masculo ture v. Plin. XII, 14. et Intt. ad Virg. Ecl. VIII, 65. 6) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. a subst. 7) Sic Cod. ed. LB. et Hild. — res corporis graece χρῆμα σώματος.

8) et ed. Hild. vitiose. 9) Sic Cod. In edd. omnibus extat ei. 10) Sic ed. LB. In Codd. et edd. cett. extat incensioni. Si. 11) fiat ostenditur Codd. ed. LB. In cett. fiat non ostendetur. Male.

alicuius obscuritate contectam. Si ergo fiditis facto, aperite, monstrate [1]), liquor iste cur detur, id est vinum superfundatur altaribus. Numquid enim numinum corpora sitim sentiunt aridam et eorum necesse est siccitates humore aliquo temperari? Numquid nobis ut mortalibus mos [2]) est coenis intermiscere potiones, pari etiam more post solidos [3]) victus liborum et pultium hostiarumque caesarum, quo putrefiat facilius et percoquatur cibus, frequentissimo irrigant accipiuntque se vino? Date quaeso immortalibus diis bibant, scyphos, brias [4]), pateras simpuviaque depromite, et quoniam tauris pinguibusque se dapibus atque opimis inferciunt escis, ne quod in stomachi tramite male transvoratum substiterit viscus, succurrite, properate, Iovi optimo maximo merum ne praefocetur date, cupit eructare nec potis est, ac ni illa labatur et dissolvatur obstructio, periculum maximum est, ne oblisus interrumpatur spiritus, et viduatum remaneat sine suis administratoribus caelum.

30. Sed frustra, inquit [5]), inequitas nobis: non enim nos superis ob eas profundimus merum causas, tamquam illos existimemus aut sitire aut bibere aut suavitatis eius affectione laetari. Honoris eis ergo datur; quo fiat illorum elatior amplior augustiorque sublimitas, altaria super ipsa libamus et venerabiles muscos [6]) carbonibus excitamus extinctis. Et quae gravior infligi contumelia diis potest, quam si eos credas accepto mero propitios fieri, aut ho-

---

1) monstrate pro gloss. habet Hild. 2) moris ed. LB. 3) Sic Codd. ed. LB. Orell Hild. In cett. solitos. 4) Gloss. Philox. „Bria, εἶδος ἀγγείου.“ Haimo in Ep. ad Galat. c. 5.: „Briam dicimus calicem aptum potioni vini.“ Cf. Intt. ad Apul. Apol. 59. — In seqq. Cod. sympubiaque, sympiniaque ed. pr. Bas. Cant. sympiviaque ed. Urs. sympuviaque ed. Elm., cett. edd. simpuviaque habent.

5) inquitis ed. Urs. 6) Sic „venerabilia verba“ ap. Valer. Max. II. 2, 4. h. e. quibus homines deos venerantur ac colunt. — Pro muscos, quod dedimus cum ed. LB. et Orell. ex emend. Salm. ad Solin. p. 232., Codex uterque miscus praebet (non muscus, ut scribit Hild.) test. Salm. Crus. et Anchers., atque sic etiam ed. pr. In ed. Bas. Cant. Urs. Oberth. cnissas, in ed. Elm. viscus, in ed. Hild. muscus extat. Muscus generaliori sensu his usurpatum significat thymiama. Cf. Jo. Sarisb. Policr. VIII, 12. Hieron. adv. Jovin. II, 8. Ceterum temerarium prorsus esset cum Hild. nove accusat. muscus ponere, praesertim quum permultis in locis constet in vett Codd. confundi litteras u et o, et syllabas us et os. cf. infra c. 33.

norem existimes habitum his magnum, si modo vini exigui rores [1]) super vividam ieceris atque instillaveris prunam? Non nobis est sermo cum hominibus rationis expertibus, neque quibus non sit communis intellegentiae veritas, inest et vobis sapientia, inest sensus, verumque nos dicere apud
236 vos ipsi interiore [2]) iudicio scitis. Sed quid facere possumus considerare nolentibus penitus res ipsas secumque ipsos loqui? Facitis enim quod fieri cernitis, non quod fieri oportere confiditis: primum quia [3]) apud vos valet nullam habens consuetudo rationem, quam rerum inspecta natura veritatis examinatione ponderata. Quid est enim deo cum vino, aut in eius materia vis qualis aut quanta est, quod cum effusum fuerit, sublimitas eius augescat et honorata existimetur auctoritas? Quid, inquam, deo cum vino est, Veneriis [4]) re proxima, nervos omnium debilitante virtutum, verecundiae pudoris et castitatis inimica? quod in insanias et furores mentes saepius praecipitavit excitas ipsosque illos deos maledictis compulit exauctorare dementibus. Itane istud non nefas et plenum sacrilegii crimen est, *honori* hoc [5]) dare, quod si tu id avidius sumpseris, quid facias nescias, quid loquaris ignores, ad extremum temulenti, luxuriosi et perditi convicium infamiamque merearis?

31. Operae pretium est etiam verba ipsa depromere, quibus, cum vinum datur, uti ac supplicare consuetudo

---

pantomimos. 1) roris Codd. rore ed. pr. rorem ed. Bas. Cant. Urs. Elm. Oberth. In cett. rores. — „Exigui vini rores“ aut per metathesin adjectivi dictum pro „exiguos vini rores“ (cf. infra c. 36.) aut adject. exiguus hic idem valet atque vilis, ut ap. Spartian. Sev. c. 19.: „Tam exiguis vestibus usus est, ut vix tunica ejus aliquid purpurae haberet.“ 2) interiori ed. Oberth. et Orell. 3) Sic Codd. ed. pr. Urs. Hild. In cett. nimirum quia. — In seqq. ante valet omnes edd. praeter pr. Urs. Hild. inserunt plus, quod non extat in Codd. Superlativus more comparativi structus cum partic. quam, cujus usus exemplum habuimus supra I, 57. simillimum veri — quam. 4) Sic Cod. ed. Hild. Veneri is (i. e. Veneriis ed. LB.) Veneri mg. Urs. ed. Elm. In cett. Venereis. — De re cf. Terent. Eun. IV, 4, 6. ibique Ruhnk. Valer. Max. I, 1. Hild. ad Apul. Met. II, 11 et 17. 5) honoris hoc Cod. honoris ergo hoc ed. Hild. In cett. honori hoc. Retinenda erat fortasse Cod. lectio (ut supra I, 5. criminis dare) et genitivus sumendus ita, ut in Plauti Cist. II, 3, 20. et Varron. Sat. Menipp. *Ἀνθρωποπ.* fr. 3. illud „dotis dare.“ — In seqq. voc. id ante avidius deest in ed. Bas. et Urs.

est: *Mactus hoc vino inferio esto* [1]). Inferio, inquit Trebatius [2]), verbum ea causa est additum eaque ratione profertur, ne vinum omne omnino quod in cellis atque apothecis est conditum, ex quibus illud quod effunditur promptum est, esse sacrum incipiat et ex usibus eripiatur humanis. Addito ergo hoc verbo solum erit quod inferetur sacrum, nec religione obligabitur ceterum [3]). Qualis ergo hic honor est, in quo imponitur quasi lex deo, ne plus quaerat quam datum est? aut cuius ipse est aviditatis deus, qui nisi verbi fuerit praescriptione summotus, cupiditatem suam protendat ulterius et apothecis suis supplicem [4]) privet? *Mactus hoc vino inferio esto:* iniuria est ista, non honor. Quid enim si divus amplius hoc volet neque erit contentus illato? Nonne insigniter dicendus est [5]) laedi qui honorem accipere cum condicione cogetur? Nam si ex- 237
ceptione non addita sacrum necesse est fieri omne omnino quod in cellis vinum, manifestum est et deo contumeliam fieri, cui modus constituatur invito, et vos ipsos in re sacra caerimoniarum officia violare, qui non tantum tribuitis vini, quantum deum videtis sibi velle praestari. *Mactus hoc vino inferio esto* quid est aliud quam dicere: tantum esto mactus, quantum volo, tantum amplificatus, quantum iubeo, tantum honoris adsumito, quantum te habere decerno et verborum circumscriptione definio? O deorum sublimitas praepotens, quam venerari, quam colere officiis omnibus caerimonialibus debeas, cui legem venerator imponit, quam cum pactionibus adorat et formulis, quae per unius formidinem verbi ab immodicis vini cupiditatibus arceatur [6]).

32. Sed sit, ut vultis, honor in vino, sit in ture, immolatione et caedibus hostiarum irae numinum offensio-

---

1) V. de hac formula Intt. ad Fest. p. 467. ed. Lindem. Schneid. ad Cat. de R. R c. 132. p. 167. Cujac. Observv. Jur. II, 12. Leopardi Emendd. XVIII, 16. Carrion. Emendd. II, 3. Nic. Loens. Quaestt. Epiphyll. III, 12. 2) Citatur hic scriptor, qui incertae aetatis est, passim apud Macrob. in Saturn. et ap. Gell. VI, 12. Cf. Voss de Hist. Lat. III, s. v. Scripsit libros decem religionum. 3) obligabitur. Ceterum male distinguunt ed. pr. Bas. Cant. Urs. In cett. oblig. ceterum. Qualis ex emend. mg. Urs. 4) sui supplicem Cod., quod ferri posset. 5) esse Cod. — In seqq. ed. Bas. Cant. Oberth. Orell. Hild. cogatur, cett. edd. cum Cod. cogetur habent. 6) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. arcetur. —

+ nesque placentur. Etiamne [1]) dii sertis, coronis adficiuntur et floribus? etiamne aeris tinnitibus et quassationibus cymbalorum? etiamne tympanis? etiamne symphoniis? Quid efficiunt crepitus scabillorum, ut cum eos audierint numina, honorifice secum existiment actum et ferventes animos irarum oblivione deponant? An numquid ut parvuli pusiones ab ineptis vagitibus crepitaculis exterrentur auditis, eadem ratione et omnipotentia numina tibiarum stridore mulcentur et ad numerum cymbalorum mollita indignatione flaccescunt? Quid sibi volunt excitationes illae [2]), quas canitis matutini collatis ad tibiam vocibus? Obdormiscunt enim superi, remeare ut ad vigilias debeant? Quid dormitiones [3]) illae, quibus bene ut valeant auspicabili salutatione mandatis? Somni enim quiete solvuntur, occuparique ut hoc possint, lenes audiendae sunt naeniae? Lavatio, inquit, Deum Matris est hodie [4]). Sordescunt enim divi et ad sordes eluendas laventibus aquis opus atque adiuncta *ini-*
238*qua* [5]) cineris frictione. Iovis epulum cras est [6]). Iuppiter enim coenat magnisque implendus est dapibus, iamdudum inedia gestiens et anniversaria interiectione ieiunus. Aesculapii geritur celebraturque vindemia [7]). Colunt enim

---

1) Sic Cod. et Vet. Lib. Ernstii, ed. LB. Oberth. Orell. Hild. In cett. Etiam. — In seqq. Vet. Lib. Ernstii coronisque praebet. 2) istae ed. Oberth. et Orell. — De re cf. Scal. ad Tibull. I, 3, 31. Lips. Elect. II, 18. Böttiger Kl. Schr. III, 297 sqq. II, 210 sqq. 3) Sic Codd. ed. pr. Urs. LB. Orell. Hild. In cett. domuitiones. De re cf. Böttiger: „Die Isisvesper" (Minerva anni 1809) p. 131 sqq. et in Kl. Schr. l. l. 4) h. e. sexto Kal. Apr. V. Vales. ad Amm. Marcell. XXIII, 3, 7. Ovid. Fast. IV, 337 sqq. August. C. D. II, 4. Zoega Bassiril. I, 103. — In seqq. ed. Bas. Cant. Elm. Oberth. lavantibus praebent. 5) Sic correxi. Codd. et edd. antiqua mg. Urs. aliqua praebent. Ludit Arnobius. Cinere fricari nemini jucundum est. 6) Cf. Liv. XXV, 2. et XXXI, 4. XXXIII, 43. Cic. de Orat. III, 19. et de Harusp. Resp. 10. Valer. Max. II, 1. Tertull. Apol. 13. Isid. Origg. XX, 11. Non. p. 204. Cf. Hartung Rel. d. Röm. II, 35 sq. 7) Locus obscurior, quem explicant ex iis, quae Varro de L. L. VI, 21. de Meditrinalibus exponit. Klausen Aen. I, 260 sqq. Artem medicam et vini inventionem conjungi apud veteres, quia magnae vini vires essent in hominibus curandis, recte adnotat Hild. Hinc enim Osiris, qui idem est deus medicus, inventor vini appellatur (Jablonsky Panth. Aegypt. I, p. 130 sq.), etiam Bacchus inventor vini ipse est medicus (cf. Aleand. Tab. Hel. Expl. in Graev. Thes. tom. V, p. 713). Atque hinc colligit Hild. etiam certis locis Aesculapii vindemiam esse celebratam, quum unum deum pro altero poni liceret. Equidem hanc

dii vineas et *ad suas usiones* contractis [1]) exprimunt vindemiatoribus vinum. Lectisternium Cereris erit Idibus proximis [2]). Habent enim dii lectos, atque ut stratis possint mollioribus incubare, pulvinorum tollitur atque excitatur impressio [3]). Telluris natalis est [4]). Dii enim ex uteris prodeunt et habent dies laetos, quibus eis adscriptum est auram usurpare vitalem.

33. Ludi vero, quos facitis, quibus Floralibus et Magalensiis [5]) nomen est ceterique omnes alii, quos esse sacros voluistis et religionum inter officia deputari, quam rationem habent, quam causam, ut institui condique debuerint et ex numinum appellatione signari? Honorantur, inquit, his dii et siquas ab hominibus continent offensionum memorias illatarum [6]), abiiciunt, excludunt, redduntque se nobis redintegrata familiaritate fautores. Et quae causa est rursus, ut tranquilli, placidi efficiantur et mites, ineptae si res fiant et ab hominibus otiosis multitudine spectante ludatur? Ponit animos Iuppiter, si Amphitryon fuerit actus pronuntiatusque Plautinus, aut si Europa, si Leda, Ganymedes fuerit saltatus aut Danae, motum compescit irarum? Tranquillior, lenior Mater Magna efficitur, si Attidis [7]) conspexerit priscam refricari ab histrionibus fabulam? Oblitterabit offensam Venus, si Adonis in habitu ge-

---

rem in medio relinquo. 1) ad (ab legit Crus.) suasionibus contractis Cod. ab suasionibus contracti ed. pr. Bas. Cant. Urs. ab suasionibus contractis mg. Urs. ed. Elm. In cett. ad suas usiones contractis. — contractis h. e. coactis atque conductis. 2) Cf. Liv. XXII, 10. Intelligit Cerealia, quae celebrabantur Romae VII, Id. April. Ovid. Fast. IV, 395 sqq. Cf. Merkel Prolegg. ad Ovid. Fast. p. CCXXXIX. 3) impressionem pulvinorum dicit mollia pulvinorum, quibus qui insident vel incubant fit ut quasi immergantur. 4) Cf. Alex. Aphrod. XII, 36. p. 199. B. et Lactant. VI. 20, 34.

5) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. Megalensibus. — De Floralibus cf. Macrob. Sat. I, 4. Plin. XVIII, 29. 59. Lactant. I, 20. Suet. Galb. 6. Martial. I, 3, 36. Valer. Max. II, 10, 8. Intt. ad Juven. Sat. VI, 249. Ovid. Fast. V, 315 sqq. et Merkel in Prolegg. p. CLXII. Hartung Rel. d. Röm. II, 141 sqq. — De Megalensiis sive Megalensibus ludis v. Intt. ad Cic. de Harusp. Resp. 12. et ad Juven. Sat. VI, 69. Merkel Prolegg. l. l. 6) Sic mg. Urs. ed. Elm. LB. Orell. Hild. Cod. illatas habere videtur, ut legitur in ed. pr. Bas. Cant. Urs. Oberth., tamen id neque ab Hild. neque a Crusio adnotatum est. 7) Sic Codd. ed. LB. Oberth. Orell. Hild. Atyis ed. Bas. In cett. Atydis,

stum agere viderit et saltatoriis in motibus pantomimos? [1]) Indignatio relanguescit Alcidae, si tragoedia Sophoclis, cui Trachiniae nomen est, Euripidis aut Hercules actitatur? [2]) *existimatve* tractari se honorifice Flora, si suis in ludis flagitiosas conspexerit res agi et migratum ab lupanaribus in theatra? Itane istud non est deorum imminuere
239 dignitatem, dicare et consecrare turpissimas res eis, quas censor animus respuat et quarum actores inhonestos esse ius vestrum et inter capita computari iudicavit infamia? [3]) Mimis nimirum dii gaudent, et illa vis praestans neque ullis hominum compraehensa naturis libentissime commodat audiendis his auris [4]), quorum symplegmatibus plurimis intermixtos se esse derisionis in materiam norunt: delectantur, ut res est, stupidorum capitibus rasis, salapittarum [5]) sonitu atque plausu, factis et dictis turpibus, fascinorum ingentium rubore [6]). Iam vero si viderint in femineas mollitudines enervantes se viros [7]), vociferari hos frustra *seve culpare* [8]) alios, cursitare, amicitiarum fide salva contundere se alios et crudis mutilare se caestibus, certare hos spiritu, buccas vento distendere votisque inani-

---

1) pantomimus Cod. pantomimos ed. Hild. In cett. pantomimum. — De re cf. supra IV, 35. — In seqq. Cod. et ed. Hild. relanguescit, cett. edd. relanguescet praebent. 2) Sic Cod. ed. pr. Urs. LB. Hild. In cett. actitetur. — In seqq. Cod. et edd. omnes existimatur habent, praeter Orell., quacum existimatve dedimus ex emend. Meursii. existimabit cj. Herald. 3) August. C. D. II, 9 sqq. Tertull. Apol. 51. Val. Max. II, 4. Digest. III, tit. 2. 4) Sic Cod. a m. pr. et ed. Hild. In cett. aures. — Per symplegmata videntur intelligendi gestus, saltationes, copulationes obscenae histrionum incestos deorum amores repraesentantium, quales depictae et descriptae fuisse videntur in famosis illis libellis Elephantidis. Böttiger Sab. p. 329. 5) Sic Codd. mg. Urs. ed. LB. Orell. salpictanum ed. pr. et Urs. salpictarum ed. Bas. Cant. Elm. Oberth. salpittarum ed. Hild. Glossae: „Salapitta, ῥάπισμα" explicant. cf. Tertull. de Spectac. 23. Praeterea v. Artemid. Oneirocr. I, 23. Antich. d'Ercol. tom. VI, tab. 92. et comment. Intt. ad Juv. Sat. I, 36. Müller de Genio Saec. Theodos. p. 92 sqq. 6) Suid. s. v. φαλλός. Cf. Comment. ad Antich. d'Ercol. p. 398. 7) Clem. Alex. Paedag. II, 10. Cf. Colum. R. R. I. Praef. §. 15. Cypr. Ep. II, 2. Lact. VI, 20. Tertull. Apol. 15. 8) sine culpa Cod. ed. pr. et Urs. In cett. sine causa ex emend. mg. Urs. Hild. in Cod. in culpa (?) esse scribit. Crus. et Anchers. quid praebeant Codd. non adnotarunt, sed videntur sine causa legisse. seve culpare dedi ex mea emendatione. in pulpito cj. Heins. ad Petron.

bus [1]) concrepare, manus ad caelum tollunt, rebus admirabilibus moti prosiliunt, exclamant, in gratiam cum hominibus redeunt. Haec si diis immortalibus oblivionem adferunt simultatum, si ex comoediis, atellanis, mimis ducunt laetissimas voluptates, quid moramini, quid cessatis, quin et ipsos dicatis deos ludere, lascivire, saltare, obscenas compingere cantiones et clunibus fluctuare crispatis? Quid enim differt aut interest, faciantne haec ipsi, an ab aliis fieri in amoribus atque in deliciis ducant?

34. Unde igitur fluxit vel ex quibus enata est causis opinionum haec pravitas? Ex eo scilicet maxime, quod nequeuntes homines quidnam sit deus scire, quidnam sit vis eius, natura, substantia, qualitas [2]), utrumne habeat formam, an nulla sit corporis circumscriptione finitus, agat aliquid, an non agat, vigiletne perpetuo, an aliquando solvatur in somnos, currat, sedeat, ambulet, an ab huiusmodi motibus et cessatione [3]) sit liber. Haec omnia, ut dixi, nequeuntes scire neque ratione aliqua pervidere in eas sunt opinationes lapsi, ut deos ex se fingerent et qualis sibi natura est, et illis talem darent actionum, rerum voluntatumque naturam. Quodsi animal cernerent nullius esse 240
se pretii nec inter formiculam plurimum seseque esse discriminis, profecto desinerent arbitrari quicquam se habere commune cum superis et intra suos fines humilitatis suae modestiam continerent. Nunc vero quia cernunt ora, oculos, capita, buccas, auriculas, nasos ceterasque se alias membrorum gerere ac viscerum portiones, et deos existimant eadem ratione formatos habitumque illos suum compagine in corporea continere: et quia gaudere, laetari maestosque se fieri tristioribus conspiciunt causis, arbi-

---

c. 40. 1) h. e. quae numquam solvuntur, ut recte interpretatur Hild. — In seqq. quum „manus ad caelum tollere“ de ipsis diis non videretur dici posse, erant qui tollere corrigerent. Sed recte Orellius adnotat rem ita sumendam esse, tamquam dii de caelo in terram descenderint ludos scenicos visuri atque inter ipsos jam spectatores versentur, id quod verum esse probant et seqq. verba: prosiliunt, exclamant. Aliter Hild., qui verba „ad caelum manus tollere“ pro „stupere“ posita putat, cit. Cic. Acad. II, 19, 63.

2) qualis ed. LB. 3) Sic Codd. ed. Elm. LB. Hild. In cett. cessione. Cic. N. D. I, 37. „Deum si feriatum volumus cessatione torpere, ut si se commoverit, vereamur, ne beatus esse non

trantur et numina ex rebus hilarioribus gaudere et ex minus laetis animorum contractione conduci: adfici se [1]) ludis, putant et caelitum mentes ludorum delectatione mulceri: et quia illis se voluptas est lavacrorum refovere caldoribus, et superis ducunt lavationum esse munditias gratas: vindemiamus nos homines, et deos rentur et credunt suas ducere atque agitare vindemias: dies nobis natalitii sunt, et potentias caelites dies [2]) autumant habere natales. Quodsi possent adscribere valetudines, aegritudines et corporales diis morbos, non dubitarent eos lienosos [3]), lippulos atque enterocaelicos [4]) dicere, eo quod ipsi et lienosi et lippi sunt saepe et ingentium *herniarum* magnitudine ponderosi.

35. Age nunc [5]) summatim, quoniam sermo prolatus est et perductus in haec loca, singulorum [6]) partium oppositionibus comparemus, utrumne vos melius rebus de superis sentiatis, an potius nos multo et honoratius opinemur et rectius, quodque rei divinae suam praestet atque

---

possit.“ 1) sc. conspiciunt, quod ex praegressis repetendum est. 3) diis ed. Orell. vitiose. 2) lineosos ed. Orell. mendose. 4) Sic ed. Hild. cum Cod. In cett. edd. enterocelicos scribitur. — In seqq. Cod. gruenearum vitiose praebet pro herniarum.

5) Quae jam sequuntur capp. 35. 36. 37. Orellius in sua ed. ad calcem libri relegavit, sententiam secutus docti cujusdam viri Francogalli (ad mg. exempli ed. Herald., quod asservatur in Biblioth. Gotting. V. Schönemanni Biblioth. Hist. Lit. Patr. Lat. tom. I, cap. IV, §. 3.), cui sententiarum nexus in seqq. parum commodus videbatur esse. Cui judicio adstipulatus est novissime etiam Hildebr., statuens olim vitio fortasse librariorum folium unum alieno loco esse inligatum et id vitium ab seqq. librariis postea neglectum esse. Quae quidem opinio etsi probabilitatem quamdam in se habere videatur, tamen obstant nonnulla, quominus in eam inclinem, primum illud, quod, quum ut superioribus libris, ita et huic ultimo subscriptionem additam esse videamus (quibus nihil deesse libris finitis librarii significare fere solebant), si statuamus capp. 35. 36. 37. libri primitus ultima fuisse, minime probabile est, ejusmodi vitium ab librariis facile aut potuisse committi, aut si fuerat commissum non statim deprehendendum fuisse. Deinde vulgaris qui est rerum sententiarumque ordo nec talis est aut tam aperta incommoditate laborat, ut transposita quaedam esse omnino iure contendi possit: immo pro colore totius perorationis multo rectius statuatur, manum ipsius auctoris extremam extremae huic librorum adv. Nationes parti defuisse. Quam meam opinionem ad calcem libri VII, ubi de Segmento, quod dicunt, verba faciam, et aliis quibusdam indiciis confirmatam invenies. 6) singula-

attribuat dignitatem. Ac primum vos deos, quos in rerum naturam[1]) vel arbitramini esse vel creditis quorumque in templis omnibus simulacra constituistis et formas, profitemini esse natos et ex masculorum feminarumque seminibus conventionum progenitos lege. At vero nos contra, si modo dii certi sunt habentque huius nominis auctoritatem, potentiam, dignitatem, aut ingenitos esse censemus, (hoc 241
enim religiosum est credere) aut si habent nativitatis exordium, dei summi est scire, quibus eos rationibus fecerit aut saecula quanta sint, ex quo eis attribuit perpetuitatem sui numinis inchoare. Vos habere sexus deos aliosque ex his mares, feminini[2]) generis alios esse censetis: nos potentias caelites discretas esse sexibus[3]) abnegamus, quoniam discrimen huiusmodi terrenis animantibus datum est, quas coire, quas generare auctor voluit rerum substituendis per libidinem prolibus. Vos hominum similitudinem gerere et mortalium vultibus existimatis esse formatos: nos effigies remur summotas esse ab his longe, quoniam forma mortalis est corporis, et si forte est ulla, compraehendere neminem posse indubitabili adseveratione iuramus. A vobis artificia singuli opificum more habere perhibentur: ridemus, cum audimus nos ista, quoniam diis artes necessarias ducimus arbitramurque non esse et eas constat[4]) et liquidum est paupertatis ad subsidium comparatas.

36. *Discordias tum*[5]) alios ex his vos, alios dicitis qui pestilentias irrogent, alios qui amores, qui furias, alios vero qui praesint bellis et sanguinis effusione laetentur: at vero nos[6]) contra ab ingeniis numinum iudicamus esse disiunctas[7]), aut si sunt qui haec mala miserrimis inferant subiiciantque mortalibus, ab deorum contendimus procul esse natura nec sub huius nominis praedicatione ponendos. Irasci et perturbari vos numina ceterisque animorum adfectibus mancipata esse atque ob-

---

rum ed. Orell. sigulorum ed. Hild. mendose. 1) Sic Cod. plene scriptum, et ed. Hild. In cett. natura. Cf. supra ad VI, 7. 2) feminei ed. Orell. 3) sensibus ed. Oberth. et Orell. vitiose. 4) esse, quas constat mg. Urs. et ed. Elm. esse eas Bas. Cant. Oberth.

5) Sic emendavi. Codd. et edd. vitiose Discordiarum praebent. Olim malui: Deos discordiarum, quod ne nunc quidem displicet. 6) at haec nos mg. Urs. ed. Elm. 7) sc. pestilentias et furias. Sic Codd. ed. pr. Urs. LB. Orell. Hild. In cett.

noxia iudicatis: nos huiusmodi motus alienos existimamus ab his esse; sunt enim ferocium generum et mortalitatis *obeuntium* [1]) functiones. Vos pecorum sanguine, vos caedibus et mactationibus hostiarum gaudere, laetari et in gratiam cum hominibus remini offensionibus redire sopitis [2]): nos amorem sanguinis nullum esse in caelitibus ducimus, nec esse tam duros, ut miserorum animantium caede
242 saturatas abiiciant iras. Vos mero, vos ture honorem arbitramini diis addi et eorum augescere dignitates: nos monstrum et prodigium iudicamus quod quisquam hominum credit [3]) aut augustiorem fieri deum fumo aut ex roribus exiguis vini ipsum sibi ab hominibus ducere satis sancte atque honorifice supplicatum. Vos aeris tinnitibus et tibiarum sonis, vos equorum curriculis et theatralibus ludis persuasum habetis deos et delectari [4]) et adfici, irasque aliquando conceptas eorum satisfactione molliri: nos inconveniens ducimus quinimmo incredibile iudicamus, eos qui gradibus mille genus omne virtutum perfectionis transierint summitate, in voluptatibus habere atque in deliciis *iis* esse [5]) res eas, quas homo sapiens rideat et quae non aliis videantur continere aliquid gratiae, quam infantibus parvulis et trivialiter et populariter institutis.

37. Haec cum ita se habeant cumque sit opinionum tanta nostrarum vestrarumque diversitas, ubi aut nos impii aut vos pii, cum ex partium sensibus pietatis debeat atque impietatis ratio ponderari? Non enim simulacrum qui sibi aliquod conficit quod pro deo veneretur, aut qui pecus trucidat innoxium sacrisque incendit altaribus, is habendus est rebus deditus esse divinis. Opinio religionem facit et recta de diis mens, ut nihil eos existimes contra decus promptae [6]) sublimitatis appetere. Cum enim cuncta quae

---

disiuncta. 1) obeuntibus Codd. ed. pr. Cant. Oberth. Hild., quod ferri posse non videbatur. subeuntium ed. Bas. In cett. obeuntium. 2) hominibus remissis off. red. opinatis nos ed. Bas. 3) credat mg. Urs. ed. Elm. et LB. 4) Sic Codd. In edd. Bas. Cant. Oberth. et Hild. et ante delectari desideratur. — In seqq. mg. Urs. ed. Elm. et LB. mollire praebet pro molliri. 5) deliciis esse Codd. ed. pr. Urs. Elm. LB. Hild. In cett. esse desideratur. Nos recepimus Hild. verissimam emendationem.

6) h. e. manifestae. Sic Codd. ed. pr. Urs. et Hild. In cett. praesumptae. Guyet. cj. propriae.

his dantur sub oculis hic nostris videamus absumi, quid ad eos aliud ab nobis dicendum est pervenire, nisi opiniones diis dignas et eorum convenientissimas nomini? Haec sunt dona certissima, sacrificia haec vera; nam pulticulae, tura cum carnibus rapacium alimenta sunt ignium et parentalibus coniunctissima mortuorum.

38. Si dii [1]) immortales nequeunt, inquit, irasci neque ullis animorum adfectibus eorum quatitur concutiturque natura, quid historiae sibi volunt, quid annales, quorum in conscriptionibus legimus nonnullis offensionibus deos motos pestilentias, sterilitates ac frugum inopias alia- 243
que intulisse civitatibus nationibusque discrimina, eosque rursus sacrorum satisfactione placatos indignationum posuisse fervores et in habitum laetiorem statum caeli tempestatumque [2]) mutasse? Quid terrarum fremitus, quid motus, quos esse accepimus factos, quod essent acti per indiligentiam ludi nec ad suam formam condicionemque curati, instauratis his tamen et curiosa observatione repetitis superorum conquievisse terrores et ad hominum curam familiaritatemque revocatos? Quotiens vatum iussis haruspicumque responsis, postquam divina res facta est et ex gentibus transmarinis [3]) acciti dii quidam delubraque his facta et in altioribus columnis signa quaedam et simulacra sunt constituta, et imminentium aversi sunt periculorum metus et gravissimi hostes pulsi et amplificata res publica est et victoriarum frequentibus gaudiis et provinciarum possessione complurium? Quod utique non fieret, si sacrificia, si ludos ceterosque aspernarentur dii cultus, neque se honorari eorum procurationibus ducerent. Si ergo his datis calor omnis numinum indignatioque frigescunt vertunturque in prospera ea, quae videbantur adferre terrores: manifestum est haec omnia non sine caelitum fieri voluntate, et quod ea tribuantur a nobis, inaniter et cum tota imperitia repraehendi.

---

1) Sic Codd. ed. Bas. Cant. Elm. Oberth. Hild. Sed dii ed. pr. et Urs. In cett. Sed si dii ex emend. mg. Urs. — In seqq. inquit deest in ed. Bas. et ed. Urs. pro eo habet inquitis, pro more. 2) tempestatem ed. Cant. 3) transmarini Codd. a m. pr. Voc. transmarini incipit fol. 154. in Cod. Par. — In seqq. verba: in altioribus omissa sunt in Cod. Br.

39. Ventum est ergo, dum loquimur, ad ipsum articulum causae, ventum rei ad cardinem, ventum veram atque adiunctissimam [1]) quaestionem, in quam convenit ut debeamus inspicere formidine superstitionis amota et gratificatione deposita, utrumne hi dii sint, quos saevire adseveratis [2]) offensos reddique sacrificiis mites, an sint longe aliud et ab huius vi debeant et nominis et potentiae segregari. Non enim imus inficias, in annalium scriptis contineri haec omnia quae sunt a vobis in oppositione pro-
244 lata: nam et ipsi pro modulo ingeniique pro captu et legimus et esse positum scimus, ludis quondam ipsis Circensibus, qui Iovi maximo fierent, patremfamilias quemdam, antequam inciperent res agi, servum pessime meritum per Circi aream mediam transduxisse caesum virgis et ex more multasse post patibuli poena. Ludis deinde interminatis [3]) profligatisque curriculis non multi post temporis spatium civitatem occoepisse pestilentia vastari, cumque dies adderet malum malo gravius catervatim et populus interiret, rusticulo cuidam sorte humilitatis obscuro Iovem per insomnium dixisse, uti ad consules vaderet [4]), praesulem sibi displicuisse monstraret, posse melius fieri civitati, si ludis sua religio redderetur et ex integro rursus curiosa observatione procederent. Quod cum ille facere minime curasset, vel quod esse vanum suspicaretur insomnium nullamque habiturum apud audituros fidem, vel quod ingenitae humilitatis memor potestatis tantae fugeret et formidaret accessum, cunctatori [5]) redditum inimicum Iovem filiorum obitus inrogavisse pro poena. Mox cum et ipsi proprium minaretur interitum, ni praesulis pergeret nuntius impro-

---

1) Sic Cod. ed. pr. LB. Hild. ventum ad veram ed. Bas. Urs. Orell., quod probo. veram atque ad iunctissimam ed. Cant. ventum veram atque iustissimam ed. Elm. ex mg. Urs. ad veram atque ad iunctissimam ed. Oberth. — adiunctissimam sc. operis consilio. Cf. Cic. pr. Cluent. 10. 2) asseratis ed. Oberth. et Orell. vitiose. — In seqq. mg. Urs. et ed. Elm. praebent: reddique ludis et sacrificiis mites. 3) Sic Codd. et ed. Hild. In cett. iam terminatis. — Historiam narrant Macrob. Sat. I, 11. August. C. D. I, 32. IV, 26. Liv. II, 36. Dion. Hal. VII, p. 742. ed. Sylb. Lact. II, 7. Valer. Max. I, 7, 4. Min. Fel. Oct. 7, 27. 4) suaderet Cod. ed. pr. Bas. Cant. In cett. vaderet ex emend. mg. Urs. 5) Sic Codd. mg. Urs. ed. LB. In cett. contatori.

bati, obeundi formidine territatum, cum iam et ipse contactus pestilentiae flagraret incendio, de sententia propinquorum perlatum ad curiam patrum insomnique [1]) exposita visione flammas evolavisse contagii: ludorum deinde instauratione decreta et spectaculis adhibitam gravem curam et priorem populo redditam sanitatem.

40. Sed neque illud aeque nos negabimus scire,
temporibus quondam civitatis et reipublicae duris, vel quae
lues infesta faciebat continua populum contage conficiens,
vel quae hostes validi et ad periculum libertatis auferendae
proeliorum prosperitate iam proximi, iussis et monitis va-
tum [2]) transmarinis ex gentibus quosdam deos accitos ma-
gnificisque honoratos templis et luis sedasse flagrantiam
et viribus hostium fractis frequentissime triumphatum et 245
auctos imperii fines innumerasque provincias sub leges vestri cecidisse dominatus. Sed neque hoc nostram conscientiam fugit lectum et positum, ictum cum esset Capitolium fulmine [3]) multaque in hoc alia, Iovis etiam simulacrum, sublimi quod in culmine stabat, suis esse ab sedibus provolutum. Responsum deinde ab haruspicibus editum res saevas [4]) tristissimasque portendi ab incendiis, caedibus, ab legum interitu et ab iuris occasu, maxime tamen ab domesticis hostibus atque ab impia coniuratorum manu. Sed flecti haec posse [5]), immo aliter publicari scelerata non posse consilia, nisi Iuppiter rursus altiore in culmine figeretur, orientalem conversus ad cardinem radiisque oppositus solis. Adfuisse dicto fidem: nam subrecto [6]) culmine conversoque ad solem signo patuisse res abditas et reserata in maleficia vindicatum.

41. Habent quidem miraculi speciem (quinimmo habere creduntur) cuncta ista quae dicta sunt, si ita ut sunt prompta humanum veniant ad auditum, nec diffitemur inesse his quiddam, quod in prima positum quemadmodum dicitur fronte perstringere aures possit et veritatis similitudine cir-

---

1) Sic Cod. ed. Hild. In cett. insomniique.

2) Voc. vatum incipit fol. 155. in Cod. Par. 3) V. Intt. ad Jul. Obsequ. de Prodig. c. 122. Cf. Liv. XXVII, 4. Cic. de Div. I, 11, 16. et in Catil. III. 4) scaevas cj. Meurs. Stewech. Hild., atque ita habet etiam Vet. Lib. Ernstii. 5) posse delendum censent Meurs. et Hild. 6) Sic Codd. mg. Urs. ed. Elm. LB. Orell. In cett. subrepto. Vet. Lib. Ernstii praebet sub erecto. —

cumvenire. Ceterum si penitus intueri res factas, personas et personarum volueris voluptates [1]), nihil esse reperies diis dignum et, quod saepe iam dictum est, quod ad huius nominis speciem dignitatemque referatur. Quis est enim primum qui deum illum fuisse credat, qui currentibus frustra [2]) delectaretur eculeis evocarique se genere hoc ludicri iucundissimum duceret? Immo illum fuisse quis est qui adsentiatur Iovem, quem deum principem dicitis et rerum quaecunque sunt conditorem, qui spectatum proficisceretur e caelo cantherios de velocitate certantes, replicantes gyros septem, et quos dissimiles ipse corporum esse in mobilitate voluisset,
246 eos tamen gaudere [3]) transire, transiri, pronos et cernuos ruere, cum curribus resupinos verti, trahi alios, cruribus et claudicare [4]) praefractis, et ineptias nugis et crudelitatibus mixtas summis in voluptatibus habuisse, quas homo quivis laetus [5]) nec ad studium plenae gravitatis ac ponderis eruditus puerilia duceret atque aspernaretur ut ludicra? Quis est, inquam, qui credat (repetamus ut assidue hanc vocem) generis eum fuisse divini, qui, quoniam ludis actus per Circi est spatium meritorum poenas et supplicia redditurus, ira [6]) exacerbatus ardesceret seseque ad vices [7]) adcingeret ultionis? Si enim nocens servus atque illa fuerat animadversione puniendus: qui debuit Iuppiter indignatione aliqua commoveri, cum ageretur iniuste nihil, immo cum nocens caput poenis convenientibus plecteretur? sin autem immunis ab scelere neque ulli obnoxius crimini: vitiosi praesulis ipse fuit in causa, cui cum subvenire potuisset, non fecit, immo ipse quaesivit [8]) et pati quod improbabat et ab aliis poenas suae permissionis exigere. Et cur laesum deinde illo se questus est et praenuntiavit [9]) in

1) Sic Codd. ed. LB. Hild. In cett. voluntates. Respicit ad ludos publicos, de quibus in seqq. sermo fit. 2) h. e. otiose. — In seqq. Vet. Lib. Ernstii equis habet pro eculeis. 3) gauderet et in seqq. habuisset emendat Meurs. 4) cruribus debilibus et claud. Vet. Lib. Ernstii, alios debiles cruribus mg. Urs. ex Segmento. 5) Sic Codd. Vet. Lib. Ernstii, ed. pr. LB. Orell. Hild. In cett. lautus ex Segmento. — Laetus quid hic significet patet ex verbis statim adnexis. 6) Sic Cod. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Elm. LB. In cett. ita. 7) vires Codd. et edd. omnes. vices dedi ex optima emend. Huetii. 8) ipse se quaesivit vel ipse se sivit cj. Huet. 9) Sic Cod. ed. pr. Urs. Hild. In cett. pronuntiavit. Retineo Cod. lectionem, quamquam sim bene

praesule, quia crucis ad poenas per Circi actus est medium virgis dilaceratus et flagris?

42. Et quid ex hoc facto labis potuit et foeditatis effluere, quod aut Circum faceret minus purum aut Iovem contaminatum, cum per exigua momenta, per puncta tot in orbe conspiceret millia mortis in generibus variis et cruciatibus interire diversis? Ante, inquit, est actus, ludi quam inciperent confici. Si sacrilego pectore religionisque contemptu, est ut [1]) ignoscere debeamus Iovi indignanti se spretum nec Circensibus propriis sollicitiorem adhibitam curam. Sin autem errore vel casu latens illud non est animadversum et cognitum vitium, nonne fuerat rectum Iovique conveniens, ut humanis ignosceret lapsibus et imprudentiae caecitatem veniali concessione donaret? Sed vindicanda res fuit. Et post haec aliquis fuisse illum deum credet, qui puerilis incuriam ludicri civitatis ultus est et 247
persecutus interitu, gravitatis ac ponderis aut ullius habuisse constantiae firmitatem, qui ut sibi ex integro voluptatis in gaudia curreretur, venenatam in perniciem aëris haustus vertit et pestilentiae morbo [2]) stragem mortalitatis indixit? Si ludorum exhibitor magistratus minus curavit ediscere, quisnam esset illo die Circi actus per medium, contractaque est ex hoc culpa, quid infelix commeruerat populus, ut aliena delicta capitis sui dissolveret poenis pestilentibusque contagiis crudeliter expelleretur e vita? immo quid feminarum genus, quas ab negotiis publicis condicio fragilitatis excepit, quid *adultae* [3]) virgines, quid puerculi fecere pusiones, quid denique adhuc parvi nutricum sub

---

memor, in Segmento pro pronunt. extare, non praenuntiavit, et supra IV, 34. in Cod. „ingeniis proditos" vitiose scriptum esse pro „ing. praeditos." Cf. supra c. 25. ubi ab Arnobio appellantur praesiciae quas alii scriptores appellant prosiciae. Praenuntiare vero dictum pro pronuntiare. Cf. quae notat de usu voc. praesentire Thom. Wopkens ad Min. Fel. Oct. 13. in Misc. Observv. tom. X, p. 26. et Hild. ad Apul. Met. I, 2. p. 17. et II, 30. p. 145. — Construe: et cur deinde questus est et praenuntiavit se laesum in illo praesule.

1) contemptus est ut Cod. teste Crus. contemptu, est ut omnes edd. praeter Bas., quae contemptu est cur, et Hild. quae contemptu, sit ut praebet. Hild. in Cod. esse dicit contemptus ut. 2) Sic Cod. ed. LB. Oberth. Orell. Hild. In cett. pestilentiam morbos. — In seqq. Petr. Junius, Heins. et Hild. malunt scribi mortalitati, et pro indixit mg. Urs. praebet induxit. 3) adulterae Codd. a m. pr. ed. pr. et Urs. In

alimonia constituti, ut in eos immitteretur par et una saevitia, priusque acerbitatem mortis quam dulcedinem aliquam perciperent luminis?

43. Si sibi Iuppiter [1]) ludos scrupulosius fieri restituique quaerebat, si fideliter reddere [2]) suam populo sanitatem nec malum quod fecerat prorogari ulterius et augeri [3]), nonne rectius fuerat, consulem ut [4]) ad ipsum veniret, sacerdotum ad aliquem publicorum, pontificem maximum aut ad flaminem suum Dialem eique per somnium et praesulis vitium et funesti causam temporis indicaret? Quae fuerat ratio, ut ruri hominem suetum [5]), obscuritate incognitum nominis, urbanarum inscium rerum, quid sit praesul fortasse nescientem, voluntatis suae deligeret nuntium et expetitae satisfactionis auctorem? Quem si utique sciebat (divinus modo si fuerat) tergiversatorem in obsequio futurum, nonne fuerat pronius [6]) et deo conveniens, mentem hominis vertere et parendi subigere [7]) voluntatem, quam vias adgredi saeviores et latrocinii ritu sine ulla passim ratione saevire? Si enim rusticus senior inexpeditus in rebus obeundis cunctabatur [8]) in re iussa causis superioribus retardatus, quid infelices eius commeruerant liberi, ut in eos ira
248 et indignatio verteretur offensasque alterius luminis sui spoliatione pensarent? Et quisquam est hominum qui fuisse illum deum credat tam iniustum, tam impium, nec mortalium saltem constituta servantem, apud quos nefas haberetur magnum, alterum pro altero plecti et aliena delicta aliorum cervicibus vindicare? [9]) Sed et ipsum fecit pestilitatis saevitia compraehendi. Nonne ergo praestantius, quin-

---

cett. adultae. — In seqq. pro puerculi ed. Cant. Oberth. et Orell. parvuli habent.

1) luminis sibi Iuppiter Codd. ac si deest item in ed. pr. et Urs. luminis? Si Iupp. ed. Bas. Cant. mg. Urs. ed. Elm. Oberth. Hild. In cett. Si sibi Iupp. ex emend. Meursii. 2) redderet Cod. et ed. Urs. redderes ed. pr. vitiose. 3) Sic Cod. ed. LB. Orell. Hild. prorogaret — augeret ed. pr. et Urs. In cett. prorogare — augere. 4) consulem aut mg. Urs. et ed. Elm. — In seqq. ed. Hild. vitiose pontificum praebet. 5) Voc. suetum omissum est in ed. Hild. Cf. supra I, 2. „animalia terris sueta.“ 6) probius cj. Meurs. 7) subiicere cj. Stewech. et Meurs. 8) Sic Codd. ed. Bas. Cant. Urs. Elm. LB. Orell. conctabatur ed. pr. contabatur ed. Oberth. et Hild. 9) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. vindicari. — Verbis: apud quos nefas

immo aequius fuerat, si hoc esse videbatur faciendum, ut ab ipso patre terror coercitionis inciperet, apud quem causa tanti fuerat motus et inoboeda [1]) cessatio, quam in eius dolorem vim liberis facere et innoxias urere atque abolere personas? Quaenam illa saevitia, crudelitas fuit quae tanta, ut extincta subole intestinis periculis post territaret patrem? Quod iamdudum si facere id est loco priore voluisset, nec germanitas conficeretur innoxia et voluntas numinis cognosceretur offensa. At enim completo adnuntiationis officio statim morbus evanuit et sanitati homo est continuo restitutus. Et quid habet admirationis res ista, si malum, quod inspiraverat [2]), *retudit* seseque inani ostentatione iactavit? Quodsi penitus res pendas, magis illa crudelitas quam beneficium salutis fuit, siquidem hominem miserum et interire post filios cupientem non gaudia servavit ad vitae, sed ut suam solitudinem disceret et orbitatis cruciamenta sentiret.

44. Consimili ratione per alias ire licebit historias et ostendere in his quoque longe aliud, quam esse dii debeant, de his ipsis dici et earum in expositionibus indicari, velut in hac ipsa quam deinceps ponam, una ei duabusve coniunctis, fastidium ne immoderatione pariatur [3]). Post advectos, inquitis, transmarinis ex gentibus deos quosdam postque condita his templa, post cumulatas sacrificiis aras male habens sese recreatus convaluit populus et pestilentes morbi inducta sinceritate fugerunt. Qui, effamini, dii quaeso? Aesculapius, inquitis, Epidauro bonis deus valetudinibus 249
praesidens et Tiberina in insula constitutus [4]). Si esset nobis animus scrupulosius ista tractare, vobis ipsis obtine-

---

incipit fol. 157. in Cod. Par. 1) Sic Codd. ed. LB. Orell. Hild. in obeda Vet. Lib. Ernstii. in obeundo (cf. paulo supra „in rebus obeundis", et infra c. 39. „obeundi formido") extat in cett. edd. in obedientia cj. Meurs. 2) inspiraverit ed. Oberth. et Orell. — In seqq. Cod. habet rettulit, ed. pr. et Urs. retulit, ed. Hild. retudit, cett. edd. repulit.

3) Post voc. pariatur in Codd. sequitur Segmentum illud, quod ad calcem nostrae editionis additum habes, et quod omnes editores textu ejecerunt praeter Sabaeum et Ursinum, quorum in alterius tamen ed. uncinis inclusum et asteriscis signatum conspicitur. 4) Lact. II, 7. Valer. Max. I, 8. Liv. X, 47. Ovid. Met. XV, 537 sqq. et Merkel in Prolegg. ad Ovid. Fast. p. CXCVI sq. Oros. III, 22. Plutarch. Quaest. Rom. 93. Aurel. Vict. de V. III. 25. August. C.D. III, 17.

remus auctoribus, minime illum fuisse divum, qui conceptus et natus muliebri alvo esset, qui annorum gradibus ad eum finem ascendisset aetatis, in quo illum vis fulminis, vestris quemadmodum litteris continetur [1]), et vita expulisset et lumine. Sed quaestione ab ista discedimus, Coronidis filius sit, ut vultis, ex immortalium numero et perpetua praeditus sublimitate caelesti. Ex Epidauro tamen quid est aliud adlatum, nisi magni agminis [2]) coluber? Fidem si annalium sequimur et exploratam eis attribuimus veritatem, nihil, ut conscriptum est, aliud. Quid ergo dicemus? [3]) Aesculapius iste quem praedicatis deus praestans, sanctus deus, salutis dator, valetudinum pessimarum propulsator, prohibitor, extinctor, serpentis est forma et circumscriptione finitus, per terram reptans, caeno natis ut vermiculis mos est, solum mento radit et pectore, tortuosis voluminibus se trahens, atque ut pergere prorsus possit, partem sui postremam conatibus prioris adducit.

45. Et quoniam legitur usus cibis etiam, quibus vita in corporibus immoratur, habet patulas fauces, quibus cibos transvoret oris hiatibus adpetitos, habet receptaculum ventris et ubi [4]) mansa et vorata decoquat viscera, sanguis detur ut corpori et viribus redintegratio subrogetur, habet et extremos tramites, per quos immunda faex eat, aversabili corpora foeditate deonerans [5]). Siquando mutat loca et ab aliis transgredi in alias regiones parat, non ut deus obscure per caeli evolat sidera punctoque in temporis, ubi causa postulaverit, sistitur, sed velut animal brutum vehiculum quo sustineatur petit, undas pelagi vitat, atque ut tutus possit incolumisque praestari, cum hominibus navem
250 ascendit et ille publicae sanitatis deus fragili se ligno et tabularum compagibus credit. Non arbitramur evincere atque obtinere vos posse, Aesculapium illum fuisse serpentem, nisi hunc colorem volueritis inducere, ut in anguem dicatis convertisse se deum, quo *impediret* se posse [6]) quis-

Böttiger Kl. Schr. I, 112 sqq. 1) continentur ed. Oberth. et Orell. vitiose. 2) Sic Codd. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Hild. In cett. augminis ex emend. Meursii. 3) Sic Codd. ed. LB. Orell. Hild. In cett. dicimus.

4) ut ubi Cod. teste Crusio, unde fortasse scribendum ut ibi 5) Sic Codd. et edd. praeter Bas. quae deoneratis habet. Ipse olim deonerantes emendaveram. 6) Sic emendavi locum

x per terram et reptans
Ms. etreptans — comp. Reiffer. Praef. p. 18

nam esset aut *qualis* homines intueri. Quod si fuerit a vobis dictum, quam infirmiter invalideque dicatur [1]), ipsa rerum inaequalitas indicabit. Si enim se deus [2]) videri ab hominibus evitabat, nec in forma serpentis velle debuit conspici, cum in qualibet forma non ab ipso se alius, sed ipse esset futurus. Sin autem intenderat cernendum se dare, (non debuit oculorum negare conspectui) [3]) cur non talem videri se praebuit, qualem sciebat se esse, qualemque se noverat sui numinis in potentia contineri? Erat enim hoc potius multoque praestantius augustaeque conveniens dignitati, quam fieri beluam horrentisque animalis in similitudinem verti et dare ambiguis contradictionibus [4]) locum, essetne verus deus, an nescio quid aliud longeque ab supera sublimitate seiunctum.

46. Sed si deus, inquit, non erat, cur e navi postquam extulit sese, Tiberinam ad insulam repsit, nusquam statim comparuit et viderier ut ante desiit? Possumus enim scire, utrumne aliquod obstaculum [5]) fuerit, cuius sese obiectu atque oppositione protexerit, an hiatus aliquis? Vos pronuntiate, vos dicite, quidnam illud fuerit [6]), aut cuinam rerum generi debuerit applicari, si personarum officia sunt certa certarum vestra. Cum res ita sit deque vestro numine vestraque et religione tractetur, vestrum est potius edocere vestrumque monstrare, quid illa res fuerit, nostras velle quam exaudire sententias nostraque exspectare decreta. Nam nos quidem quid aliud possumus dicere, nisi quod fuit et visum est, quod historiae prodidere [7]) omnes et oculorum sensibus est compraehensum? Hanc tamen

---

corruptissimum. Codd. deum, quo mentiri se posse, edd. quo mentiri se posset praebent. quo m. se posset et quisnam esset aut qualis hoc minus intueri cj. Meurs. — In seqq. pro aut quales quod et Codd. praebent et edd. aut qualis restitui.
1) dicantur ed. pr. et Urs. 2) Sic Cod. hodie, sed antea se deum in eo scriptum fuisse vestigia supersunt. — Verbis se deus in Cod. incipit fol. 159. 3) sc. cernendum se dare. — Sine necessitate Orell. haec verba induci vult. 4) ambiguis et contrad. Cod. Br.

5) — te desiit? Possumus enim scire, utrumne aliquod obsta —, quae integram lineam efficiunt in Cod. Par., in Cod. Br. omissa sunt, in quo legitur: viderier ut anculum fuerit. Hinc apparet Cod. Br. esse apographum Parisini. 6) sc. quod nusquam statim comparuit et viderier ut ante desiit. 7) Sic Cod. teste

scilicet colubram validissimi corporis et prolixitatis inmen-
251 sae aut, si nomen hoc sordidum est, anguem dicimus, serpentem nominitamus, aut si quod aliud nobis usus vocamen obtulerit aut ampliatio sermonis effinxerit [1]). Si enim repsit ut coluber non pedibus se ferens neque suas subexplicans itiones, sed ventre nisus [2]) ac pectore, si ex materia formatus carnis longitudinem porrigebatur in lubricam, caput si habuit atque caudam, si *obsita* [3]) squamis terga, si macularum suffectionibus *varia* [4]), si os dentibus horridum et ad infligendos instructum morsus: quid aliud possumus quam generis eum dicere fuisse terreni, quamvis fuerit immanis et nimius, quamvis illum ab Regulo exercitus vi caesum [5]) longitudine corporis et roboris anteiret? Sed aliud nos remur et labefactamus [6]) et destruimus veritatem. Ergo vestrum est explicare, quidnam ille fuerit vel cuius generis, nominis et qualitatis cuius. Nam deus esse qui potuit, cum haberet ea quae diximus, quae dii habere non debent, si cogitant dii esse et vocaminis huius eminentiam possidere? Tiberinam postquam ad insulam repsit, nusquam continuo apparuit: qua ex re numen fuisse monstratur? Possumus enim scire, utrumne istic aliquod rei fuerit alicuius obstaculum, cuius sese obiectu atque oppositione protexerit [7]), an hiatus aliquis aut ex molibus inaequaliter aggeratis successus quidam et fornices, in quos intulit [8]) se raptim circumscripto tuentium visu? Quid enim si flumen transilivit? quid si transnatavit? quid si silvarum densitatibus se dedit? [9])

Crus. aliisque, et edd. praeter Hild., in qua prodiderunt extat, quod in Cod. se legisse Hild. affirmat. 1) Verba: aut si nomen — — — effinxerit in parenthesi ponit inepte Hild. — Dicit Arnobius: Nihil aliud possumus dicere, quam quod historiae vestrae prodiderunt, hoc tamen, si forte nesciatis, scitote: nos colubram hanc non deum nominitare, sed anguem, sed serpentem, aut si quod aliud nobis usus vocamen obtulerit aut ampliatio sermonis effinxerit. — Pro effinxerit Cod. hic habet ecfinxerit. 2) Sic Codd. Edd. omnes nixus praebent. 3) oblita Cod. ed. pr. Bas. Cant. Urs. Hild. In cett. obsita ex emend. mg. Urs. 4) varium Cod. varians (!) ed. Hild. In cett. varia. 5) Flor. II, 2, 20. Liv. Epit. l. XVIII. Gell. VI, 3. Valer. Max. I, 8, 19. Plin. VIII, 14. Jul. Obsequ. de Prodig. c. 30. 6) labefaciamus Cod. labefactamus ed. Hild. In cett. labefacimus. — In seqq. pro quidnam mg. Urs. et ed. Elm. quisnam habent. 7) protexit ed. Bas. Cant. Oberth. 8) optulit Cod. Br. 9) Verba: quid si silvarum densitatibus se dedit in Codd. et ed. pr. et Urs. male inseruntur post verba: ea re suspicari.

Argumentatio flaccida est, ea re suspicari deum illum fuisse serpentem, quod ab oculis sese properata omni festinatione subtraxit, cum deum non fuisse eadem rursus possit argumentatione monstrari.

47. Sed si deus praesens anguis ille non fuit, cur post illius adventum pestilentiae vis fracta est et populo salus est reddita [1]) Romano? Referimus et nos contra: si ex libris fatalibus vatumque responsis invitari ad urbem deus Aesculapius iussus est, ut ab luis contagio morbisque 252
pestilentibus tutam eam incolumemque praestaret, et venit non aspernatus, ut dicitis, colubrarum in formam conversus: cur totiens Romana [2]) civitas mali huius afflicta est cladibus, totiens aliis aliisque temporibus dilacerata, vexata est et innumeris stragibus civium minor facta est [3]) millibus? Cum enim deus adcitus in hoc esse dicatur, ut omnino omnes causas quibus pestilentia conflabatur averteret, sequebatur, ut civitas intacta esse deberet flatuque a noxio immunis semper innocuaque praestari. Atquin videmus, ut superius dictum est, saepenumero his morbis cursus eam vitae habuisse funestos, nec dispendiis levibus esse populi fractas debilitatasque virtutes [4]). Ubi ergo Aesculapius fuit, ubi ille promissus oraculis venerabilibus? Cur templa post condita sibique exaedificata delubra diutius haberi [5]) perpessus est bene meritae civitatis luem, cum in id esset adcitus, ut et malis mederetur instantibus, nec sineret in futurum tale aliquid quod metueretur inrepere?

48. Nisi forte aliquis dicet, minoribus et consequentibus saeculis idcirco dei talis defuisse custodiam, quod impiis iam moribus et improbabilibus viveretur, opem autem contulisse maioribus, quod innoxii fuerint et ab [6]) omni scelerum contagione dimoti. Quod ratione cum aliqua et audiri forsitan potuisset et dici, si aut *in* [7]) temporibus

---

1) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. est desideratur. — Verbis et populo in Cod. Par. incipit fol. 160. 2) Roma ed. pr. et Urs. 3) Verba: cladibus, totiens — — — minor facta est desunt in ed. pr. Bas. Cant. Urs. 4) h. e. vires. 5) Sic ed. LB. In Cod. et cett. edd. habere. Ipse olim emendavi avere, a quo verbo pendeat seq. genit. civitatis. — In seqq. pro bene meritae civitatis, quod Cod. praebet, omnes edd. exhibent bene meritas civitates, praeter LB. et Hild.

6) atque ab ed. Oberth. et Orell. 7) autem Cod. (syllaba

priscis omnes essent usque ad unum boni, aut sequentia tempora malos omnes generent [1]) et nulla diversitate discretos. Cum vero res ita sit, ut in magnis populis, nationibus, quinimmo et civitatibus cunctis mixtum sit humanum genus naturis, voluntatibus, moribus, tamque potuerint in prioribus saeculis, quam in novellis aetatibus boni simul malique existere, stultum satis est dicere, propter malitias posteros auxilia numinum non meruisse mortales. Si enim propter malos sequentium saeculorum boni non sunt pro-
253 tecti temporum novellorum, et propter antiquos malos boni aeque maiores [2]) non debuerant mereri benevolentiam numinum: sin propter bonos priscos mali etiam conservati sunt prisci, et propter bonos minores aetas debuit sequens, quamvis esset improbabilis, protegi. Aut ergo iam fracta atque imminuta vi *morbi* [3]) anguis ille perlatus famam conservatoris adsumpsit, cum nihil omnino commoditatis attulisset, aut fatalia dicenda sunt carmina multum veris aberravisse praesagiis, cum remedium ab his datum non deinceps cunctis, sed auxilio fuisse uni tantum reperiatur aetati.

49. Sed et Magna, inquit, Mater adcita ex Phrygio Pessinunte [4]) iussis consimiliter vatum salutaris populo et magnarum causa laetitiarum fuit. Nam et diu potens hostis ab Italiae possessione detrusus est et gloriosis illustribusque victoriis decus urbi restitutum est pristinum et imperii fines longe lateque porrecti et innumeris gentibus, civitatibus, populis libertatis ius raptum est et iugum servitutis [5]) impositum, multaeque res aliae foris domique perfectae ineluctabili firmitate gentis nomen maiestatemque fundarunt. Si verum loquuntur historiae neque ullas inserunt rerum conscriptionibus falsitates, adlatum ex Phrygia nihil quid [6]) aliud scribitur missum rege ab Attalo, nisi lapis quidam non magnus, ferri manu hominis sine ulla impressione qui

---

em compunct.) aut in ed. LB. Orell. Hild. In cett. in deest. 1) Sic Cod. ed. pr. et Hild. In cett. generarent. 2) aeque ac maiores ed. Oberth. et Orell. vitiose. — In seqq. Cod. habet mereri, edd. omnes merere. 3) vi urbi Codd. et ed. Hild. In cett. vi morbi. Codd. lectionem frustra defendit Hild.

4) Liv. XXIX, 11. 14. August. C. D. III, 12. Tertull. Apol. 25. Lact. II, 7. Appian. de Bello Annib. 56. Klausen Aen. I, 276 sqq. et II, 856 sqq. 5) Voc. servitutis in Cod. Par. incipit fol. 161. 6) Sic Cod. (test. Hild. et Crus.) et ed. Hild. In cett. nihil quidem.

posset, coloris furvi atque atri, angellis [1]) prominentibus inaequalis, et quem omnes hodie ipso illo videmus in signo oris loco positum, indolatum et asperum et simulacro faciem minus expressam simulatione praebentem.

50. Quid ergo dicemus? Hannibalem illum Poenum hostem potentem ac validum, sub quo anceps et dubia res Romana contremuit et magnitudo trepidavit, lapis ex Italia depulit, lapis fregit, lapis fugacem ac timidum suique esse dissimilem fecit? Et quod rursus exsilivit ad imperii columen et regium principatum, nihil consiliis actum est, nihil hominum viribus, nec ad reditum sublimitatis antiquae tot 254
tantisque ab ducibus quicquam est scientia militari aut rerum experientia collatum? Lapis aliis vires, aliis roboris infirmitatem dedit, hos secundis praecipitavit ab rebus, aliorum extulit stratas desperatione fortunas? Et quis hominum credet [2]) terra sumptum lapidem, sensu agitabilem nullo, fuliginei coloris atque atri corporis [3]), Deum fuisse Matrem? aut qui rursus accipiat (hoc enim solum restat) numinis alicuius habitasse *vim* in silicis fragmentis *moli* [4]) subiectam venisque in eius abstrusam? Et unde parta victoria est, si Pessinuntio lapidi nullum inerat numen? Sedulitate possumus dicere ac virtute pugnantium, usu, tempore, consilio, ratione, fato etiam possumus et reciproca varietate fortunae. Sed si auxilio lapidis res facta est melior et felix reciperata [5]) victoria est, ubinam Mater Phrygia [6]) tempore illo fuit, cum tot tantisque exercitibus caesis inclinata est res summa et ad ultimae labis periculum venit? Cur non minaci *fortis* se [7]) obtulit? Cur impetus tantos belli

---

1) Sic Codd. ed. LB. Orell. et Hild. In cett. angulis. — De hoc lapide praeter Prudent. Mart. Rom. 206. Martial. III, 41. Herodian. 1, 11. Claudian. de Raptu Pros. I, 200 sqq. vide inpr. Falconet: Sur la pierre de la Mère des Dieux in Mém. de l'Acad. des Inscr. tom. XXIII, p. 203 sqq. Zoega Bassiril. I, p. 88. Münter Antiqu. Abhandl. p. 257.

2) Sic Cod. ed. pr. Urs. Hild. In cett. credat. 3) „von schwarzer Substanz." — In seqq. Cod. ed. pr. Urs. Hild. qui rursus, cett. quis rursus habent. 4) habitasse in sil. fragm. more Codd. et omnes edd. praeter Hild., quam nos sumus secuti, et Bas., quae molem habet. In Hild. emendationem etiam Huetius inciderat. 5) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. recuperata. 6) mater illa Phrygia ed. Oberth. et Orell. invitis Codd. 7) forti se Codd. ed. Hild. In cett. fortiter se. Quod dedi in textu fortis se mea est emendatio.

non prius fregit ac repulit, quam immanes hae [1]) inciderent plagae, quibus omnis effunderetur sanguis et exhaustis rueret vita ipsa pene vitalibus? Advecta enim nondum nec *favorem* [2]) fuerat ut commodaret rogata. *Esto:* sed [3]) bonus auxiliator numquam rogari se poscit, spontanea semper opitulatione subveniens. Hostem pellere ac fugare non potuit, multo adhuc mari terrisque *ab Italia* [4]) discreta. Sed deo, si est, longum nihil omnino est, cui punctum terra est et sub nutu omnia constituta.

51. Sed fuerit praesens, ut exposcitis credi, illo ipso numen in lapide: et mortalium quisquam est, quamvis ille sit credulus et facillimas aures quibuslibet fictionibus praebeat, qui eam iudicet fuisse aut tempore illo deam aut hodie dici appellarique debere? Quae modo haec adpetat, modo illa deposcat, suos deserat fastidiatque cultores, provinciis ab humilioribus migret, potentioribus populis ditioribusque
255 se iungat, *nedum* [5]) bellicas res amet interque esse desideret pugnis caedibus mortalitatibus et cruori. Si deorum est proprium, si modo sunt veri et quos deceat [6]) nuncupari vi vocis istius et potentia numinis, nihil *facere* malitiose, nihil iniuste, hominibusque se cunctis una et parili gratia sine ulla inclinatione *praebere, credet* generis [7]) eam fuisse divini quisquamne hominum aut habuisse aequitatem diis dignam, quae humanis sese discordiis inserens aliorum

1) Sic Cod. et ed. Hild. In cett. hae deest. 2) pavorem Codd. ed. pr. Urs. Hild. In cett. favorem. Codd. lectio frustra defendit Hild. 3) Sic emendavi. Cod. praebet rogata est sed. In edd. rogata. Sed. 4) habitabilia Codd. In edd. habitabilibus. Dedi in textu certissimam meam emendationem. Terminationes abilis et alis saepissime confunduntur in Codd. cf. supra II, 18. et 67. ubi Cod. Br. praebet penetrabilibus pro penetralibus. Ceterum simillimo vitio, quo hic Arnobius, laborat locus Cic. pro M. Tullio c. 9. (p. 474. ed. Hal.) in Cod. Palimps., qui ibi praebet abitalia pro habilia.

5) verum Codd. et. edd., quod quo tuear non habeo. Hinc nedum emendavi. In seqq. Cod. et ed. Hild. amet —— desideret, cett. edd. amat — desiderat habent. 6) debeat ed. Hild. vitiose. — In seqq. pro potentia numinis Coteler. cj. pot. nominis, et pro facere Cod. praebet facerent. 7) praeberent generis Cod. quod emendavi. — In edd. praebere generis. — In seqq. Codd. ed. pr. Urs. et Hild. hominum aut, cett. hominum credat aut habent.

opes fregit, aliis se praebuit exhibuitque fautricem, libertatem his abstulit, alios ad columen dominationis erexit [1]), quae ut una civitas emineret, in humani generis perniciem nata orbem subiugavit innoxium?

---

1) evexit cj. Petr. Jun. atque sic habent edd. Oberth. et Orell. — Codicis subscriptio est: ARNOVII. LIBER. VII. EXPLI. INCIPIT. LIBER. VIII. FELICITER.

SEGMENTUM

Quod Codex MS. Regius Arnobianus ex eoque Romana editio annexum habet ad initium Capitis 45, Libri VII. huius editionis post verba: *fastidium ne immoderatione pariatur.*

Non imus inficias [1]) in annalium scriptis contineri haec omnia quae sunt a vobis in oppositione prolata. Nam et ipsi

---

1) Male, meo quidem judicio, ii agunt, qui segmentum hoc ab librariis supra cap. 45. perincommode insertum ab scriptore aliquo Arnobii simio et glossatore profectum putant. Quam utique in opinionem is non facile incidet, qui reputaverit, vix posse cogitatione fingi, tam stolide tamque inepte hominem aliquem fecisse, ut Arnobianae orationis frustula frustra consarcinaret, nedum ut loco insereret, ubi omni et cum praegressis et cum sequentibus nexu carere deberent. Immo res aliter est explicanda. Jam supra enim in adnotatione ad cap. 35., ubi de transpositione capitum a quibusdam aut proposita aut instituta verba fecimus, his ultimis libri septimi capitibus extremam diximus auctoris manum defuisse, unde quidem factum esse arbitramur, ut aptus et commodus disputationis finis hodie desideretur. Inde enim a cap. 37. quae sequuntur qui diligenter et attento animo perlegerit et cum praegressis comparaverit, ea ita comparata esse non poterit non concedere, ut facilis conjectura sit, auctorem, postquam capp. 35. 36. et 37. legitimum libro septimo finem imposuerat, desiderasse nonnulla et addenda judicasse, quibus totum disputationis aptius clauderetur, atque ita factum esse denique, ut nova operis peroratio ac finis prodiret. His tamen additionibus quum parum commode finiri hos libros in aperto sit, altera in promptu est conjectura, nimirum haec ultima quatuordecim capita cum superioribus edita esse tempore, quo non plene omnia concinnata, elaborata ac perpolita essent. Quam ad opinionem confirmandam duo profero indicia. Unum est illud, quod cap. 44. initio historiae de Aescu-

pro modulo ingeniique pro captu et legimus haec eadem et esse posita scimus [1]), sed quaestionis in hoc summa est, utrumne hi dii sint, quos saevire adseveratis offensos reddique ludis et sacrificiis mites, an sint longe aliud et ab huius vi debeant et nominis et potentiae [2]) segregari. Quis est enim primum qui eos deos existimet aut esse qui credat, qui motibus et saltationibus scenicis, qui cantheriis frustra currentibus voluptatum solvuntur in gaudia, ineptas et frigidas actiones spectatum proficiscuntur e caelo offendique se doleant et suis honoribus derogatum [3]), si paulisper constiterit ludius [4]) aut tibicen modice interquieverit fessus, qui praesulem sibi displicuisse pronuntient, si per Circi medium pergat nocens aliquis, meritorum poenas et supplicia redditurus? Quae si penitus cuncta et sine ulla gratificatione cernantur, non tantum ab diis esse reperientur aliena, verum ab homine quovis lauto nec ad summos apices gravitatis ac ponderis instituto. Quis est enim primum deos illos qui [5]) existimet fuisse aut esse qui credat, qui

---

lapio ex Epidauro advecto, quam enarraturus est, „unam duasve" adjuncturum esse se pollicetur. Quae verba prorsus mirificum esset si frustra et sine ratione protulisset Arnobius, videlicet unam tantum, de Matris Deum advectione, historiam additurus, pollicens duas. Alterum est hoc ipsum segmentum, cujus ratio ea est, ut cuivis vel caeco appareat, eo emendationes contineri in margine olim exempli archetypi ad cap. 41. ab auctoris manu adscriptas. Segmenti partes sunt tres, quarum una ab initio pertinet usque ad verba: et potentia segregari, altera inde quae sequitur pertinet usque ad verba: ac ponderis instituto, tertia inde usque ad finem. Verbis: Non imus inficias ——— segregari. corrigenda aut augenda auctor cogitabat initium cap 41. usque ad verba: dignitatemque referatur. Sequentia cap. 41. verba usque ad: aspernaretur ut ludicra. emendanda instituerat secunda parte segmenti. Tertiam denique partem qui cum praegressis comparaverit, videbit nihil aliud esse quam retractationem partis secundae, eaque aucta prae illa aliquot rebus et verbis emendari partem cap. 41. inde a: Quis est enim primum usque ad: adcingeret ultionis. Certum est igitur segmentum non esse a glossatore aliquo profectum, ab qua insimulatione insuper vel ipsum dicendi ratio et orationis color vere Arnobianus vindicant. Tres vero illae emendationes olim ab ipso Arnobio in ora exempli adscriptae librariorum negligentia aut quovis alio casu postea in ipsum textum irrepserunt et insertae sunt loco incommodo atque longe infelicissimo, ubi nunc in Codd. extant. 1) Cf. VII, 39. 2) potentia Cod. ed. Hild. 3) Cf. I, 57. 4) lidius Cod. teste Crus., lydius ed. pr. Urs. Hild. ludius mg. Urs. et ed. Orell. Cf. IV, 31. 5) quis ed. Hild. vitiose.

nocendi habeant saeviendique naturam easque abiiciant rursus cyatho uno sanguinis et turis suffitione molliti? Qui motibus scenicis et saltationibus histrionum festos [1]) dies ducant et hilaritatis plenissimas voluptates, qui cantherios frustra et sine ulla ratione currentes spectatum proficiscantur e caelo gaudeantque ex his alios transire, transiri, pronos [2]) et cernuos ruere, cum curribus resupinos verti, trahi alios debiles et cruribus claudicare praefractis, qui praesulem sibi displicuisse pronuntient [3]), si per Circi medium pergat nocens aliquis meritorum poenas et supplicia redditurus, qui offendi se doleant et suis honoribus derogatum, si paulisper constiterit ludius, interquieverit tibicen fessus, puer ille matrimus [4]) decidat fortuito alicuius *instabilitatis* prolapsus? Quae si penitus cuncta et sine ulla partium gratificatione pendantur, non tantum longe longeque ab diis esse reperiuntur aliena, verum *a* quovis [5]) homine sentiente communia nec ad studium veri rationum cognitionibus erudito.

---

1) festos junge cum ablat. motibus scenicis et saltationibus. — In seqq. ed. pr. et Urs. (sed mg. ducant) dicant habent. 2) Sic Cod. secundum apographum segmenti a Crusio factum. alios transiri pronos ed. pr. Urs. et Elm. alios transire pronos ed. Orell. Hild. 3) Sic Codd. mg. Urs. Elm. Orell. Hild. pronuntietur ed. pr. et Urs. 4) Cf. IV, 31. — In seqq. Codd. et edd. habent fortuito alicuius instabilitate. 5) verum quovis Cod. ed. pr.

INDEX SCRIPTORUM

QUI APUD ARNOBIUM LAUDANTUR.

22*

INDEX RERUM.

A.

L.

M.

Q.

R.

S.

T.

Impressit Bernh. Tauchnitz jun.

ontbreekt p. 204.

17. 259 A.C. Vorstellung v. d. Gottheit.